UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxv et Libidinibus Prodigi

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-55916

Visual Library


S IOANNES EVANG

M. 3306.

H. I
15.

H
273

Bosquier

# ACADEMIA PECCATORVM;

Seu

# CONCIONES DE TOTA PARABOLA PROdigi Euangelici.

*AVTHORE R. P. F. PHILIPPO BOSKHIERO CÆSARIMONTANO Franciſc. Obſeru. Prou. Flandriæ.*

AD LVDOVICVM XIII. FRANCIAE ET NAVARRÆ REGEM CHRIſtianiſſimum.

Liber Collegij Societatis Jesu Paderborn:




*MOGVNTIÆ,*

Sumptibus Ioannis Crithij.

ANNO M. D. CXIV.

# LVDOVICO XIII.

## CHRISTIANISSIMO FRANCIAE AC NAVARRAE REGI.

REX CLEMENTISSIME, Raræ admodum in MAGNO (illius nominis quarto) HENRICO auguſtiſſimæ memoriæ Parente tuo iampridem defuncto fuere virtutes, quibus omniũ Chriſtianorum in ſe conuerſa corda ſeruabat, vti & ſumma eius in Deum pietas, erga Eccleſiam altiſſima obedientia, in ſuos multum iucunda clementia requirebant: Fidus etenim in promiſſionibus omnibus, felix in actionibus cunctis: in illo virtus, ingeniũ, opes, primas habebāt: huic fodinæ au-

ri, metalli, plurimæ: ingens ſimul eidē pecuniæ theſaurus non tam ſtudioſè quæſitus quam ſapienter inuentus; omnia illi in deſtructionem inimicorum, ſubſidium verò charorum prōptiſſima. Quæ cuncta ſingularem in me amorem erga Maieſtatem ſuam ac ſimul obſeruantiam excitarũt, quam (Sereniſſimam videlicet Maieſtatem) nunquam coram (proh dolor) niſi depictam adſpexerā. Sed hocce genium virtutis, quo hac ornatos tũ præſentes tũ abſētes, imò capitales inimicos miro amoris vinculo cōſtringit. Etenim vix dum ego meum negotium in conclaui cũ Sanctiſſimo Patre noſtro Paulo Quinto abſoluerā (cuius certè tanta in me exſtitit bonitas ac patientia, vt me benigniſſime audito etiā pacatiſſimum remiſerit:) Vrbe igitur relicta viſitandi Regē HENRICVM MAGNVM ſiue in palatio, ſiue alio quocũque loco pæne votũ emiſi: vt colloquia quædam, attenta tamen Maieſtate ſua, ſuper quædā negotia ab ipſo potius quā ab alio pertractanda ac finienda conferrē. Sed vti liberrimũ aditum etiam vſque ad Pauli Quinti conclaue ſecretum, vnius libelli cōpoſitio mihi pa-

parauit, dum optimo animo compoſito, eodē ſuſcepiſſet libellum: ſic haud vllum commodius oſtium inuenero relictis cuſtodibus ac cateruatim cingentibus nobilibus Regem, ſuæ Maieſtatis aures attingere, eidēq; ſuaui modulamine occinere, ac fideliter ſuggerere certos animę meæ conceptus, quos plurimis etiam annis fotos in pectore formaram: verum ipſum fœtus priuſquam peperero promoueroque loco obſtetricū Magnatum mihi manus exoptabam, ſed, ipſo inopere dum fœtus vt offerretur, poliretur, neſcio ob quod meum peccatū altiſſima Dei prouidentia (heu dolor) viam mihi occluſit, totamq; conceptā ſpem trāſfodiens funeſtiſſimo telo MAGNVM HENRICVM teterrima mors eripuit, ac toti Eccleſiæ maximè tamē Francię ipſi, haud exiguū nocumentū ferens.

Hęc quantumuis nunquam rege carebit, tamen ſentiet ſe (forſan) nunquā magis curatam aut melius commēdatam hocce tali HENRICO (admodum enim rarus is rex erat) ni hoc ſit, quod vti Phænix nunquam radijs ſolis accēditur, vt mundum linquat, quin ex puluerib. eiuſdē ſucceſſor æquè Phæ-

nix oriatur, quod ipſum totus de ſua Maieſtate iam ante dictitabat mūdus. Sed cum admodum importunè MAGNVS mihi ſublatus eſſet HENRICVS, ita vt optimum meum conatum, ſanctiſſimū votum, idcirco ſublatum adeoque fermè mihi ademptum cernerem: cæterum ita eundem dilexi, ſic amaui, vt animo, adorationem conceptā, MAGNO & ſeni HENRICO quandoque exhiberem (MAGNVM illum HENRICVM quartum intelligo, nunquam ſatis à me laudandum) optatum illum me viſurum ſperarā diem, quo ipſum in proprio palatio adoraſſem. Verum enim vero haud minor erga tuam Maieſtatem (ipſius qui genuinus es Phænix & tum virtutum omnium, tum ſceptri ac coronę ſucceſſor) amor ac mea debet eſſe reuerentia. Etenim cum meos HENRICO MAGNO optimos affectus conceptuſq; muneris loco ſinceriſſimo animo ac voto quaſi oblatos voluiſſem (quāuis autem ſuæ Maieſtatis indigni, digni tamen eſſent qui teſtimonium pietatis ſummæ extranei, vtpote germani, de ordine fratrum Minorum, erga Regem extraneū, luculentiſſimum ferrent) Regi magnę Fran-

Franciæ, cuius faciem nunquã; tamen viuum eius ac perpetuum libertatis omnis ac famç exemplar conſpexeram: Vota igitur mea plus debita quam promiſſa quis non videt? Quare, cum Sereniſſima tua Maieſtas HENRICI MAGNI ex aſſe hæres ſit ſcripta, etiam ex conſequẽti à paruitate mea, votorum ac deuotionum mearum ſucceſſor habendus. Poſtquam igitur Pariſijs in veſtra ſemper auguſta ciuitate quatuor meos tomos de Euangelico prodigo imprimi feciſſem (quam materiam libentiſſime dum de eadem concio fieret Pariſijs, defunctus MAGNVS ille HENRICVS ad fauorem lucubrationũm mearum quæ tum magnam omnino Franciam peruaſerant audijt, obſeruauit) eoſdem dico, dedico, ac conſecro Maieſtati tuæ, vt occaſione accepta, copioſè expoſitum Euangelium quod tanto appetitu quanto guſtu ſuperſtes dum adhuc eſſet Rex Pater tuus auſcultauit, videas, reuideas: vt orbato alterũ parente (eheu nimium cito) digniſſimæ etiamnum matri ſuperſtite maiorẽ quã prodigus ille ſuo, tua Celſitudo eidem Matri exhibeat (vti facit) ſumma bonitate, fidelitate, ac vnitate

obſeruantiam debitam. Quo Deus ter. Opt. Max. hocce merito tuo, regiam tuam perſonã lilia tuæ coronæ, totam regionem noſtram felicius ſuſtentet, benedicat, adaugeat, nec vnquam ſua gratia deſertam eſſe ſinat.

Placeat itaque Maieſtati tuæ, eadem beneuolẽtia qua HENRICVS ille MAGNVS parens tuus iam defunctus ſuſcepiſſet, acceptare: (quod ipſum de bonitate plenè ſentio) hoc profecto irrefragabile ac apertum firmiſſimæ pacis & fæderis noſtræ nationis ac veſtræ tã armorum quam cordium teſtimoniũ erit. Accipe itaq; reſeratam feneſtram, vbi otium Maieſtati fuerit, mecum de hac materia diſcurrendi cum tua Celſitudine, vti cùm HENRICO MAGNO iam defuncto agere conceperam. ſin minus, habebo veſtrę Maieſtatis mihi fauentem auram. Aueſnis, 30. Nouem. 1611.

*Maieſtati ſuæ deuotiſſimus ſeruus & Orator humillimus inter extraneos,*

F. PHILIPPVS BOSQVIER CÆSARIMONTANVS.

INTER-

# INTERPRES LECTORI.

ACademiam Peccatorum, beneuole Lector, dedit iam olim genti Francicæ patria lingua, Vir doctrina & pietate illuſtris R. P. Philippus Boſquierus. Ego eam patriæ fines auebam migrare, & latium reſonare. Id animi indidit publici amor compendij. non auarè pretium ſtatui labori meo; ſed eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum, quam maximè ſeruire multorum commodis. Hic periculum faciendum cenſui. an erraui? fors in tranſlatione, at non in materiæ electione. quæ communior, quæ poteſt reperiri vtilior? labimur qui homines ſumus. in multis enim offendimus omnes: ſpiritus ſancti effatum eſt. Eximat ſe huius Academiæ à ſtudio, qui ſe non poſſe argui de peccato exiſtimat. qui mendaciter audet dicere, Abſque peccato & innocens ego ſum. Non peccaui. ſed nemo cui modò cerebrũ in capite, quem non infanda dementarit ab Orco reducta Catharorum hæreſis, eò inſipientiæ deuenit. Non eſt quiſquam Catholicæ fidei aſſertor, quem nõ hac in Academia iuuet multam collocaſſe operam vt quia omninò integri omniſq; maculæ prorſus puri eſſe non valemus. caueamus à culpis animæ æternã mortem inferẽtibus. plangamus, doleamus, fructus dignos pœnitentiæ faciendo admiſſas. Quiſq; agat pœnitẽtiam ſuper peccato ſuo, dicens: Quid feci? Omnium hac eſſe cura debet. Variarum Scientiarum

Iacobi 3. | Jerem. 2. | Ibid.

*Athenaa non omne mortalium genus complectũtur,*
*Huic Academiæ omnes inſcripti ſunt.* Nō enim eſt
Rom.3. diſtinctio. Omnes peccauerunt, & egent glo-
1.Ioan.1. ria Dei. Si dixerimus quoniam peccatum non
habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in no-
bis non eſt. *Quid proinde vtilius quàm huius Aca-*
*demiæ ex præſcripto* cōfiteri peccata *noſtra, vt qui*
Ibid.2. fideli *eſt & iuſtus* Deus remittat *ea* nobis? *Om-*
*nis quippe labor, omne ſtudium hac in ſchola impen-*
*ſum, eo fine ſit, vt non peccemus.* Sed & ſi quis pec-
cauerit, aduocatum *norit ſe habere* apud Patrē,
Ieſum Chriſtum iuſtū, *qui* eſt propitiatio pro
peccatis noſtris. *O materia ſcriptionis pulcra, ele-*
*cta, nobilis! auro certè contrà cara.* Non ignoran-
tibus veritatem, ſed ſcientibus eam *loquor. Sili-*
*quæ terrenarum delectationum nō explent famem.*
*Ad benigniſſimum Patrem feſtinemus, vt ſaturemur,*
*vt ſtolam induamur primam. Si animitus hoc anqui-*
*rimus, frequentandum hanc Academiam eſt. Quan-*
*tis exuberat omnifariæ eruditionis ſcaturiginibus?*
*quo eloquentiæ fluit flumine? quibus ornamentorum*
*artis oratoriæ ſcintillat luminibus? quā valido aſſur-*
*git impetu? vt feruent chartacea freta adductis in*
*dicendo maſculis lacertorum toris? altæ ſapientiæ*
*neruoſa meritò debetur oratio. Ipſum Auctorem In-*
Iudic. 8. *terpretem requirebat.* Iuxta ætatē robur eſt ho-
minis; *iuxta doctrinam verſio. at ego Latina non æ-*
*quaui Gallicis. hæc caput cælo inferunt fateor, quia*
*ab ipſo Auctore ſunt; illa verò terram legunt, quia à*
*me Interprete ſunt. non idem mihi ardor dictionis,*
*qui Auctori. non illa verborum electio, non ſentētia-*
*rum plena aculeis conciſio. vereor ſæpiuſculè aut Scy-*

*thiam*

*thiam aut ſitiẽteis iuimus Afros. quid mirum? Ipſum P. Philippum quantus quantus eſt, nõ niſi Boſquierus dabit. Apellæâ quod à manu eſt, omne ad exemplar laboratum opus longè exuperat. Homerus dignè Homero vt Latio detur, Marone opus eſt: vt Demoſthenes Tullio, vt Menander Terentio, vt Callimachus Propertio. Non omnis fert omnia tellus. Vt verò trãſlatio fors humilior ſit, & infra Auctoris elegantiorẽ illam puritatem non eâ gratiâ ingrata erit: quin potius quia fidelis, & quantum ſatis Romano veſtita cultu, velim quantum elaborata mihi, tantum accepta ſit publicè. an non erit? erit, ſi mens non læua. Scripta Boſquierana diffundent odorem ſuum. In amaro & aſpero (ſi alicubi occurrerit) corticis quaſi verſorũ, dulce nuclei cogita. mellitior conditura, non ſemper in promptu. à ſuperficie ne cenſuram vibres: oſſa tenta & medullas. intima perſcrutare. rem qui quærit & ex ea fructum ſalutarem, nõ nimis de colore quo imbuta exterius, ſollicitus eſt. Veſtis virum ornat; at animum nulla mutat. Interpretatio vna, ſelectiorum ornatiore verborum cultu, antiſtat alteri; verumtamẽ quia ex fide agit, ſenſa nõ variat. Præfinitò enim hic loqui neceſſe eſt. Peßimum interpretandi genus eſt, de ſuo temerè quid adtexere. iniurius eſt magnis viris qui ita animatus eſt. Nõ feret ætatem eiuſmodi verſio, tametſi exculta ſit probißimè, fumetq; quæuis pagina perpetuo elegantioris latinitatis thymo odorata, quæ moroſiſſi[illegible] etiam lectoris acetum detergat. Illa verò per[illegible]enabit, quæ Auctoris mentem refertam rebus[illegible], grauem põdere, neruis plenã & ſanguine, vt pur[illegible] purâ non veſtiat, vt pigmentis & ſtibio non colo[illegible]ret; hoc tamen quà valet agit,*

*git, natiuo colore & ſplendore vt luceat ſuo. Non li-*
*cet eſſe tam licentioſo, vt in alieno fruſtra ingenioſus*
*ſis. Nil præterquam quod ab Auctore poſitū, ponen-*
2.Mac.2. *dū.* Nouæ domus architecto, de vniuerſâ ſtru-
cturâ curandum eſt. *Alienam qui proſcindit an*
*ſollicitat humum, non iacit in ea niſi ex præſcripto*
*aßignata ſemina. Ad normā laborat, qui aliena ex-*
*equitur. In hanc nunc arenā deſcendi. Non hic iam*
*captandum opinor aliquam gloriolam, nō prima pe-*
*tendum non vincere alios certandum; ſed commu-*
*ni ſtudendum vtilitati. tamen,*

Extremos pudeat rediiſſe. —

***Iudicabis Lector. Hoc habe,***

Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis
Quam plurimis, & minimè multos lædere,

*In his ego vna cum ipſo Auctore nomē profiteor me-*
Ibid. *um.* Sicut hi quæ præparant conuiuiū, & quæ-
runt aliorum voluntati parere propter mul-
torum gratiam, libenter laborem ſuſtinemus,
*& hunc certè verſionis huius cauſâ* non facilem,
immo verò negotium plenum vigiliarum &
ſudoris aſſumſimus. *Sed*,

Qualis ſpeluncâ ſubito commota columba,
Cui domus & dulces latebroſo in pumice
nidi,
Fer… ur in arua volans, plauſumque exterrita
pe… nis
Dat tecto… ingentem: mox aëre lapſa quieto
Radit iter liqu… idum, celeres neq; commouet
alas;

Ier.2. *Sic* aſſuetus in ſolitudin… e *& ſilentio*, in deſiderio
animæ attraxi ventum a… moris *huius Academiæ*

Dec-

*Peccatorum Gallicæ, vt facerem Latinam, excitus plauſu fauoris Francici, & Famæ Boſquieri claritudine. Vt me ad interpretationẽ accinxi, aperto quã mox Gallico decurri æquore. Percurre amice Lector, ac mecum inuola in Adyta Sacrorum Monitorũ Boſquieri, quo*

Nil exactius eruditiuſq; eſt,
Sed nec candidius benigniuſq;.
Hunc ſi pectore, ſi tenebis ore,
Nec ronchos metuam maligniorum,
Nec ſcombris tunicas dabo moleſtas.

*Nam Boſquierum,*

Nulla dies vnquam memori — eximet æuo,

*dum domus Seraphici Ordinis, Romam fidei Orthodoxæ in Petro Petram quaſi* immobile ſaxum
Accolet, Imperiũq; Pater Romanus habebit:
*Illi etenim agitur,* — neſcia fallere vita,
Diues opum variarum,
*in religioſis Virtutibus, in libris editis.*
Sollicitent alij remis freta cæca, —
Atq; alio patriam quærãt ſub ſole iacentẽ,
— penetrant aulas & limina regum;

*Me verò cum magno hoc Viro primùm dulces ante omnia Sacræ litteræ,*

Quarum ſacra fero ingenti percullſus amore
Accipiant, cæliq; vias & gaudia monſtrent.

*Ita & tibi beneuole Lector voueo.*

AVCTOR.

# AVCTOR AD LECTOREM de hoc ſuo Anagrammate.

## SVPPLE HIS QVI PROBI.

*HIS SVPPLE, QVI nempè PROBI cognominis omen*
*Tale mei, adiuncto nomine (Lector) habes.*
*Fatidicè: nam cùm Tragicos paulò antè cothurnos*
*Roderet inſultans lingua canina meos:*
*Afflictus vitam, in tenebris luctuq́; volebam*
*Ducere; non, benè agens dura malumq́; pati.*
*Eccè ſed intuitus, quid verſus nominis ordo*
*Diceret: aio: Dei ſcribere iuſſa monent.*
*Ergò manumiſſos calamos ſeruire coegi*
*Rurſus; doq́; libris cernere poſſe diem.*
*Quidni? Lectorum non quilibet improbus: Eccui*
*Improbus, hæredem non ſinat eſſe Probum?*
*Vnius ob noxam & furias, rariſſima mittit*
*Iupiter in cunctas fulmina læſus oues.*
*SVPPLE, ait, HIS, QVI nempè PROBI, vox cælica; perge;*
*Pergere non tutum nolle, iubente Deo.*
*Pergo igitur, iuſſuq́; Dei nunc ſuppleo; opusq́; hoc,*
*Cæteraq́; implebo, ſi probus eſſe velis.*
*Si quis es improbior. ſacra ſunt hæc, tangere noli;*
*Tangere cur auſis ſcripta dicata probis?*

SVO

SVO

# ADMODVM VENERANDO IN CHRISTO PATRI AC eloquentiſſimo Eccleſiaſtico Oratori Fratri,

*P Ræpotens ſummi Deus ille Iaco* B
*H Anc globi molem modulans quatern* O
*I Ntegrat Tractu,* hic numerus ſacratu* S
*L ucet vbi* Q
*I Mpiger ſic tu reuocas ab act* V
*P Rodigum obſcœno, nitida quatern* I
*P Agina libri, vt Veneris cubil* E
*O bruat vlto* R

D. Andr. Sallæus Paſt. in Silly.

* Nomen Dei tetragrammaton. Titulus crucis quadriuerbius. 4. Elemẽta 4 Orbis plagæ. Oriens Occid. &c. 4. Terræ partes Aſia, Americ. &c. 4. Anni tempora, Ver, Æſtas &c. 4. Venti. 4. Euangelia. 4. Doctores. 4. Hominis nouiſſima. Quaternarius numerus eſt primus parium ſecundum Philoſop. Vide Hect. Pint. Diaſ. de imagine vitæ humanæ p. 2. dial. ꝯ. c. 18. Bartaſſium heb. 2. circa finem.

# D. LAVRENTII BAII MELINENSIS, QVONDAM APVD Inſulenſes literaturæ humanioris doctiſſimi Profeſſoris, nunc Ghilinghiani Paſtoris Carmen.

## Ad Librum de Prodigo.

*PRodire in auras ecquid ô fruſtra times*
*Habitu nitenti, & ore pulchricomo Liber?*
*Relinque vanis hunc metum & longo ſitu,*
*Carieq́; multa ſordidatis fœtibus.*
*Tibi vigor ineſt, & labore plurimo*

Oculis

*Oculis honeſtus candor haud fruſtra datus.*
*Emerge; totum, quà patet, mundum ambula,*
*Laturus eheu, pœnè iam obruto malis*
*Subſidia, vires queis reſumat priſtinas.*
*Emerge, vt animis rudibus inſtilles modum*
*Et pœnitendi, & perpetrata crimina*
*Verè expiandi, Chriſtianos vt decet;*
*Qui fruſtra alioquin nomen auguſtum ſibi*
*Tot nunc ab annis indidêre: ſuggeras*
*Modumq́ue, & arma, Stygius hoſtis vt cadat,*
*Letale plenis faucibus malum vomens.*
*Erumpe, vt hominum ſtricta mordaci gelu*
*Pectora caleſcant poſtmodùm medullitus,*
*Afflata præpotentis igne numinis.*

---

## FRATRI PHILIPPO BOSQVIER Poetæ doctiſſ. D.I. Sonnius Namurcenſis.

*Aſpera ſyluarum, & dumos ſuperare canendo*
*Vt valeas, Boſquier, nomen & omen habes.*
*Hinc neque mirandum ſi Syluius, inuia luſtra,*
*Et doceat ſyluas verba ſonare ſua.*

---

## AD AVCTOREM HORVM SERmonum de Illuſtriſſimo ſuo Mœcenate.

*O Si (Boſqueri) multos ſerueris in annos*
*Mœcenas operum dum tibi tantus adeſt!*
*Quanta tuæ mentis nobis monimenta relinques!*

*Quan-*

*Quanta pijs! doctis qualia ſcripta dabis!*
*Ergo viue diu, cœptis fœlicibus inſta,*
*Digna tuis referes munera muneribus.*

Franciſcus Boueault Atrebas Religioſus
S. Vedaſti Ordinis D. Benedicti.

## IN VETVS ANAGRAMMA auctoris horum Sermonum de Prodigo.

*PHILIPPVS BOSQVIER: Supple his qui probi.*

*Si placere, docte Scriptor, vniuerſis non potes,*
*His ſuperdere noli, quæ inchoata ſunt tibi*
*Perfice id quod inſtitutum, non malignis ſed probis.*

## IN NOVVM.

*Philippus Boſquerius:* Fibris populi vſque es.

*Et tua doctrina & mores facere, PHILIPPE*
*Omnis vti populus te vehementer amet.*
*Nec modo concilias animos ſermone diſerto,*
*Dum facis ad Cœtum, verba panegyrica:*
*Latius hortaris calamo, ne qua otia perdas:*
*Sit vacua vt tellus munere nulla tuo,*
Vſqu' hæres populi fibris, *cui dulce Magiſtri*
*Vocem audire, libros voluere dulce tuos.*

A. M.

):( IN

# IN HOMILIAS R. P. F. PHILIPPI BOSQVERI FACVNdiſſimi Theologi Epigramma ad Lectorem.

*CVM terras alio perluſtret Sole calentes,*
*Vt ſibi Mercator periturum congerat aurum:*
*Ante, diuitias qui conciliare perennes*
*Affectas, iter exiguum feciſſe pigebit?*
*Non volo contendas, ſtudiorum nomine, quondam*
*Illuſtres, vrbis nunc triſte cadauer, Athenas,*
*Aſt opus hoc doctum Montenſis adito* PHILIPPI,
*Hoc tua perpetuis ditabit pectora donis,*
*Teq; fugam ſcelerum, rectiq; docebit amorem,*
*Vtq; hominum ſceleri Dij debita præmia reddant,*
*Grande moræ pretium, ſudoribus vtere tanti;*
*Ingenioq; viri, cui ſeptima Olympias acta*
*Tantæ molis opus dat condere, numine dextro.*

Auctore Philippo Meyero Atrebatio.

APO-

## APOGRAPHVM LICENTIAE PRAELATI.

FRATER IOANNES NEYEN Ord. Minorum Reg. Obſ. Reuerendiſſimi Patris Generalis Miniſtri, ſuper Belgicas Prouincias, nec non Coloniæ, Argentinæ, atque Hyberniæ, cum plenitudine poteſtatis Commiſſarius Generalis, Venerando admodum in Chriſto Patri F. *Philippo Boſquiero* Prouinciæ noſtræ Flandriæ Sacerdoti, Prædicatori, Confeſſ. & ſacræ Theologiæ Profeſſori ſalutem in Domino.

Quandoquidem video paſſim magno doctorum adplauſu recepta, quæ hactenus opera, ſeu Latinè, ſeu Gallicè edidiſti, imò & ipſum Pontificem ſummum Paulum V. Oratorem tuum Terræ ſanctæ gratum habuiſſe; idcircò venerande Pater, non ſolum tibi licẽtiam, pergendi & noua cudendi, aut vetera recudendi facio, ſed & paternè te hortor, imò, &, ad meritum obedientiæ, præcipio, vt ſcribas atque edas, quæcunque tibi expedire videbuntur, ad gloriam Dei Opt. Max. Eccleſiæque Chriſtianæ vtilitatem, carique mihi erunt, quicunque tibi hâc in re voluerint eſſe fautores. Vale, & ora pro me Datum Bruxellis, ſub meo chirographo, officijque mei ſigillo, 23. Iunij 1607.

*Frater IOANNES NEYEN*
*Commiſſ. Generalis.*

## *FRATER PHILIPPVS BOSQVIERVS CÆSARIMONTANVS, Franciſcanus Obſ. Prouinc. Flandriæ, Lectori ſuo beneuolo PACEM & VERITATEM.*

QVoniam (Lector beneuole) nõnulli, neſcio quo genio, bono ne an malo, ipſi viderint, mihi ſanè ipſi aut Negligentiæ, aut Inuidiæ, aut Jgnorantiæ vehementer ſuſpecto, in excudendis, aut caſtigandis & recudendis quorundam Seraphici Ordinis noſtri Autorum ſcriptis pleriſque multis, tacuerunt in librorum frontiſpicijs, ipſos Autores ex Ordine Franciſcanorum eſſe, ſed ne quidem eorum proprijs nominibus FRATRIS prænomen (perpetuàm illam iàm ſolim hactenùs religioſorũ hominum cuiuſcunq; claſſici & probati Ordinis notam) præfixerunt, quod in Fr. Petri Galatini volumine de Arcanis Catholicæ Veritatis; in F. Andreæ Vegæ Hiſpani, & Magiſtri, Salmãticenſis doctiſſimis illis & copioſiſſimis de Iuſtificatione libris Coloniæ in fol. 1572. editis; in F. Johañis Feri operibus pleriſq; omnibus; in F. Marci Vigerij Cardinalis Decachordo, etiam nouiſſimè Duaci per Balthaſarem Bellerum recuſo; & in F. Iohannis Pechani Cantuarienſis Eccleſiæ Archipræſulis quinque libris Bibliorum Collectaneis edendis, omnium Ord. Franciſcani hominum, video peccatum eſſe; Sed & prætereà nonnũquàm contingit temporum lapſu, alijs aliorum lucubrationes falsò adſcribi, vt D. Hieronymo quædam, quæ ſunt Sophronij; D. Auguſtino, quæ ſunt Bedæ aut alterius; Johãni Gerſoni Jmitatio illa Chriſti, quæ eſt Fr. Thomæ de Kempis; Ciceroni in Salluſtium reſponſio, vel ab ipſo Quintiliano adtribuitur, quæ eſt alicuius declamatoris, ac fortaſsè Porcij La-

tronis

tronis(ſi Sebaſt. Corrado in Quæſturâ credimus:) Egoque ipſe, tãtulus inter Scriptores, nouiſſimè duplici iniuriâ ſum ab Antonio Poſſenino in Apparatu eius ſacro Coloniæ 1608. edito, affectus, vnâ, quum MONOMACHIAM meam, ſeu Conciones 40. de tentationib. Chriſti in deſerto alteri adſcripſit; alterâ, quum de me vno ſcriptore duos fecit, & ex vnius eiuſdemque hominis ſcriptis altera cuidam Boſquiero, altera cuidam Boſkhiero, quaſi alteri Scriptori, adiudicauit, deceptus ſcilicet vir, alioquî doctus & bonus, varia cognominis mei ſcriptione, qua modò *Boſquierus* nouè (more Patris & Patruorum, & aliorum quorundam cognomiorum tàm Ancſnis, quàm in Gallia;) modò priſcè, imò nouantiquè & Græco ſignificatu, *Boſkhierus* (vt ferè maiores quidam mei) ſcribere ſoleo: Sic enim Antonius ille Poſſeuinus in illo opere, quod nunc dixi, litera P ſcribit;

PHILIPPVS BOSCHERIVS *Hannon. Cæſarimontanus Conuentus D. Franciſci Lucemburgi Prouinc. Flandriæ Guardianus, ſcripſit opus prænotatum, Orbis Terror, ſeu Concionum de Finibus Bonorum & Malorum, libris duobus. Edidit Balthaſar Bellerus Duaci anno* 1603. *Cùm anteà euulgâſſet duos libros, quibus Parabolam filij Prodigi patrio ſermone explicat; Qui prior Montibus anno* 1596. *editus, alter Atrebati anno* 1597. *prodierunt. Notas in Monomachiam Chriſti incruentam Latinè, ann.* 1598.

PHILIPPVS BOSQVERIVS *emiſit Monarchiam* (Monomachiam dicere voluit) *Ieſu Chriſti & Luciferi incruentam, ſeu Concionum* XI. (pro 40.) *de Tentationib. Chriſti in deſerto. Notas. Duaci apud heredes Petri Belleri: & librum inſcriptum Ara Cæli, ſeu Conciones de Honorario à Magis Orientis Ieſu infanti oblato. Antuerpiæ apud Gaſparem Bellerum ann.* 1607.

Litera verò H ſic: *Henricus* Willot *Ord. Minorũ, Belga, ex Oppido quod dicitur A Fontibus Epiſcopi, in finibus Tractus Leodienſis, ſcripſit Notas ad Monachiam Chriſti incruentam*, &c. Monomachiam dicere voluit, quam tamen Willotius ille nullam edidit, Magiſter in Theologicis meus chariſſimus & doctiſſimus, doctior ſanè,

quàm vt Monomachia illa mea ipſo digna ſit: Quoniam (inquam) illa ipſa ſic ſe habent; operæprecium magnum mihi fore viſum eſt, ſi hîc nomina librorum, quos iam edidit gratia Dei mecum, & quos pro meis agnoſco, quoſque deinceps in lucem Deo benè fauēte ſum daturus, recenſerem, & quibus quiſque locis, & apud quos, editus eſt, indicarē. Sic enim & Ordinis mei Honori, & rerum Veritati, & Iuſtitiæ optimè conſuluero, faciēs ſcilicet, vt deinceps nemo bonus in ſuſpicionem plagij falsò apud poſteros veniat; neminem innocentem & doctum, mearum, ſi quæ ſunt, nugarum, aut minùs accuratè ſcriptorum immeritò pudeat; nemo corniculæ, ſeu Æſopicę ſeu Horatianæ, inſtar, plumis alienis, aliquandò à grege auium repetendis, ſuperbiat.

Mea igitur ſunt (ità fateor, & agnoſco, bone Lector) quæ ſequuntur, Gallica, Latina:

## GALLICA;

* 1. *Tragœdia noua* cui Nouaculæ nomen, aduerſus luxum veſtium, verſu Alexandrino. Edidit Carolus Michaël Montibus Hannoniæ in 8. ætatis meę circiter 26.

* 2. *Oratio funebris*, in Ducem Arſchotanum. Edidit Petrus Auroy Duaci Catuacorum in 8. ætatis 50.

* 3. *Academia Peccatorum*, ſeu Conciones de Prodigi Euangelici proteruia & luxu. Edidit Carolus Michaël, Montibus Hannoniæ in 8. ætatis circiter 34.

* 4. *Flagellum Academicum Peccatorum*, de Prodigi eiuſdem per famem virgatione. Edidit Gulielmus Riuerius, Attrebati in 8. ætatis circiter 35.

* 5. *Seruitus peccatorum*, ſeu de Prodigo iàm ſubulco. Edidit idem Riuerius ibidem in 8. ætatis circiter 37.

* 6. *Pœnitentia eiuſdem Prodigi*. Edidit Oliuerius Varennius Pariſijs in 8. & cum eadem recudit vniformiter tria priùs memorata volumina, & corpus vnum ex quatuor fecit, quod Ludouico XIII. Gallorum Regi,

gi, Philippi III. Hiſpan. Regis Genero dicaui, eiuſque Maieſtati in manus ipſe dedi, in ipſis Luparæ penetralibus, 12. Martij, ipſo D. Gregorij; ætatis circiter 50.

## LATINA;

* 1. *Monomachia Chriſti & Luciferi*, ſeu Concionũ 40. de Tentationibus Chriſti in deſerto, Notæ. Edidit Gulielmus Riuerius Attrebati in 8. ætatis circiter 37. Recuderunt correctiorem & auctiorem Petrus Borremanus, Duaci Catuacorum; ſimiliter & Iohannes Crithius meus, Coloniæ.

* 2. *Theatrum Patientiæ*, ſeu Concionũ 40. de Paſſione Domini, Notæ. Edidit Balthaſar Bellerus, Duaci in 8. ætatis circiter 40. Recudit Ioannes Crithius Coloniæ eodem titulo. Item Petrus Borremannus Duaci correctiorem & auctiorem, ſub nomine Codri Euangelici. Nouiſſimè etiam meus Crithius, ſub Codri quoque nomine.

* 3. *Orbis Terror*, ſeu de Finibus Bonorum & Malorum, Morte, & Iudicio. Edidit Petrus Bellerus, Duaci Catuacorum in 8 ætatis circiter 42. Recudit ſemel & iterùm Franciſcus Jacobus Mertzenich Coloniæ, ſumptibus Joannis Crithij.

* 4. *Orator Terræ Sanctæ*, ſeu Philippicæ ſacræ aduerſus Turcarum barbariem, & importunas Chriſtianorum diſcordias, propoſito Pſalmo, *Deus venerunt Gentes*, &c. Dicatus eſt PAVLO V. PONT. OPT. MAX. Edidit Petrus Borremannus, Duaci in 8. ætatis circiter 44. Recudit meus Crithius, Coloniæ.

* 5. *Ara Cœli*, ſeu Echo Concionũ 30. de tribus Magis, pueri Ieſu adoratoribus; propoſito Euãgelio, *Cum natus eſſet Ieſus in Bethlehem*, &c. Edidit Petrus Borremannus, Duaci Catuacorũ in 8. ætatis circiter 45. Recudit meus Crithius, Coloniæ.

* 6. *Legatus Apoſtolicus*, ſeu Echo Concionũ XXIX. de Baptiſtæ Magni, aduerſus incæſtum, reliquaq; Herodis peccata, dicendi libertate, ex varijs Euangeliſtis. Dicatus Philippo III. Hiſpp. Regi Ludouici XIII.

Gall. Socero. Edidit meus Crithius, Coloniæ in 8. ætatis circiter 50.

* 7. *Tabulæ Naufragij*, ſeu Echo Concionũ aliquot de Dominicis & Feſtis. Edidit meus Crithius, Coloniæ in 8. ætatis meæ 52.

* 8. *R. P. F. Ioannis Houdemij Franciſcani* Paſſio Rhythmica, Chriſtias facta, in libellos ſex diſtincta, caſtigata, argumentis libellorum bifarijs aucta, & Ordini D. Franciſci vindicata. Edidit Matthias Birthon, Luxemburgi in 12. ætatis circiter 42.

Hæc iàm edita: ſuperſunt verò, vita comite & Deo adiutore, edenda.

*GALLICA;*

* 1. *Supplementum parabolæ Prodigi*, ſeu lætus eius ad ſuos receptus, per Conciones, toti Aduentui ſeruiturus diſtinctus.

* 2. *Maria Ceruienſis*, Comedia verſu Gallico de R. P. F. Iacobo Leſcailleto Franciſcano celeberrimo, à morbo deſperatiſſimo, ope Matris Virginis Ceruiæ curato.

*LATINA;*

* 1. *Tabulæ reliquæ Naufragij.*

* 2. *Vltramundana*, ſeu de Finibus Bonorum & Malorum, Cœlo & Inferno.

* 3. *Carcer, & mors Baptiſtæ Magni.*

* 4. *Conciones 40. de Chriſti Crucifixione.*

* 5. *Prodigus Allegoricus*, de Chriſto expoſitus 24. Concionibus Athi declamatis, ternis Octauis V. Sacramenti.

* 6. *Legationes vltimæ Oratoris Terræ ſanctæ.*

* 7. *Vegetius Chriſtianus*, ſeu de tota arte militari, ad Turcam citò, tutè, ſecureq; debellandum.

* 8. *Paradoxa Euangelica, Concionibus explicata.*

Quæ, iàm olim & nunc recenter dedi, vides (beneuole Lector) quæq; dare in poſterum velim, data boni conſule, & vt tu ſperata quoq; conſequi, ego dare poſſim, me precibus tuis apud Deum iuua, & Vale.

Datum Cumis prope Montes Hannoniæ, ipſo die Purificationis, 1614.

# ACADEMIAE

*PARS PRIMA,*

Quæ

# INSOLENTIA

## PECCATORVM

Seu

*DE LVXV ET LIBIDINI-
bus Prodigi.*

AVCTORE P. PHILIPPO BOS-
CHIERO CÆSARIMONTANO, &c.

SVM.

# SVMMARIA SIVE ARGVMENTA CONCIONVM

## Primæ partis.

CONC. I. 1. *Etymon dictionis* Parabola, *& complures definitiones adducũtur: 2. vt largè nonnunquam ſumatur* Parabola *docetur: 3. an textus de filio Prodigo ſecundum propriam verborum ſignificationem ſit verus: 4. ſi quæ parabolæ in ſacris litteris potuerint non accidiſſe ſecundum propriam & primã verborum acceptionem: 5. ſi quæ ſint huiuſmodi, & vt ab alijs diſcerni queant, quæritur.* pag 9.

II. 1. *Quas ob cauſas ſit receptus Parabolarum vſus. 2. quare Chriſtus hanc de Prodigo attulerit. 3. eius ſcopus.* pag 37.

III. 1. *Quem homo pater Prodigi ſignificet. 2. vt Deus Pater homo dici queat. 3. Chriſtum propriè eſſe hunc hominem. 4. vt ſit hominum, quin etiam ſceleratorum parens docetur. 5. deinde de ſignificatione filiorum duorum variæ opiniones adferuntur. 6. ea probatur literalis, quæ tenet prodigo ſignari peccatores, qui tum ad Ieſum erant appropinquãtes, ac his peccatores omnes; ſeniore, Phariſæos tunc murmuratores.* 61.

IV. 1. *Vt anxium ſit Matrimonium. 2. ætates infantiæ, virilitatis, ſenectutis, iuuentutis quid? 3. de dictione Adoleſcentis. 4. cuius ætatis probabiliter erat Prodigus. 5. Cur expreſsè non exprimitur. 6. inuectio & admonitio ad adoleſcentes ſuper obſequio in parentes. 7. vt nomina* νεώτερος, *iuuenis, nouus, adoleſcens, conueniant peccatoribus. 8. breuis diſcurſus de ſenectute.* pag. 88.

V. 1. *Vniuerſos credere ſe ſapientes & iuſtos. 2. catalogus quorundam Epithetorum communiter à probatis Authoribus voci* Adoleſcens *adiectorum; & vt ſcitè peccatori conueniant. 3. diſcurſus fuſus, monſtrans rationem acie, peccatorem eſſe adoleſcentem & ſtultum.* 119.

VI. 1. *Diſcurſus ſuper differentia Scripturarũ ſacrarum & prophanarum proœmij vice.* 2. *refert adoleſcens pro-priè peccatorem, quia vterq; temerarius.* 3. *bellum inferũt Deo temeritate peccatores.* 132.

VII. 1. *Geminos illos filios poſſe ſignificare allegoricè Iudæos & Gentiles.* 2. *Gentiles infideles & impios dici filios Dei haud abs ratione.* 3. *Cur Iudæi per ſeniorem de-ſignentur.* 4 *Opiniones variæ ſuper antiquitate Idolola-triæ.* 5. *breuis diſcurſus in veſaniam Idololatrarum.* 6. *Hæreticos deſignari per adoleſcentiorem demõſtratur.* 175.

VIII. 1. *Excuſatio prolixitatis Concionum ſuperiorum proœmij loco.* 2. *An prodigus omnem ſuam ſubſtantiam, aut eius partem petat.* 3. *Inuectiua in eos qui dominus & dominæ, non pater & mater à prolibus vocari volunt.* 4. *quibuſdam indicijs liberos demonſtrare in pueritia, quales ſint poſtea futuri.* 5. *Cur Deus ita permittat.* pag. 211.

IX. 1. *Quid ſignificent voces* οὐσία *& ſubſtantia.* 2. *Pu-blicanos iſta petitione poſtulaſſe libertatem & opes.* 3 *Pec-catores omnes per* Da mihi, *&c petere à Deo animũ ratio-nalem, vtque petere queãt nondum exiſtentes.* 4 *petere li-bertatem.* 5. *ſcientiam.* 6. *opes* 7. *optimè diuitias dici contingere, monſtratur.* pag 231.

X. 1. *Quæſtio fuſè agitatur, An hoc vel illud à Deo pe-tere liceat?* 2. *an bona tẽporalia poſtulari poſſint?* 3. *num conſultum parentib. diſtribuere facultates ſuas liberis antè mortem?* 258.

XI. *Diſcurſus continuus ſuper educatione & inſtru-ctione Liberorum, per modum ſecundæ partis Concionis præcedentis.* pag. 278.

XII. 1. *Peccatoris ſubſtantia eſt liberum arbitrium.* 2. *An Chriſtus benè omnes donarit libero arbitrio.* 313.

XIII. 1. *Variæ genera libertatis declarantur.* 2. *Li-bertas quam petunt Hæretici non concedenda, & quare?* 3. *refutantur rationes Hæreticorum.* 4. *Exhortatio ad Principes & Rectores.* 332.

XIV. 1. *Duplex via arcta & ſpatioſa.* 2. *vocis* luxuria *atimon.* 3. *Quibus Prodigus concoxit ſubſtantiam ſuam ex textuum examinatione inquiritur.* 4. *opes hominem perdunt.* 5. *multum peregrinari haud ſalutare.* 6. *Prælatũ*

*præſen-*

*præſentia ſubdito optima. De auaritia & pdigalitate pauca.* 7 *omnia perdidit Adam.* 8 *vt profecti ſunt Publicani.* 9. *Diuitiæ noſtræ non ſunt.* 10. *Vt dicatur peccator abire in regionem longinquam.* 11. *non expellit eum Deus.* 12. *qui à Deo contingat elongari, qui vbique præſens eſt. Regio longinqua quid?* 13. *non omnia peccata æqualia.* 14. *mala à peccato manantia.* 15. *mala ſpecialia ex luxuria.* 370.

XV. 1. *Verba textus:* Et non poſt multos dies congregatis &c. *Optimè conuenire Idololatris.* 2. *ſimiliter Hæreticis.* 424.

## SECVNDAE PARTIS CONcionum Argumenta.

I. 1. *Concionis prooemium.* 2. *Sceleratorum correptio Rebuſpub. neceſſaria.* 3. *Alioqui quæ inconuenientia.* 4. *Punit impios Deus.* 5. *Amore.* 6. *Prodigus correptus, beatus.* 7. *fame luit.* 8. *Pœna iſta ipſi congrua.* 9. *leuis,* 10. *crudelis.* 11. *miſericorditer punit Deus* 12. *Medicus peritus Deus.* 13. *exſtirpat luxuriæ radicem.* 14. *cataplaſmate vno vulnera omnia non ſanat.* 15. *fames vtilis aduerſus peccata omnia.* 16. *quæ deliquerunt membra puniuntur.* 17. *fames prodigi cur tanta.* 18 *Iuuentus durè caſtigata* 19. *Deus creditor rigidus* 20 *fames quæ ob immania ſcelera acciderunt.* pag. 3.

II. 1. *Prooemiolum.* 2. *Omnis fames à Deo.* 3. *Error Manichæorum.* 4. *triplicis generis mala.* 5 *Miſeriarum noſtrarum nos ipſi cuſores.* 6. *Omne virulentum animal quid commodi, & omne malum quid boni habet.* 7. *Prouincia ad quam profectus eſt Prodigus cur fame percuſſa: de ſignis malitiæ eius expoſitione, ſiue commiſſione, aut priuatione ſeu omiſſione.* 8. *Duplex iuſtitia.* 9. *Qui non puniunt ſceleratos, puniuntur à Deo iudices.* 10. *Coniectatio innocentiæ prouinciæ laborantis fame.* 11. *Quantum valeat bonorum conſortium.* 12. *Quantum noceat malorum ſocietas.* 13. *Forte clanculum peccauit Prodigus.* 50.

III. 1. *Inuectio in eos qui de rebus Dei paſſim quæ*

runt

*runt, cur, quomodo? &c. 2. Magni Viri eiuſmodi aliqui. 3. Vt loquuti ſunt Prophetæ. 4. Curioſitas atheiſticè concludit. 5. arduum intellectui bonos mala, iniuſtos bona tenere. 6 Bona, malaue non denominant perſonam, adeoq; nec bona nec mala dicenda. 7. Qualis ſit Deus. 8. Iuſti afflicti vt eorum impediatur arrogantia. 9. Ne Dei obliuiſcantur. 10. vt vitijs via præcludatur. 11. vt purgentur. 12. vt ſe agnoſcant. 13. vt agnoſcantur. 14. vt lauream promereantur. 15. vt pietas exerceatur. 16. vt Dei in ſe amorem habeant exploratum. 17. Item honorem quo afficiuntur. 18. vt virtus eorum ſit nota. 19. vt Deum perfectè diligant. 20. vt melius inueniant. 21. vt ſpectatoribus proſint. 22. decus eſt iuſto affligi. 23. Item Deo. 24. non eſt alius veſte ſpoliandus, vt amiciatur ſpolians. 25 duplex ius, & vt Deus minimè iniuſtus affligens iuſtos. 26. Epilogus mixtus.* 76.

IV. 1. *Prooemium ſuper vbertate eius loci:* Et poſtquā, *&c. ſermonis propoſitio. 2. Deus ad vindictam non velox: rationes quinque per quas videtur impius citò puniendus. 3. Non differt Deus. 4. Grauiter punit in conſcientia. 5. ignorat arcana Dei homo. 6. rationes tredecim, ob quas Deus differt punitionem externam. 7 Quæ requirunt dilationem punitionis & correctionis; & cur prodigus mox non punitus. 8. cur in illa regione punitus: mali puniti eodem loco quo peccarunt. 9 vt magis confunderentur. 10. affligerentur, adeoque citius reuerterentur. 11. ne regionis incolæ perperam ſentirent de prouidentia Dei, cernētes impunitum. 12. ne Prodigum pro paruo Deo haberent. 13. Cur Deus palari paſſus quem requirere volebat: vndecim huius rationes: ſequitur Epilogus.* 130.

V. 1. *Exordium. 2. fames & ſitis quid ſignificant. 3. vt Publicani fame laborarunt, vtq; peccatores reliqui. 4. Quinq; expoſitiones iſtorum:* Poſtquam omnia conſummaſſet. *5. in hoc ſeculo nemo ſua contentus ſorte. 6. Iugiter famelici ſunt ſuperbi. 7. auari. 8. lubrici. 9. iracundi.* 198.

VI. 1. *Infirmantur animi vti & corpora. 2. origo famis inſatiabilis animorum, ex eo quod creaturæ non ſunt eius finis. 3. Deus ſolus eius proprius cibus. 4. videtur tri-*

angu-

angularis animus. 5. amplus eſt & capax. 6. Intellectus & voluntas actuoſi ſunt. 7. Animi noſtri cœleſtes. 8. Non patitur natura vacuum. 9. Creaturæ omnes vacuæ ſunt. 10. applicari nequeunt concupiſcibili. 11. Corporea non agunt naturaliter in ſpiritualia. 12. vmbræ ſunt. 13. A multis deuorantur diuites. 14. ea ratione punit Deus cupidos. 15. diſcurſus ſuper alijs generibus famis. 16 Hæretici qui famelici quoq;. 17. Ordo, ſiue regimen iſtiuſmodi famelicis. 232.

## ARGVMENTA CONCIONVM
### Tertiæ partis.

Conc. I. 1. Procemium ſuper deſiderio apparenti prodigi quo parens angebatur. 2. Gaudium regionis abſcedente prodigo. 3. Citiſſimè exiuit prodigus loco inhoneſto; optimè; & cur citiſſimè. 4. Peccata, potiſſimum carnis mittantur citò. 5. Quare ad Patrem non rediјt. 6. Cur adhoc à Deo nondum inſpiratus. 7. Corripiebat, ſimulq; iuuabat prodigum Deus, & quare. 8 Quibus ſe probè inſtructum probauit Prodigus. 9. Serui in Dominum officium. 10. Obſequutus eſt Prodigus Domino inclyto, conſtantiq;. 11. Vni, vno tempore adhæſit. 12. Dominum non mutauit. 13. Spectatus vir fuit Dominus eius: laus, vituperiumq; aulæ obiter. 14. breuis epilogus. 3.

II. 1. Prologus vnde amor & odium. 2. Peccator inconſtans in cupiditatibus ſuis. 3. Peccatum peccatum trahit & quomodo. 4. Non cogitur homo peccare. 5. Peccato à ſe ſit alienus. 6. Vnde hæreſes. 7. Qui hero ſe ſubegerit prodigus. 8. Qui peccatum dicatur ciuis regionis cuiuſdã. 9. Nonnulla vitia peculiaria nationibus & vrbibus. 10. Prodigus melior nobis ſeruis tot diuerſorum vitiorum. 11. Seruitus in quo conſiſtat. 12. Peccatores ſunt mãcipia diaboli, & quomodo hic peccati ciuis dicatur. 13. Adhæſerunt Gentiles Idolo cuidam peculiari & Philoſopho. 14 Vt hæretici quoq; adhæreant & adglutinati ſint vni. 53.

III. 1. Prologus: à peccatis oriuntur, & prodigus miſer. 2. planctus ſeruitutis indignæ prodigo. 3. laudandus herus eius ab hoſpitalitate: huius præconium & præmium.

4. Pro-

4 *Prodigi herus miſericorditer, clementer, iuſtè ſe habuit.* 5. *Seueriores Domini carpuntur.* 6. *timebat adhuc Deum prodigus: obedire paratus, promptus induſtrius.* 7. *Meritò ad eam ſeruitutem deductus.* 8. *Plexi per eadem vel ſimilia quorum cauſa peccarunt homines.* 9. *Dei deſpectores, deſpecti.* 10. *Epilogus ſententioſus ad ſeruos & Dominos.* 114.

IV. Concionis partis primæ. 1. *Procœmium à connexione cauſarum, materia lugubris & ſordida.* 2. *Villas diaboli eſſe concupiſcentiam carnis, oculorum, ſuperbiam vitæ.* 3. *Publicani vt fuerint in eas miſſi.* 4. *Peccatorem eſſe ruſticum, ignobilem, pluribus occupatum: diabolum diuiſionis authorem.* 5 *Hæretici qui dicantur in agrum miſſi.* 6 *Qui à potentibus adiuti.* 7. *Vt fides plures teneant.* 8. *Extaticam authoris deuotionem.* 154.

Partis ſecundæ Concionis eiuſdem. 1. *Ampla & breuis eſt Parabola.* 2. *peſſimo operi deſtinatus prodigus.* 3. *Porci etymon. Animal monſtruoſum eſt, figura, ingenio, cibi quantitate & qualitate, odoratu: prodigioſe inutile, ſtolidum, laſciuum, ferox* 4 *Porci figura diaboli.* 5 *Sympathia porcorum & dæmonum: conuenientia figuræ & ratione victus: diaboli inutiles, lubrici, iracundi, vt porci.* 6. *Porci ſunt mali cogitatus, ſenſus ſoluti; appetitus brutales; pars hominis inexplebilis. Porcos paſcere, eſt peccata anonyma patrare: peccatores docere, fouere, delectare, eis fauere.* 7. *Porci & porcarij innumeri.* 8. *Epilogus.* 173.

V. 1. *Pictura & poëſes ſimiles: de prodigo parabola artificioſa.* 2. *Libertas & elegantia figurarum Ieſu Chriſti in ea.* 3. *Non omnes qui humanam ſpeciem referunt.* 4. *Quid requiratur ad hominem, & de metamorphoſibus varijs.* 5 *Eas non accidiſſe realiter, nec quoad corpus, nec quo ad animam: & de Pythagoræ opinione quo ad tranſmigrationem animarum.* 6. *Quidam homines ſæpius bruta.* 7. *Ignari dicti bruta.* 8. *Quindecim peccatorum genera ad porcos collata.* 9. *Hæretici porci: eorum domini ſuarij & quomodo.* 10. *breuis epilogus.* 217.

VI. 1. *Procœmiolum continens ſubiectum ſermonis.* 2. *Examen verſionum & verborum* (Cupiebat: Implere:

Ven-

Ventrem: Siliquis: Illis: Manducabant: ) *deque Chriſti artificio. 3. Etymologia vocis græcæ* κϛάτιον, *& latinæ* Siliqua, *de ſiliquarum generibus & qualitatibus. 4. Quas expetebat Prodigus ſiliquas, adiecta commiſeratione & ſarcaſmis quibuſdam. 5. Pœna tali delicto conueniens erat; tractatulus contra profuſos. 6. Optimum condimentum fames. 7. De Publicanorum ventre & octo ſiliquarum ſpeciebus quibus eum implere expetebant. 8. Carnis voluptates ac delicatos cibos optimè ſiliquas vocari. 9. Honores meræ ſunt ſiliquæ. 10. Vt peccator ſiliquarum recordatione conatur implere ventrem, & diabolus ſuos ſolis ſiliquis paſcit. 11. Publicanorum venter & mens quam cupida ſiliquarum. 12. Cuiuſmodi erant ſiliquæ, quas concupiſcebant Gentiles. 13. Contemptus vanæ & impudicæ poëſis. 14. Apologia breuis pro Poëtis caſtis. 15. Hæretici nil niſi ſiliquas habent.*

VII. 1. *Lectionis huius propoſitio. 2. Prodigus malè ſolutus. 3. Male ſoluere ſuis ſeruis enorme peccatum. 4. Quare nullus miſertus ſit prodigo rationes octo. 5. An prodigus licitè in tali poſſit capere heri ſui bona.* 6. Nemo illi dabat *Publicanis accommodatur. 7. Diaboli praxis in peccatores. 8. Deus impedit peccata 9. Malè Gentilibus ſatisfacit. 10. Epilogus ad Auditores ſpecialiter ad Prodigum.*

VVLGA-

# VVLGATA TRANSLATIO, QVAE PVTATVR ESSE HIERONYMI: QVOD eam Codicum Græcorum, & veterum collatione emendauerit, illis tantùm, quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, vt idem inſinuat præfatione in Euangeliſtas ad Damaſum.

11. *HOmo quidam habuit duos filios.* 1.
12. *Et dixit adoleſcentior ex illis Pa-* 2.
*tri, Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me*
*contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam.*
*13 Et non poſt multos dies, congregatis omnibus a-* 3.
*doleſcentior filius peregrè profectus eſt in regionem*
*longinquam: & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam vi-*
*uendo luxurioſè.*
*14 Et poſtquam omnia conſummaſſet, facta eſt fa-* 4.
*mes valida in regione illa, & ipſe cæpit egere.*
*15 Et abijt & adhæſit vni ciuium regionis illius.* 5.
*Et miſit illum in villam ſuam vt paſceret porcos.*
*16 Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis* 6.
*quas porci manducabant: & nemo illi dabat.*
*17 In ſe autem reuerſus dixit. Quanti mercenarij* 7.
*in domo patris mei abundant panibus: ego autem*
*hic fame pereo.*
*18 Surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam ei.* 8.
*Pater peccaui in cœlum & coram te.*
*19 Iam non ſum dignus vocari filius tuus; fac me ſi-* 9.
*cut vnum de mercenarijs tuis.*
*20 Et ſurgens venit ad patrem ſuum. Cùm autem* 10.
*adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſeri-*
*cordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper col-*

lum eius, & oſculatus eſt eum.
11. 21 Dixitq́ʒ ei filius, Pater, peccaui in cœlum & co-
ram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus.
12. 22 Dixit autem pater ad ſeruos ſuos. Citò profer-
te ſtolam primam, & induite illum, & date annulū
in manu eius, & calceamenta in pedes eius:
13. 23 & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, &
manducemus, & epulemur:
14. 24 quia hic filius meus mortuus erat & reuixit: per-
ierat & inuentus eſt. Et cœperunt epulari.
15. 25 Erat autem filius eius ſenior in agro, & cum ve-
niret & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniā
& chorum:
16. 26 & vocauit vnum de ſeruis, & interrogauit quid
hæc eſſent.
17. 27 Iſq́ʒ dixit illi, Frater tuus venit & occidit pater
tuus vitulum ſaginatum, quia ſaluum illum recepit.
18. 28 Indignatus eſt autem, & nolebat introire. Pa-
ter ergo illius egreſſus cœpit rogare illum.
19. 29 At ille reſpondens dixit patri ſuo. Ecce tot annis
ſeruio tibi, & nunquam dediſti mihi hœdum vt cum
amicis meis epularer:
20. 30 ſed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſub-
ſtantiam ſuam cum meretricibus vênit, occidiſti illi
vitulum ſaginatum.
21. 31 At ipſe dixit illi, Fili, tu ſemper mecum es, & o-
mnia mea tua ſunt,
22. 32 Epulari autem & gaudere oportebat, quia fra-
ter tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, &
inuentus eſt.

# ΤΟ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ ΑΓΙΟΝ ΕΥΑΝΓΕΛΙΟΝ.

11 εἶπε δέ, ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς. 1.
12 καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρί, πάτερ, δός μοι 2.
τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.
13 καὶ μετ᾽ οὐ πολλὰς ἡμέρας συναγαγὼμ ἅπαντα 3.
ὁ νεώτερος υἱός, ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράμ, καὶ
ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴμ οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶμ ἀσώτως.
14 δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα, ἐγένετο λιμὸς ἰ- 4.
σχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, καὶ αὐτὸς ἤρξατο
ὑστερεῖσθαι.
15 καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκ- 5.
είνης· καὶ ἔπεμψεμ αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν
χοίρους.
16 καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κε- 6.
ρατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι. καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ.
17 εἰς ἑαυτὸμ δὲ ἐλθών, εἶπε, πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός 7.
μου περισσεύουσιμ ἄρτωμ, ἐγὼ δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι·
18 ἀναστὰς πορεύσομαι πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ ἐρῶ αὐ- 8.
τῷ, πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐνώπιόν σου.
19 καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου· ποίησόν με 9.
ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.
20 καὶ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἔτι δὲ αὐτοῦ 10.
μακρὰμ ἀπέχοντος, εἶδεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐ-
σπλαγχνίσθη· καὶ δραμὼν ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸμ τράχηλον
αὐτοῦ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.
21 εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ υἱός, πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανόν, 11.
καὶ ἐνώπιόν σου. καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου.
22 εἶπε δὲ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ, ἐξενέγκα- 12.
τε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτόν, καὶ δότε
δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς
πόδας.

13. 23 ϗ ἐνεγκάντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσατε,
ϗ φαγόντες εὐφρανθῶμεν.
14. 24 ὅτι οὗτος ὁ ὑιός μου νεκρὸς ἦν, ϗ ἀνέζησε· ϗ ἀ-
πολωλὼς ἦν ϗ εὑρέθη· ϗ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι.
15. 25 ἦν δὲ ὁ ὑιὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ ϗ ὡς
ἐρχόμενος ἤγγισε τῇ οἰκίᾳ, ἤκουσε συμφωνίας καὶ
χορῶν.
16. 26 ϗ προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων, ἐπυνθά-
νετο τί εἴη ταῦτα.
17. 27 ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἥκει. ϗ ἔθυσεν
ὁ πατήρ σου τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν· ὅτι ὑγιαίνον-
τα αὐτὸν ἀπέλαβεν.
18. 28 ὠργίσθη δὲ, ϗ οὐκ ἤθελεν εἰσελθεῖν. ὁ οὖν πατὴρ
αὐτοῦ ἐξελθὼν παρεκάλει αὐτόν.
19. 29 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς τῷ πατρί· ἰδοὺ τοσαῦτα ἔτη δου-
λεύω σοι, ϗ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον. ϗ ἐμοὶ
οὐδέποτε ἔδωκας ἔριφον, ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐ-
φρανθῶ.
20. 30 ὅτε δὲ ὁ ὑιός σου οὗτος ὁ καταφαγών σου τὸν βί-
ον μετὰ πορνῶν, ἦλθεν, ἔθυσας αὐτῷ τὸν μόσχον
τὸν σιτευτόν.
21. 31 ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ,
ϗ πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστιν·
22. 32 εὐφρανθῆναι δὲ ϗ χαρῆναι ἔδει· ὅτι ὁ ἀδελφός σου
οὗτος νεκρὸς ἦν, ϗ ἀνέζησε· ϗ ἀπολωλὼς ἦν, ϗ εὑ-
ρέθη.

IN-

11 *ET dicebat eis rurſum Ieſchua, Vir qui-* 1.
*dam habebat filios duos:*
12 *Et dixit ei filius eius minor natu, Pater mi, da* 2.
*mihi partem quæ mihi contingit ex domo tua. Di-*
*uiſit itaque eis poſſeßionem ſuam.*
13 *Paucis autem poſt diebus collegit filius ille mi-* 3.
*nor quæcumque ad ſe peruenerant, & profectus eſt*
*in regionem longinquam, & illic dilapidauit ſub-*
*ſtantiam ſuam dum profuſè viueret.*
14 *Quumque conſumpſiſſet quicquid habebat, fuit* 4.
*fames magna in regione illa, & cœpit egere.*
15 *Abiens itaque ſeſe adiunxit vni ex filijs ciuitatis* 5.
(ciuibus) *regionis illius & ille miſit eum in villam,*
*vt paſceret ſues.*
16 *Et concupiſcebat implere ventrem ſuum ex ſili-* 6.
*quis illis quas edebant ſues, & nemo ei dabat.*
17 *Quumque ad ſe rediſſet, ait, Quot ſunt nunc* 7.
*mercenarij in domo patris mei qui abundant pane,*
*ego verò hic fame pereo!*
18 *Surgam, proficiſcar ad patrem meum, & dicam* 8.
*ei, Pater mi, peccaui in cœlum & coram te:*
19 *Neque amplius ſum dignus qui vocer filius tuus:* 9.
*fac me vt vnum ex mercenarijs tuis.*
20 *Surgens igitur venit ad patrem ſuum, quum-* 10.
*que adhuc longè abeſſet, vidit eum pater ipſius, &*
*miſertus eſt eius: & accurrens incidit in collum eius,*
*& eum deoſculatus eſt.*
21 *Dixit autem ei filius eius, Pater mi, peccaui in* 11.
*cœlum, & coram te: neque ſum dignus qui vocer fi-*
*lius tuus.*
22 *Dixit verò pater ipſius ſeruis ſuis, Depromite* 12.

*ſtolam primam & induite eum, & ponite annulum*
*in manum eius,& calciate eum ſoleis.*
13. *23 Et adducite mactate bouem ſaginatum,& eda-*
*mus ac oblectemur.*
14. *24 Quia iſte filius meus mortuus erat, & reuixit;*
*perierat,& inuentus eſt, cœperuntq́; oblectari.*
15. *25 Ipſe autem filius eius ſenior erat in villa. quum-*
*que veniſſet & appropinquaſſet domui audiuit vocē*
*concentus multorum.*
16. *26 Et aduocauit vnum ex pueris, & ſciſcitatus eſt*
*ab eo,quid iſtud eſſet.*
17. *27 Dixit ei, frater tuus venit: & mactauit pater*
*tuus bouem illum ſaginatum, quòd ſanum eum re-*
*ceperit.*
18. *28 Et indignatus eſt,noluitq́; introire. Egreſſus au-*
*tem pater eius,efflagitauit ab eo.*
19. *29 Is verò dixit patri ſuo, Ecce tot annos ſeruio ti-*
*bi ſeruitutem nec vnquam tranſgreſſus ſum manda-*
*tum tuum, nec vnquam dediſti mihi hœdum, vt ob-*
*lectarer cum amicis meis.*
20. *30 Huic autem filio tuo quum profuderit poſſeſſio-*
*nem tuam cum meretricibus, & venit, mactaſti ei*
*bouem illum ſaginatum.*
21. *31 Dixit ei pater ipſius: Fili mi,in omni tempore tu*
*es mecum & omnia mea tua ſunt.*
22. *32 Oblectari autē nos oportebat,& gaudere, quòd*
*iſte frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat,*
*& inuentus eſt.*

Sic habet Benedictus Arias Montanus Hiſpa-
lenſis in Biblijs variarum linguarum
à Plantino impreſſis.

# CONCIONES DE FILIO PRODIGO SECVNDVM S. Luc.

## *PRAEFATIO.*

DEuotus ille melliſluusq́ue Doctor, ſanctus Bernardus ſcribens in cantica Salomonis dilucidè docet quam methodum, quemúe ordinem teneat ſaluti ſuæ ſtudens, Chriſtianus, ſi progreſſum facere cupiat; quo animo, quoúe feruore ſit, in illo ſuo tyrocinio: appoſitè certè vobis, ô Auditores, qui hûc inſtruendi conueniſtis; & perutiliter mihi, qui vt inſtruerem (licet impar) veni. *Eſt, quod in ſe eſt omnis ſcientia bona, quæ tamen veritate ſubnixa ſit; ſed tu qui cum timore & tremore tuam ipſius ſalutem operari, pro temporis breuitate feſtinas, ea ſcire prius ampliuſque curato, quæ ſenſeris viciniora ſaluti.* Nonne *medici corporum medicinæ portionem diffiniunt eligere in ſumendis cibis; quid prius, quid poſterius, & quemadmodum quidque ſumi oporteat? Ergo* (ſubdit) *quod dico de cibis, hoc ſentite de ſciētijs* dicētes ordine bono & ſtudio. Aſt quo ordine? Quo ſtudio? Idem ſanctus Bernardus eodem ſermone in cantica paucis eleganter monſtrat dicens: *Quo ordine? vt id prius, quod maturius ad ſalutem. Quo ſtudio? vt id ardentius, quod vehementius ad amorem. Attalus Magiſter Senecæ, idem,* inquiebat, *docen*

Tenendus in omnib: ordo.

*Serm. 36. in Cantica.*

*Seneca l. 19. epiſt. ep. 109.*

*ti & diſcenti debet eſſe propoſitum, vt ille prodeſſe velit, hic proficere.*

Cumq́ue propriæ miſeriæ cognitio ſit ſcientia perquam ſalutaris, & ad ſalutem adiens; & intellectio originis humanarum miſeriarum, à peccatis noſtris
*Oſeæ 13.* manantium, *Perditio tua ex te Iſrael*, omninò neceſſaria hoc noſtro potiſſimum tempore conflictuum feraci, & omnigenis ærumnis a iuſtitia veri Dei ob intolerandas ſpurcitias tot noſtrorum ſcelerum miſſis vberi; vtiliſſima cum ſit bene pœnitendi ſcientia; & miſericordia magna quâ ad pœnitentes ſeriò ſe habet Deus gratiſſimum pulpamentum alliciendis inefcandiſque nobis ad amorem quo ipſi tenemur, nihil aptius & pro muneris mei docendi, & veſtri diſcendi modo præfato, ratione deprehendi, quam ſi Aduentus & Quadrageſimæ diebus cõciones haberem in te-
*Tom. 1.* xtum de filio prodigo, vt vulgò ferunt. Quibus aurem præbeatis placidam, dum pro modulo fungar
*Tom. 2.* munere, dictat ratio, quò & ſalubriores noueritis. Hic namque palpabitis manibus, hic cernetis dilucidè, vt deſipiant peccatores omnes, vtque omnis eorum vita in inſipientia fundata ſit: vt Deus inſipientium horum ſiſtere curſum norit aufugientium, vti quondam prodigi, ad ſummam inopiam, vilemq́ue ſeruitutem,
*Tom. 3.* & quaſi paleis egentem eum reducendo; Quâ viâ redeundum ſit cum Deo in gratiam, vbi, conuerſo ad cre-
*Tom. 4.* aturas vultu auerſus fuerit quis ab eo: Denique, quibus amplexibus, quibus baſiis, qua miſericordia exci-
*Aug l. de liber arbitr.* piat pœnitentes bonitas diuina. In his verò meis lectionibus, ô Auditores, fucatum phaleratumq; ne ſectemini ſtylum, non ſcitè inſtructos diſcurſus; nec enim ſolas demulcere aures mihi eſt animus; aſt, cogere & compellere animos in odium peccati, & rebelles deficienteſque, à Deo voluntates diuinarum legum iugo ſubiicere quantum dabitur, hic meus ſcopus. *Quæ veritati operã dat oratio, incompoſita debet eſſe & ſimplex,* inſit Seneca Quem vt attingamus fœliciter ſcopum, opem, ſubſidiumq́ue cœlitus imploremus, meritis & precibus vnicæ cogitatuum meorum patronæ, ſacratiſſimæ

tiſſimæ virginis matris Mariæ, dicendo:
*Aue Maria.*

---

# CONCIO PRIMA.

## ARGVMENTVM.

1. *Etymon dictionis* Parabola, *& complures definitiones adducuntur: 2. vt largè nonnunquam ſumatur Parabola docetur: 3. an textus de filio prodigo ſecundum propriam verborum ſignificationẽ ſit verus. 4. ſi quæ parabolæ in ſacris litteris potuerint non accidiſſe ſecundum propriam & primam verborum acceptionem. 5. ſi quæ ſint huiuſmodi, & vt ab aliis diſcerni queant, quæritur.*

PRiuſquam ſuſceptam adoriamur materiam, quęri poteſt, quo communiter nomine ſignabimus textum noſtrum, hiſtoriæ-ne, an parabolæ de filio prodigo; quod Euangeliſta noſter nec hiſtoriam, nec parabolam dicat; ſimpliciter enim habet: *Ait autem Ieſus: Homo quidam habuit duos filios*. Verùm familiarius agens quæſtionem hanc mittam, tum maximè quod vniuerſi Doctores priſci & recentiores, quos ſaltem legi, in hunc locum ſcribẽtes videantur ſoluiſſe, inſigniendo hunc noſtrum textum nomine parabolæ, & dicendo tunc temporis à Chriſto adductas Phariſæis tres inuicem immediatè ſequentes parabolas: Prima, paſtoris erat, qui miſſis in deſerto nonaginta nouem ouibus aberrantem per deuia quæque requirebat. Altera viduæ accenſa lucerna requirẽtis drachmam perditam: tertia, eſt textus hic, quem communiter dicimus de filio prodigo; D. Hieronymus tom. 3. quæſt. 6. ad Algaſiam, vocat textum Prodigi Parabolam.

Euangeliũ de prodigo eſt parabola.

Deinde Eccleſia Romana (cuius authoritate magis fulcior, quam ſexcentorum Doctorum particularium placitis) in ſuo Miſſali nuper recuſo ſacri Concilii Tri-

dentini decreto, dicit Parabolam canens initio huius Euangelii, hoc modo: *Dixit Ieſus Phariſæis parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios.* Quod ſane addidiſſet nunquam, ni infallibiliter parabolicum hunc textum noſſet. Itaq; dudum iudicatum, hunc articulũ, non eſt quod vltra excutiamus: ad ſecundũ veniamus, inquiramuſve quid ſignificet, quid denotet dictio *Parabolæ*, regulariter: omnium etenim vtiliter pertractãdorum neceſſe eſt adipiſci definitionẽ, & eſſentiæ plenariam notitiam.

*Hier tom. 3. qu. 6. ad Algaſiã. & tom. 5. in c. 14. Iſa.*

Cicero l. 1 Off. *Omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputetur.* Igitur dicamus primo loco hoc die, quid importet nomen Parabolæ; deinde, ſi textus hic vt eſt parabolicus, an ſit quoq; in propria verborum ſignificatione verus. Quia verò nonnullæ hunc cingent diſcurſum ſpinæ, nemini faſtidium ideo pariat rogo: Vtile enim fuerit & neceſſe intelligere ſemel, quod omnes plurimùm concernit parabolas, nõ ſolum Euangelicas, ſed & totius ſcripturę ſacrę. Quia verò multa & graui difficultate non caret, è re veſtra erit me ſedulò audire, dum totus ero in diſſipanda tenebrarum harum denſitate.

Ergo, dictio Parabola, Latinis & Gallis vſurpata, deducitur à Græco παραβολὴ, vti innuere videt magnus ille omnium linguarum ęrarius S. Hieronymus, diuerſis in locis, & poſt ipſum alii multi. Eſtque hæc dictio compoſita & coagulata ex aliis duabus, præpoſitione παρὰ quæ idem ſignat quod *iuxta*, vel, *prope*, & ὅλον, id

Reiicitur opinio 1.

eſt *totum*. Atq; parabola idem ſignificaret quod iuxta totum; accedens ad rei ſummam propoſitio alludẽs, vel circumlãbens principale, & illud per ambages & circumloquutiones ſignificans. Etymologia hæc deſumitur ab antiqua quadam Gloſſa, quam ſubſcriptione & ſigilli appenſione probare non auſim, quia pro parabola, intrudere nobis videtur paraholam, mutando B. in H. aſpirationis notam.

*Gloſſa ordi. in c. 1. Prou. Salom.*

Alii nonnulli tum Theologi, tum in humanioribus eru-

eruditi, dicunt παραβολὴ deduci à παρὰ, quod ſignificat, *prope*, aut *iuxta*, conformiter ad Gloſſam ſupradictam, ac dictione βολὴ, quę ſonat, ſententiam, intentionē aut ſcopum propoſitionis. Atque parabola idem valeret quod accedens, aut appropinquans ad ſententiā, ſcopum, mentem authoris.

Hæc opinio non improbatur.

Simon Caſſianus l.6. de Parab ſaluatoris in prologo: παρὰ, inquit, *Græco eloquio, noſtro prope ſeu iuxta intelligitur: βολὴ autem in Græco, in Latino ſententiam ſonat. Erit ergo parabola, quod non propriè, ſed impropriè appropinquabit illi ſententię, quam author intendit educere, ſeu quod intendit includere in audientium corda ſiue legentium.* Lyranus in c.1. Prou. Salomonis, & in cap. 1. cantic. dat eandem etymologiam. βȣλὴ, velle, aut cõſulere Mureto. Mancinellus ſimiliter, niſi quod ſcribit βȣλὴ cum diphthongo ȣ.

*Io D. l de figur. tropicis parabolam dicit adiectionem, à παρὰ, id eſt iuxta, & βολὴ, id eſt iactus.*

Alii adſtruentes, vt præfati, deduci à παρὰ & βολὴ, ſecus tamen interpretantur dictionem βολὴ, dicendo ſignare iactum aut poſitionem. Quaſi dicerent parabolam eſſe comparationem iactam poſt aliud quippiam, per modum perſtringentis. Haud perperam, vti ſentio; quandoquidem verbum Græcum βάλλω, à quo βολὴ, adiunctum præpoſitioni cuicumq;, ferè ſemper iacere, ponere, adiicere ſignificet. Vt *hyperbole*, dicendi quædam figura, idem valet ac ſi dixeris, iacere, ponere, addere, eloqui ſupra aut amplius quam veritas ferat; ſuperiectum ſeu corollarium adiicere veritati. Deinde, dictio *ſymbolum*, quæ etiam à βάλλω deſcendit, ſignat quod ponitur, iacitur, colligitur in vnum tùm pecuniarum, tùm ciborum, vbi multorum initur ſocietas. Amplius, nomen παρεμβολὴ, ſiue Parentheſis ſignificat interiectionem, inſertionem, adiectionem propoſitionis, quæ poſſit addi vel omitti, oratione nullatenus turbata, interciſa, aut in neceſſariis mutila. Ita in παραβολὴ, compoſito nomine dici poteſt, quod βολὴ, pars & ſpecimen totius adiunctũ præpoſitioni παρὰ ſignificet propoſitionem obſcuram emiſſam in ſcopum, vt feriat & perſtringat quaſi obiter, quod apertè poteſt proponi. Vt vt ſit de ſignificatione

βάλλω, *id eſt iacio, vt ſit adiecta cuiquam rei comparatio.*

Opinio 3.

Hyperbole quid.

Symbolũ quid.

Παρεμβολὴ quid.

Parabola quid.

par-

partium dictionis παραβολὴ disiunctim acceptarum, indubitatum tamen eſt originem ſuam agnoſcere à verbo Græco παραβάλλω, quod deſignat componere, comparare, conferre aut referre vnum ad alterum : & παραβολὴ Græcis, *Miſce* Hebræis, denotat Latinis ſimilitudinem ſiue comparationem. Hinc Interpres ſacrarum litterarũ variis in locis pro dictione parabolæ vertit plerumque ſimilitudinem. Quintilianus l. 5. inſtit. c. 11. initio : *Noſtri ferè ſimilitudinem vocare maluerunt, quod ab illis Parabole dicitur.* Ibidem multò poſt: *Parabolam Cicero collationem vocat.*

D Hieronymus tom. 3. epiſt. ad Algaſiam quæſt. 6. *Parabola, id eſt ſimilitudo, quæ ab eo vocatur quod alteri* παραβάλλεται, *hoc eſt aſſimilatur, & quaſi vmbra prauiũ veritatis eſt.*

Idem tom. 5. l. 5. comment in Iſa. c. 14. *Quomodo parabola dicitur, quæ nulli alteri* παραβάλλεται, *id eſt comparatur?* vult ergo Hieronymus, vt ſit parabola rem rei comparari.

Santes Pagninus Iſagoge ad ſacras litteras cap. 28. *Parabola, id eſt comparatio.*

Verùm, ſat ſit de huiuſmodi ſenticoſis etymologiis & deriuationibus : nunc ſubeamus campum nonnihil amœniorem, proferamus definitionem non nominis, ſed rei ſignatæ dictione Parabola.

Parabolarum ſacrarum & prophanarum aliæ & aliæ definitiones.

Vt verò ſcriptores noſtros, & prophanos comperio parabolis vſos; ſic horum differre à noſtris, admittereque proprietates (è quibus formari queant definitiones) tum ſimiles, tum diſſimiles proprietatibus noſtrarum deprehendo. Etenim ipſorum ſunt quoq; ſimilitudines & comparationes vti & noſtræ, aſt regulariter lucidæ, intellectu faciles; in quo diſtant à noſtris maximè, obſcuris vt plurimùm, & ferè ænigmaticis. vnde ipſorum cuidam expanſæ & dilucidæ metaphoræ eleganter dicuntur. *Nihil eſt aliud,* inquit, *Parabole, quam Cicero collationẽ vocat, quam explicata metaphora.* Definitiones porrò, quas adducemus, potiſſimùm noſtris cum veteris tum noui teſtamenti parabolis ſubſeruient : nec enim hoc loco Rhetoricam ſecula-

cularem tot acrium ingeniorum acie illuſtratam profiteri intendo. Itaque pergamus.

D. Hieronymus in cap. 4. Matth. *Eſt propriè Parabola naturâ diſcrepantiũ ſub aliqua ſimilitudine facta comparatio.* Parabolarũ ſacrarũ definitiones variæ.

Iacobus Spieg. in ſuo Lexico iuris, ait: *Parabola eſt ſimilitudo ſumpta ex veritate. Sic cum dicitur hominem quendam habuiſſe duos filios, quibus diuiſit ſuas portiones, oportet eſſe in rerum natura & hominem, & filios, & hæreditatem, & diuiſionem portionum.*

S. Thomas Aquinas p. 1 q. 1. art. 10. ad 3. *Parabola eſt ſententia habens obſcuram ſimilitudinem.* Sic nonnulli eliciunt; ſed fortè melius vt ſequitur: *Parabola eſt ſermo, in quo verba non res ſuas propriè ſed ipſa res per verba illa ſignificata alias res figuratè ſignificant.*

Idem ſuper Iſaiam 14. coll. 1. *Eſt ſermo ſimilitudinarius, qui aliud dicit, & aliud ſignificat.* Quæ definitio ſciolis arctior æquò forte videbitur. An non veriſimile S. Thomam virum doctiſſimum ingenioque acerrimum dictionem *ſermo*, poſuiſſe, vt ſignaret primò id, ad quod hactenus inſtituta eſt, nempe ſonum ſenſitiuũ & auditu perceptibilem: deinde vt denotaret impropriè, ſignum, factum, actionem omni alio ſenſu exteriori perceptibilem? Nutibus enim & ſignis ſermo habetur; *Nutu, ſignisq; loquuntur.* Quin ſcriptura ſacra ſubinde notat apertè nomine ſermonis ſignũ propriè viſibile; vt in Exodo Dominus ad Moyſen, ait cap. 4. *Si non crediderint neq; audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis.* *Ouid. 4. Metam. in Pyramo.*

Deinde, haud venia indignus cenſendus eſt, quod auditus obiectum (ſonum ſcilicet ſeu vocem) ſumpſerit S. Thomas pro obiecto viſus (quod propriè eſt res viſibilis,) ex quo Theologi omnes, & ſcriptura ſacra aſſumant nonnũquam terminos peculiares obiecto viſus, vt denotent auditus, aliorumq; ſenſuum exteriorum obiecta, dicendo id viſibile quod propriè loquẽdo non videtur, ſed auditur, aut alio ſenſu percipitur corporeo. D. Aug. l. 10. in cap. 35. *vtimur verbo videndi* Viſus quia primatũ tenet in ſenſibus, intermiſcetur omnibus.

etiam

*etiam in cæteris ſenſibus, cum eos ad cognoſcendum intendimus.* Sacramenti definitionem aſſignantes Theologi, an non dicunt; *Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum efficax viſibile?* Dictio *viſibile*, non ſe extendit aut ſumitur pro ſigno quod videtur, minimè, ſed videtur aut percipitur aliquo ſenſu exteriori? Quid? Quod in Exodo dicatur populus ad radices montis conſtitutus vidiſſe voces Domino dante legem Moyſi in vertice montis? An non deſignatur percepiſſe clangorem tubarũ, ſtrepitum & fragorem tonitruorum? *Cunctus populus videbat voces.* D. Auguſtinus l.2. loquutionis de Exodo longe poſt initium tom.3. *Notandum ſcripturam voces ſolere appellare tonitrua, quas voces Dei, etiam Pharao ſuperius appellauit.* videri nequit vox, ſed audiri: inde cõſequitur verbum videre ſumi etiam pro audire, vti habes & in Iſaia, vbi dicitur non fuiſſe ſermonem in vniuerſâ domo Ezechiæ Regis, quem non oſtenderit Legatis Regis Babyloniæ.

*D. Aug. tom. 4. l. 2. quæſt. in Exed. quæſt. 72. videatur.*

Quoniam verò haud alienum eſt ſcriptorib. ſacris vti interdum dictione vna pro altera; vna eadem duo denotare diuerſa. atque conuenientem propriè vni ex quinq; noſtri corporis ſenſibus transferre aliquando ad deſignandum plures, dico S. Thomam in ſua Parabolæ definitione ſumere nomen *ſententiæ* ſiue *ſermonis* pro omni quo cordis noſtri arcana aliis pandi queant, ſiue ſit ſignum ſine verbo; ſiue verbum ſine ſigno; ſeu verbum & ſignum ſimul.

Parabola omnis ſimilitudinē dicit.

Attende quoque vt doctiſſimus Thomas parabolã dicat in altera definitione ſermonem imaginarium: in altera, ſententiam habentem ſimilitudinem, obſcurã tamen; commõſtrans de eſſentia parabolæ eſſe, quod genuinam habeat ſimilitudinem eius quod ſignificat; innuens etiam in omni parabola requiri relationem, collationem, comparationem vnius cum alio, ſequutus D. Hieronymi & D. Auguſtini placitum. D. Hieron. tom. 5. l. 5, comment. in Iſa. c. 14. *Quomodo* (ait) *parabola dicitur, quæ nulli alteri παραβάλλεται, id eſt comparatur?* Auguſtinus tom. 8. in Pſal. 68. *Parabola dicitur, quando datur ſimilitudo aliqua.* Addit pulchrè S. Thomas

*Idē tom. 3. epiſt. in Algaſiam quæſt. 6.*

mas

mas ſimilitudinem obſcuram, parabolas, donans obſcuritate ceu mitella, notáue, qua videantur tegere & inuoluere reritatem, quomodo pretioſa quæq; linteis vel ſericis obducimus, eo tamen modo, vt tranſpareāt. Idipſum Donatus & Diomedes Grammatici illuſtres concedūt paræmiis ſiue Prouerbiis, quæ quodāmodo parabolis cognata ſunt. Quod vero obſcuritas ſit quaſi proprium parabolis, aperte inſinuare videntur ſcripturæ ſacræ pleriſq; in locis, vt in Eccleſiaſtico, vbi dicitur cap. 39. *Occulta Prouerbiorum exquiret ſapiens, & in abſconditis parabolarum conuerſabitur.* An nō apertè monſtrant hæc verba parabolas regulariter obſcuras?

*Plutarch. tom. 1. moral. tract. de modo audiēdorum Poëtarum, veterum adagia ſimillima putat ſacrorū myſteriis &c.*

Marci 4. Cum diceret Dominus Ieſus datum diſcipulis noſſe myſteriū regni Dei, cæteris autem in parabolis, an non veritatem parabolis inuolui & tegi ſatis oſtendit? Cum dicerēt Apoſtoli Magiſtro ſuo Ioan. 16. *Ecce nūc palam loqueris & prouerbiū nullum dicis*; opponētes Prouerbiū ſiue parabolā rei perſpicuæ & euidēti, nunquid obliquè eius obſcuritatē non inſinuabāt?

Quæ dicimus, probata ſunt teſtimonio & ſubſcriptione antiquorū Doctorum multorum, qui de Parabolis ſeu rebus obſcuris, ænigmaticiſq; agunt; ac inter hos Patris Irenæi perantiqui doctoris, qui Parabolas collocat in claſſe ambiguorum & amphibologeticorum. S. Auguſt. in Pſ. 77. inſit Parabolas ſuo ipſo nomine exprimere deſudandum in ſui inueſtigatione. S. Clemens Alexandrinus ait Prophetarum arcana tropis & parabolis contecta. S. Hieronymus dicit nuces, & putamina ſub quibus nuclei latēt; echinos hiſpidos caſtanearum, aurifodinas. Alibi dicit parabolarum & ænigmatum intellectum dubium eſſe & incertum. S. Salon Epiſcopus Viennenſis in parabolas Salomonis ſcribens inquit, dictas parabolas, quia latētes ſunt res, & occulta deſignāt myſteria. Eruditè Rupertus comparat parabolas Chriſti ſomniis Ioſeph. Somnia obſcuræ ſunt ſignificationes, & quaſi veritatis vmbræ, & tales ergo parabolæ, ſi metaphoricè dici poſſunt ſomnia. Irenæus lib. 2. in hæreſi cap. 46. initio: *Parabolæ debent ambiguis adaptari.* Idem cap. trigeſimo octauo:

Prophe-

*Prophetæ in parabolis & allegoriis & non ſecundum ſonũ ipſarum dictionum plurima dixerunt.*

D. Auguſtinus tom. 8. præfat. in Pſalm. 77. *Quis audeat velut manifeſtas legendo percurrere parabolas, quæ nominibus ſuis indicant altius perſcrutari oportere?* In Pſalmum 48. concione prima, inſinuat parabolam eſſe quid obſcurum. Idem tomo 4. quæſt. ex Matth. ca. 14. *Subinſinuat per obſcuritates parabolarũ quibuſdam Iudæis occultatas ſalubriter ſententias Domini.*

Clemens Alexandrinus l. 6. ſtromatum: *Neque ipſe Seruator adeò craſſe & generaliter eloquutus eſt, vt ea facilè capi poſſent ab omnibus, ſed diſſeruit in parabolis.* Ibidem: *Myſteria Prophetarum teguntur parabolis. Scripturarum ſtylus parabolicus eſt.*

D. Hieronymus tomo 7. in cap. 7. Eccleſ. *Parabolas dicit aliud in medulla aliud in ſuperficie polliceri.* Ibidem: *Quaſi in terra aurũ, in nuce nucleus, in hirſutis caſtanearum operculis fructus requirendus in parabolis.*

D. Salonius Epiſcopus Viennenſis dialogo 1. in Parabolas Salomonis in principio, ait, *Salomonem ſuo Libro nomen parabolarum impoſuiſſe, vt per hoc demonſtraret quia non iuxta litteram, ſed aliter & ſpiritaliter intelligere debemus quod dicit.* Et paulò poſt: *Parabolæ,* inquit, *dicuntur, quia occulta ſunt & ſecreta myſteria ſignificant.*

Rupertus tom. 1. de Trinitate & operũ eius; in Gen. l. 8. cap. 21. loquens de ſomniis Ioſeph: *Sicut in ſomnio,* ait, *ſic & in parabola, dum aliud dicitur, aliud intelligitur: quemadmodum & aliud vmbra, & aliud corpus, & tamen nonnunquam ex vmbra corpus cognoſcitur.*

Gloſſa Ordinaria in cap. 1. Prouerb. *Videtur dicere proprium eſſe parabolis vt occultæ ſint; ideoq; hoc nomen operi à Salomone impoſitũ, vt non iuxta litteram, quæ dicit intelligamus.* Berthor. in dict. Parab. 7. *Eſt ſermo ſub figuris, metaphoris & ænigmatis palliatus.* Porrò, etſi nũquam obſcuræ dicerentur Patribus parabolæ, huiuſmodi nos deprehẽdimus eas; primò, quia vna eademque parabola interdum à diuerſis pertractata diuersè exponitur (tametſi non contrariè,) explicantibus aliis

vno, aliis alio modo. Deinde vnus idem Doctor parabolam explanans complures aliquando tribuit ei intellectus, quorum vnum vt alterum haud rarò ꝓbat; vti Origenes exponens parabolam de vinitoribus miſſis variis horis in vineam à patrefamilias. Aſt, quid opus fuſiores requirere probationes & veriſimiliora argumenta, quam vnam omnium communem ſententiam? *Vox populi, vox Dei.* Nunquid communiter vulgus obiiciens loquenti verborum obſcuritatem, ait; loqueris in parabolis; ſumendo parabolæ nomen pro ipſa obſcuritate? Sit itaque proprium parabolæ ex D. Thomæ ſententia adnexum habere vt plurimùm aliquid denſitatis.

Simon Caſſianus prologo libri 6. de parabolis Domini aliam definitionem ſeu deſcriptionem adducit fuſiorem, dicens: *Parabola eſt comparatiua ſimilitudo ſiue negotii ad negotium, ſiue perſonæ ad perſonã, aut ſtatus ad ſtatum, quæ in deſignationẽ alterius rei quam littera ſonet, dicta cognoſcitur, vt intentionem dicentis pronuntiet, etiamſi ſecundum litteram quod refert non inuenitur.* Quod omnis parabola habeat duas facies, ſcilicet modum occultum & modum apertum, vide pulchra apud Rabbi Moyſen l. 1. dubiorum folio 3. in proœmio libri. Alia definitio.

Sanctus Clemens Alexandrinus dicit lib. 6. ſtromatum, eſſe genus dicendi, quo parùm etiam nauus & induſtrius per impropria tamen ſimilia propriis deducitur in ſenſum proprij & veri. *Parabola eſt res eiuſmodi: Oratio ab aliquo non proprio quidem, ſed quod eſt ſimile proprio ad id quod eſt verum & proprium deducens eum, qui intelligit. Aut, vt dicunt aliqui, dictio quæ per alia ea, quæ proprie dicuntur, oſtendit cum efficacia.*

F. Ioannes Granatenſis Dominicanus libro de Parabolis Euang. tit. Quid ſit parabola, ſic ait: *Parabola eſt rerum fictarum per collationem ad aliud ſignificãdum veriſimilis narratio. Rerum fictarum, vt eo ab exemplo differat, quod rem geſtam referre ſolet. Ad aliud ſignificãdum, vt eo differat ab allegoriâ, in qua verus ſemper & conſtans manet litteralis ſenſus. In parabolis verò illius*

*ſenſus, quem primò littera ſignificat; nulla ferè eſt habenda ratio, ſed eius, qui per parabolam intelligitur. Veriſimilis narratio, vt eo differat à fabulâ: neque enim veriſimilia ſunt, quæ in fabulis referuntur. Per collationem ad aliud, vt eo differat à tropicis aliis, & figuratis loquutionibus, quæ ſine collatione enuntiantur. Narratio, vt eo differat à prouerbio, ſententia, apophthegmate.*

Parabola definitur ab Authore.

Poſſem hoc loco congerere definitiones alias complures; ne verò vobis ſim tædio, ô Auditores, ſilentio labens pertranſibo; adducã autem meam ex aliis multis coaleſcentem: Parabola eſt obſcura comparatio perſonæ, ſtatus, negotii cum alio, referens ſimilitudinem aut diſſimilitudinẽ, aut contrarietatem; ſiue verbis ſolum, ſiue ſolis factis, ſeu vtriſq; iunctis. Exempla earum quæ referunt quod contrarium eſt in duab. perſonis. Apoſtolus 1 ad Corint. 9. ait: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.*

*Virg. 2. Æneid.*

*At non ille, ſatum quo te mentiris Achilles,*
*Talis in hoſte fuit Priamo, ſed iura fidemq;*
*Supplicis erubuit* &c.

*Brutus occidit liberos proditionẽ molientes: Manlius virtutem filij morte mulctauit.*

Quas nunc proferam, in quo conſiſtat diſſimilitudo, manifeſtant. Dauid populi ſui ſaluti conſuluit, vti & Chriſtus; imparem tamen meretur gratiam Dauid; vtique qui ſolummodo mortis diſcrimini ſe obiecit pro amicis; quam nec ſubiit: Chriſtus verò magnanimiter eam pertulit, quin & pro hoſtibus. Amplius, ſi dixero: vt ſerpens æneus in crucem ſublatus ſanabat, qui ſe aſpicerent ictos, ita Chriſtus ſalutem tulit peccatorib. criminũ ſuorum iaculis cõfoſſis & ſauciis, expanſus ſuper crucis ligno, iis, inquã, qui viuæ fidei lumina in mortem eius defigũt. Serpens ſanabat, aſt potẽtiâ diuinâ, aliunde accepta, nec niſi à morte temporaria præſeruabat: rurſus, ſanat nos Chriſtus, propria ſua & naturali poteſtate, vitamq; donat ſempiternam. In his omnib. dicendi modis vnum cum alio conuenit in aliquo, deinde in alio repugnare oſtenditur; quo fit vt in parabolicam aſſurgat oratio.

*Aug. tom. 9. trac. 12. in Ioan. 6. 3.*

*Hectoris Æneæq; manu victoria Graium hæſit &c.* *Virg. 11. Æneid.*
*Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis,*
*Hic pietate prior.*

In his auté & ſimilibus, quas adducā loquutionibus,
demonſtratur ſolum, in quo res vna cōueniat cum al
tera. Quemadmodū in libertatē aſſeruit populū ſuum *Ita Chryſoſt. tom. 5 hom. 44. ad Antiochum.*
Dauid proſtratione portentoſæ illius turris carneæ,
prægrandis & enormis Cyclopis, gigantis, inquā, Go
liath; ita Saluator mundi, ſtrenuus certè Athleta li-
bertati fideles ſuos reſtituit, dæmoni caput allidendo,
conterendoque. Præterea, vt Rex Ioſias euerſa prorſus *4. Reg. 23.*
populi ſui omni idololatria, cultum diuinum contem
ptu obliuioneq; ſepultum priuſquam regni ſuſciperet
gubernacula, reſtituit: ſic noſtro ſeculo hic aut ille vir
inclytus terminis imperii ſui excedere coegit hæreſes
(& vtinam!) perſequendo hæreſiarchas diſtricto ferro;
fidem catholicam iacētem reſtituit armis, ac ab omni-
bus vitiis vindicauit ante ſuam in imperio inaugurati-
onem collapſam. Hoc dicendi modo fit comparatio,
monſtraturq; ſimilitudo vnius cum alio.

Atq; quoniam diximus ſtatum conferri cum ſtatu,
& negotium cum altero ſibi ſimili per parabolam, ex-
emplis familiarib. planum fiat vtrumque. Parabolicè,
meo iudicio, conferret ſtatum ſtatui, qui diceret cum
Achas Regi Syriæ Benadad, dum triumphos (vt aiūt,)
ſibi decerneret ante victoriā, & de ſymbolo hoſpite q̄-
ſeret non præſente: Qui accinctus eſt non glorietur vt
diſcinctus; in campo certaminis adhuc conſtitutus nō
eſt cur inſoleſcat ſuperbè, vt qui iā parta gloriatur vi-
ctoria. *Ne glorietur accinctus æquè vt diſcinctus.* Aut qui *3. Reg. 20.*
cū S. Paulo ſic ratiocinaretur. *Quis militat ſuis ſtipēdiis* *1. Cor. 9.*
*vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?*
*Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?* vbi
monſtrat à Corinthiis neceſſaria victui accepiſſe extra
muneris ſui rationem non eſſe; haud ſecus ac paſtor
& vinitor, ille ab ouibus, hic à vinea paſcuntur? Aut
qui diceret: Prima ſecula mundi creati, aut re-
creati, aurea erant; virorum & mulierum aureo-
rum feracia: aſt poſtmodum alchimia immutata &

noxia homines illi aurei & ſecula mutati ſunt in homines & ſecula argenteos; dein in ſecula ærea; nunc autem in ferrea. Quibus exprimitur deploranda non ſatis metamorphoſis optimæ & celebrandæ vitæ maiorum, in noſtram nimis ſane defledam. Ad hoc ipſum facerent vſurpata quæ dicit Ieremias in Threnis: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum! Filii Sion inclyti, & amicti auro primo; quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?*

*Thren.4.*

Theocritus, bonos homines vocat aureos viros. *Si quis*, inquit, *nunc ex noſtris bonus ſit, an ne putes hunc aurei generis ab Heſiodo æſtimari?*

*Socrates apud Platonem in Cratylo.*

Porrò, refertur negotium ad negotium, & parabolicè monſtratur conſonantia vtriuſque, quando agit Chriſtus de gaudio paſtoris & amicorũ, oue prius aberrante & perdita reducta ad caulam; ad denotandum gaudium Dei & Angelorum peccatore à via ſua mala redeunte ad meliorem frugem. Notandum vero nonnunquã in parabolis quę ſunt ſecundum ſimilitudinẽ dum referuntur ipſæ, aut paulò poſt addi expreſsè huiuſmodi terminos: *Sicut illud, ita & illud.* Si fuerint petitæ à diſſimilitudine: *Si illud, quanto magis illud?* Aut: *Si non illud, quanto minus illud?* Interdum huiuſmodi collationes, illationeſve non exprimuntur, ſed animo meditãdæ relinquũtur obſcurè. Primi generis, & applicationis apertæ ſunt, Paſtoris gaudentis de oue inuenta; mulieris inuenientis perditam drachmã: Ionæ in ventre ceti, & Chriſti in corde terræ: debitoris decem mille talentorum (quæ ſumma excreſcit ad ſexies decies centum mille ſcutata; ſumendo talentum pro ſexcentis aureis) inhumani nimis & immiſericordis in conſeruum: piſcatorum, completa piſcatione eligentiũ bonos piſces in vaſa, malos autem foras mittentium. *Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.*

Rei ad rẽ.

*Vide D. Aug. tom. 4. l. 2. qu. Euang. c. 45.*

*Matt. 12.*

*Budeus in annot.*

*Pſal. 57.*

Alterius generis, quibus nulla adiungitur expreſsè applicatio aut comparatio, ſunt, virginum decem, ſapientium & fatuarum; ſuperiactorum zizaniorũ, poſt

bonæ

bonæ ſementis ſationem : grani ſynapis : ferm̃eti, abſconſi in farinæ ſatis tribus, & aliæ ſimiles innumeræ; hæc quoque noſtra cum cæteris.

Si mirum fortè videatur cuiquam addi in definitione Parabolæ, ſiue verbis, ſiue factis diſiunctim, ſiue vtriſque coniunctim; nouerit addita ad includendum & comprehendendum geſta quædam ſignificantia aliud; quibus aliquando adiungitur oratio, alias non. Nouerit quoque Venerabilem Bedam in commentariis ſuper Euangel. Marci dicere: *Quomodo Dominus multa in parabolis dicere, ita etiam nonnulla in parabolis facere ſolebat.* vtque conſtent iſta, idem Doctor dicit Dominum quærentẽ fructum ex ficu frondoſa, & maledicentem quia in ea nullum inuenerat, ſignificaſſe maledictos coram ſupremo numine, quibus cum ſit apparatus egregius ſermonis cõpruli & pii, nulla ſunt opera bona.

Geſta parabolica.

Beda tõ. 2 l.3. in c. 11. Marci. Vide ibi pulchra.

*Habent Chriſti miracula, ſi intelligãtur, linguã ſuam. Nam quia ipſe Chriſtus verbũ Dei eſt, etiam factum verbi verbum nobis eſt.*

*Aug. tom. 9. tract. 24 in Ioan. initio.*

*Dominus & Redemptor noſter per Euangelium ſuum aliquando verbis, aliquando rebus loquitur: aliquando aliud verbis, atq; aliud rebus: aliquando autem hoc verbis, quod rebus.*

*Gregor. hom. 31. in Euangel.*

Sacræ paginæ libros ſi volueris, reperies mundi Authorem olim loquutum frequenter hominibus abſq; vllo verborum ſono, ſomniis & viſionibus rerum referentium aliquo modo, quæ Deus volebat ſignificata. vt moniturus Pharaonem vbertatis maximę, quam ſequutura erat fames horrenda, ſomnio parabolico rẽ monſtrauit, obiiciens dormienti ſeptem boues aſcendentes è fluuio, pulchras & craſſas nimis, & quæ paſcebantur in locis paluſtribus: & ſeptem alias ſimiliter è flumine emergentes, fœdas, confectaſque macie, & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus; videbanturque deuorare eas, quarum mira ſpecies & habitudo corporum erat. Rurſum altero ſomnio ſeptem ſpicarum pullulantium è culmo, vno plenarum atque formoſarum, aliarum quoq; totidem tenuium

*Luca 23.*

*Gen. 41.*

& percuſſarũ vredine, deuorantium priorum pulchritudinem, Deus parabolicè docebat (iuxta Ioſephi interpretationem) futuros ſeptem fertilitatis & ſummæ vbertatis annos, quos ſubſequerētur totidem alii maximæ egeſtatis & annonæ charitatis, vti Geneſis hiſtoria fuſius narrat.

*Gen.37.* Quid, quod Patriarcha Joſeph putabat ſe cum paterna familia manipulos in agro colligare, ſuumque conſurgere in medio, à fratrum ſuorum manipulis adorari; alias credebat in ſomnis ſe coli à ſole, luna, vndecimque ſideribus aliis, quid inquam, iſta, niſi geſta parabolica, quibus Deus abſque verborum ſtrepitu demonſtrabat futurũ ius & imperium ipſius in parentem vtrumque & fratres?

*Dan.2.* Amplius; Quando vidit Rex Nabuchodonoſor ſtatuam grandem coram ſe, cuius ſtatura ſublimis, & aſpectus erat terribilis; caput ex auro optimo, pectus & brachia de argento, venter & fœmora ex ære, tibiæ ferreæ, pedum quædam pars ferrea quædam fictilis; atque hoc modo ſtantem, donec abſciſſus eſt lapis de monte abſq; manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus & comminuit eos; & contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum & aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt à turbine venti, nulluſque locus, inuentus eſt eis: lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mõs magnus & repleuit vniuerſam terrã; quid hæc aliud quã factum parabolicum, quo Deus monſtrabat (iuxta Danielis interpretationem) præſentem futurãque regni ipſius diſpoſitionem; vti fuſiori ſtylo refertur in Danielis volumine. De magna arbore quam tãdẽ præciſam ſomniat Nabuchodonoſor, idẽ iudiciũ.

*Dan.4.* Quod Ieremias de mandato Dei fingeret ſibi vincula & capiſtra, collo inijceret ea ſuo, dein tranſmitteret Regi Idumæorum, Regi Moabitarum, Regi filiorum Ammõ, Regi Tyri, Regi Sydonis, per manus legatione fungentium in Ieruſalem apud Sedechiam Regẽ Iuda, prædicens hoc ſymbolo captiuitatem de futuro gentium iſtarum, parabola erat.

Lagun-

Lagunculam coram populo confringens innuebat futuram Judæorum deſolationem.

*Ierem. 27. Ierem. 16.*

Ezechiel capillos ſuos partim comburens, partim gladio conſcindens, partim in ventum diſpergens, parabolicè tres plagas prædixit.

*Ezech. 3.*

Et vt nonnulla proferamus deſumpta à Prophanis, à quibus & prudentiam diſcere nil vetat, fuit parabola illuſtre factum Scyluri apud Schytas, qui ad mortem decumbens, conuocatis octoginta liberis, cuique per ordinem dedit ſagittarum faſciculum confringendũ; quos cernens impares viribus ad hoc, reſumpto faſciculo, omnes ipſe ſingulas ſagittas, facili negotio fregit ſucceſſiuè; indicans, quod & Philoſophi docent, coniunctas vires, inuincibiles; diſperſas, omninò infirmas; ſimul ad vnionis vinculum, & mutuam concordiam eos cohortans.

*Plut. tom. 1. mor. tract. 13. de nimia loquacitate. Item eodẽ tom. inter apophth. vet. Regũ. Valer. l. 5. cap. 3.*

Parabolicum fuit, quod Dux Sertorius Luſitanorum, caudas duorum equorum aliter atque aliter iuſſit diſcerpi. Vide Valerium Max l 7. c. 3.

*Tit. Liu. l. 1. dec. 1. Ouid. l. 2. faſtor.*

Illuſtris fuit parabola in actione ſita Iunii Bruti, fingentis alliſo, fortè pede ſe in terram delapſum; quò ad Romani Imperii faſtigium eueheretur; quod, ex oraculo Apollinis decernendum erat, qui prior amplexus & baſia chariſſimæ parenti infigeret. Innuebat terræ oſcula lapſus figens, eam communẽ omnium matrem.

*Illeiacens prenus, matri dedit oſcula terræ,*
*Creditus offenſo procubuiſſe pede.*

*Valer. l. 7. cap. 4. Seruius in illud 6. Æneid. Animãq; ſuperbam vltoris Bruti.*

An non Tarquinii cognomẽto Superbi Roman. Regis VII. factum fuit mirè parabolicum? Rogatus à Sexto Tarquinio filio, aſtu Gabiorum hoſtium ſuorum Tribuno facto, qua ratione Gabios domitos ſubire imperii ſui cogeret iugum; diffiſus legati fidem ne verbum protulit, ſed hortum ingreſſus, ac huc illuc obambulans quaſi de re ſeria ſeriò apud ſe conſultans & deliberans, ſcipione, quem gerebat ſummorum papauerũ capita ſternebat: parabolicè innuens nato, vel in exilium agẽdos, vel è medio tollendos primates, ſi rerum potiri cuperet.

Papauer ſymbolũ fertilitatis. Oculus in ſuperiori parte ſceptri Regũ ſymbolũ diuinæ prouidentiæ. Ex hoc genere ſunt ſymbola Pythagoræ nõnulla, ſi fiunt nullo verbo addito

 Itaq;

Tale Cleobuli aut illius Philoſophi ſymbolũ, qui pingitur indice ad labia poſito. Et alia ſexcẽta.

Itaque geſta tam humana quam diuina parabolæ nomen interdum ſortiuntur, quod inter ipſa & ſignificata intercedat ſimilitudo, inſtituantur ad ſignificandum alia, ſignificentq; ſufficienter tametſi nullus miſceatur ſermo.

Præterea dixi, parabolas dari verbis & factis, coniũctim: occurrunt etenim cum in diuinis libris, tum alibi paſſim quæ actione, conſtant & verbis, commentarii & expoſitionis vice. Eiuſmodi, (vt mea fert ſententia) dici poſſunt Eccleſiæ ſacramenta; in quib. eſt quid viſibile, efficaciter inculcans rem ſpiritualem in ſacramento ſignificatam, & verba quædam Theologis dicta ſacramẽti forma; quæ quaſi paraphraſis aut commentarii explicant viſibile illud ſacramentorum.

Viſibile hic intellige more Theologorum.

In hunc locum referri poteſt viſio gemina Ieremiæ à Deo oſtenſa. Priore, virga vigilans ipſi exhibita fuit; ac Deus rectè vidiſſe iudicans etiam ſe vigilaturum ſuper verbo ſuo, completurumque illud adiecit. Poſteriore, referebatur olla ſuccenſa, cuius facies reſpiciebat Aquilonem, & Deus dicens, explicationis gratia, ab Aquilone pandendum omne malum.

*Ierem.13.*

Huc quoq; ſpectat, quod alias Dominus præcepit, ſumere lumbare lineũ, & ponere illud ſuper lumbos; deinde pergere ad Euphraten, abſcondere ibi illud in foramine petræ, & poſt dies plurimos reſumere lũbabare, quod computruerat, adeoque omni vſui ineptũ factum: & quod poſt hæc Dominus ſubiunxit: *Sic putreſcere faciam ſuperbiam Iuda, & ſuperbiam Ieruſalem multam.*

*Ierem.18.*

Tale fuit, quod Dominus ipſi oſtendit in domo figuli: in qua vidit figulum agentem in gyrum vas ſuper rota, manibus dein comprimentem & conterentem, demum rotæ gyratione aliud vas pro arbitrio efformantem; atque ab ore Dei accepit: *Nunquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere domus Iſrael?*

Fuit quoque dictum factumve parabolicũ, frangere lagunculam, ac ſubiicere: *Sic conterã populum iſtum & ciuitatẽ iſtam, ſicut conteritur vas figuli quod non poteſt vltra inſtaurari.*

Achias

Achias Propheta Silonites pallium ſuum nouum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes, dicens ad Ieroboam: *Tolle tibi decem ſciſſuras, quia dicit Dominus: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* Parabola facto & dicto ſimul. Atque ſufficiant iſta ex Authoribus ſacris; nunc adducamus quoque ab exterorum ſcriptis deſumpta. *3. Reg. 11.*

Fermè haud abſimile iſtis haberi poteſt, quod magnus ille Lacedæmoniorũ legifer Lycurgus coram populo in concione & fecit & dixit. Protulit canes binos diuerſimodè educatos, alterum venationi addictum, in offam totum alterum. Emiſſo hinc lepore, hinc poſita offa in foro vterque in prædam ſolitam ferebatur. De hinc monens populum quantũ præſtet bona, vel mala liberorum educatio. Quam hiſtoriam nũc obiter perſtringo, eam diſcuſſurus per otium (Deo dante,) vbi in decurſu parabolæ de hoc prodigo vẽtum fuerit ad inſtructionem educationémve liberorum. *Plut. tom. 2. moral. in apoph. Lacedam. Idẽ tom. 1. mor. tract. 1. de educandis pueris.*

Huc referri poteſt illud Menænii Agrippæ de mẽbris cæteris humani corporis contra ventrem otiantẽ indignatio: cuius meminit Quintilianus l. inſtit. Narrat vero Titus Liuius, Dec. l. 1. Hæc à me ſuperius eo conſilio ſint dicta, vt hinc liqueat non ſolum parabolas, quæ fiunt oratione, comparationes vnius ad alterum, ſed etiam facta quędam inſtituta ad ſignificandũ aliquid, quibus ineſt conſonantia multa cum ſignificato, aut ſimpliciter ſine ſermone; aut adiũcto ſermone declaratorio arcani, poſſe parabolæ nomen ſortiri.

Nunc quaſi ex obliquo notandum nomen Parabolæ in ſacris litteris latius patere quã vt putetur: ſumitur namque pro propoſitione conciſa & ſcitè dicta, omnium ore trita, quam cum Latinis prouerbium, cum Græcis παροιμία dicimus, quanquam nonnulla interſit differentia. In hac ſignificatione ſumit Vates cùm ait: *factus ſum illis in parabolam.*

Amplius; ſumitur interdum pro quodam dicendi genere, Græcis ænigma eſt; propoſitio inuoluta, & cõiectu difficilis; ſermo grauis, non omnibus notus, illuſtratione opus habens rudiorib. Hæc acceptio ſum- *Pſ. 68.*

pta videtur à Hebręis, qui nomine *Maſchal* (quod propriè parabolam aut comparationem ſonat) volunt omnem ſubobſcuram propoſitionem, ſententiam grauem, myſterium quaſi vtero geſtantem, & cui neceſsũ ſit acre ingenium ceu obſtetrix eruendi latenti ſenſui, deſignari. Hebræorũ ratio eſt, quod eiuſmodi loquutiones graues vt plurimum efferantur admixta ſimilitudine aut collatione. Sic Salomonis prouerbia dicũtur, *Miſle*, id eſt parabolæ; quanquam cuncta prouerbia, ænigmata, allegoriæ omnes non conueniant ex omni parte cum parabolis.

An textus Euangelij huius propriè & ſimpliciter ſumptus ſit narratio rei veraciter geſtæ?

Jam producto intellectu ſufficienti parabolæ in genere, tenui ſatis cum guſtu (vt vereor) materia ex ſe nõ multum ſapiente; quæſtionem acceptiorem animis veſtris attingam, & acutiorẽ, nempe, An parabolæ noſtræ textus ſit verus, verbis & terminis acceptis in propria ſua & germana ſignificatione? Id eſt, An hiſtoria ſit verè geſtorum, è quâ Chriſtus eduxerit comparationem? An homo ille filiorum duorum parens, ſi filii illi duo, regio longinqua, vitulus ſaginatus mactatus, ſtola noua, annulus in digito, & alia multa quorum fit mentio in textu, fuerint vnquam homo, verus homo; duo filii, verè duo filii; regio longinqua, vera regio; vitulus ſaginatus, quod tale animal; annulus, verè digiti ornatus; & alia cuncta verè qualia dictiones hic poſitæ, propriè acceptæ ſolent ſignificare? Quæſtio profectò vtilis eſt, ſed ſolutione difficilis, quod neminem, vt ſcio, inuenerim, qui ex profeſſo eam diſcuteret. vt verò pro ſubiecti dignitate aliquid dicamus, remeandũ ad theſem ſeu quæſtionem in genere, quæ eſt: An in ſacris libris parabola detur tam in veteri quam nouo teſtamento, in qua prima pars ſimilitudinis, fundamentum collationis, ſiue id vnde petitur comparatio, non ſint vera, nec verè acciderint ſecundum propriam verborũ ſignificationem? Scio quendam probè eruditum tueri voluiſſe id fieri nequire, innixus axiomati & canoni Catholicis certiſſimè recepto; Nihil falſi deprehendi poſſe in contextu ſacræ ſcripturæ. Cui reſpondendo

An dētur parabolæ in ſacris litteris, quæ non acciderint ſecũdum primam verborũ acceptionẽ?

paucis

paucis, ſcripturam ſacram ſemper eſſe veriſſimam, aut in propria verborum acceptione, aut impropria, quā dicimus trāſlatam ſine metaphoricam; dico fieri poſſe, vt parabola non euenerit ſecundum genuinum & proprium verborum intellectum; innixus ſolutioni trium probè in ſacra Theologia eruditorum noſtri ſeculi, quorum vnus ordinem S. Benedicti, alter S. Franciſci eſt profeſſus, tertius Canonicus & Doctor Theologus, experientia clari & ſenectute bona probati, ſacram Theologiam ſolemniter profeſſi; quorum authoritas mihi ſatisfacit plenè. At vt fiat ſatis iis, qui nō audierunt ipſos, adducam nūc authoritatem ſcriptorum catholicorum. In hac ſententia verſari D. Augu-
ſtinum compertum eſt. *Parabolæ*, inquit, *& figuræ ſi-* *Aug. l. cō-*
*gnificandarum quarumcumque rerum, non per proprieta-* *tra men-*
*tem accipiendæ ſunt, ſed in eis aliud ex alio eſt intelligen-* *dacium c.*
*dum.* Subſcribit deuotus Doctor Simon Caſſianus, *10*
cuius ecce teſtimonium ad verbum: *In multis parabo-* *Caſſian.*
*lis res geſta fuit, ſicq; creditur: in multis verò, quod nar-* *initio pro-*
*ratur verbis, aut ſcribitur litteris, res ad ſenſum geſta non* *log. l. 6. de*
*fuit.* Nota (ad ſenſum) quaſi diceret: Eo modo, vt *parabolis*
percipi potuerit à quoquam ex quinque ſenſibus ex- *Saluat.*
ternis.

Aſſertionis ponamus primæ partis exempla.

Dicente Christo Nicodemo legis Doctori; *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet*
*filium hominis*; geminæ partes fundamentum nimirū *Ioan. 3.*
& applicatio parabolæ, veræ ſunt. Serpens namque, *Num. 21.*
quem Chriſtus exaltatum dicit, ſerpens erat, tametſi æreus; ipſe quoque verè hominis filius erat, natus vtique ex virgine matre: verè ſublatus ſerpens in vero deſerto; ipſe pariter ſublatus verè in crucem in deſerto montis Caluariæ, inſtantibus Moyſis poſteris, ſedentibus tunc temporis ſuper cathedram Moyſis.

Deinde Matthæi 12. dicit: *Sicut fuit Ionas tribus* *Matt. 12.*
*diebus & tribus noctibus in ventre ceti; ſic erit filius hominis tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ.* Quod de Iona effert, accidit realiter

iuxta

iuxta propriam verborum ſumptionem: quodq́ue de ſeipſo prædicat, euenit ad ſenſum, vti loquitur ſupra nominatus Doctor: id eſt, iuxta propriam acceptionē verborum: ſiue ſenſibiliter, hoc eſt, ſiue interpretatione vlla myſtica, vel intellectuali.

*Heb.12.* Tale eſt quod ait Apoſtolus: *Fide obtulit Abraham Iſaac cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui ſuſceperat repromiſſiones, ad quem dictum eſt (Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen) arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus. vnde eum & in parabolam accepit.* De prima parte poſitionis Caſſiani dicere amplius, quia a nemine vocatur in dubium, ſuperſedeamus, quò de ſecunda fuſius agere liceat. Sic autē habet: *In multis verò quod narratur verbis, aut ſcribitur litteris, res ad ſenſum geſta non fuit*; ad propriam terminorum vſurpationem. Addimus verò ad maiorem huius poſitionis firmitatem teſtimonia aliorum: ac primò *D.* Auguſtini, dicentis admittendas & intelligendas parabolas nō vt ſunt, ſed qualiter eſſe poſſunt: prout pulchrè notauit egregius ille hæreticorum velitator & malleator Alphonſus à Caſtro, ſub S. Franciſci regula Deo militans: *Circa parabolas ipſas* (inquit) *quarum frequēs eſt vſus in Euangeliis hoc admonendum cenſui, quod (vt Auguſtinus dicit) ſic accipiendæ ſunt, non vt eſſent, ſed vt eſſe poſſent.*

*Alph.l.1. in hæreſ. c.1.*

Gorranus commētario in cap.13. Matthæi dicit ſufficere parabolis vt verificentur in ſenſu.

Epiſcopus Recanatenſis dicit parabolam eſſe fictū, ſed veriſimile, &c. Et, parabolas communiter dici de creaturis rationalibus. verùm Origenis omnium mihi probatur euidentius teſtimonium.

*Orig in Matth.* *Parabola eſt ſermo quaſi alicuius facti, non tamen facti iuxta quod dicitur poſſibilis fieri, rerum ſignificatiuus per tranſumptionem earum quæ in parabola dicuntur.*

*Serm in Euang. Dom. ſexta poſt Trinitat.* Siluetius Prierius: *Parabola propriè eſt cum aliquid ad ſignificandum fingitur, de quo ſiue fuerit, ſiue non fuerit non curamus. Et ſenſus litteralis non eſt, quem propriè voces exprimunt, ſed quem metaphoricè. Largè tamen dicitur aliquando parabola comparatio rerum genere diſſimilium,*

*milium etiamſi vtrumque ſit vera res, vt ſi dicam: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita &c. Et tunc illa parabola habet duplicem ſenſum; vnum qui propriè per voces exprimitur, alium qui metaphoricè.* vide eundem Dominica vltima poſt octauam Epiphaniæ.

Quando autem dicitur in quadam parabola regnū cælorum ſimile homini patrifamilias, qui exiit primo manè conducere operarios, etſi fortaſſis nuſquam acciderit, quod eodem die, diuerſis horis ſic miſerit quis paterfamilias otioſos in vineam quotquot obuios habuit; nihil vetat quominus iſta fieri poſſint.

Tota ſeries parabolæ debentis decem mille talenta: parabolarum paſtoris quærentis ouem perditam; & mulieris requirentis drachmam amiſſam: item decem virginum præſtolantium aduentum ſponſi ad nuptias; & aliarum multarum paſſim in Euangeliis ſparſarum, forte nunquam acciderat iuxta propriam vocū vſurpationem (quæſo aduertite vt dico) cum Chriſtus eas proponeret. *Matt.22.* *Luca 15.* *Matt.25.*

Idem iudicium eſto de adducta à Nathan, vt ipſius occaſione in Dauidem ſententiam diceret. Nihil obeſt, nihilominus, quin poſſint euenire adhuc, aut quōdam eueniſſe: huiuſmodi enim narrationes prodigioſæ non ſunt, ſed rem continent poſſibilem, ſufficitque ad parabolas. Neq; verò requiritur abſolutè eſſe ſemper veras ad proprium vocum ſonum; ſed ſufficit verificari ad ſcopum & intentum authoris; & parabolæ corticem non continere quippiam abſurdum & alienum, de quo dubitetur meritò, num poſſibile ſit. Atq; eloquentioribus hoc orationis genus vſurpatum eſt, quibus ſimilitudines ad placitum fingere, à rebus & negotiis quę nunquam euenient comparationes educere frequens eſt, eo conſilio, vt ingenio tardiores deducant, quo intendunt, & vt inculcent, manuque palpandum præbeant, quod nudum, crudum, indigeſtū, ſolitarium capere nequeunt. *2.Reg.12.*

*Quod propriè vocamus exemplum, eſt rei geſtæ, aut vt geſtæ vtilis ad perſuadendum id, quod intenderis commemoratio* *Quint. l.5. inſtit. cap.11.*

*moratio.* Vnde dicendum obiter ex ſententia Quintiliani, exemplum notius eſſe oportere eius, quod demonſtrare intendimus per ipſum.

Quintil. l. 8. *inſtit.* c. 3.

*Debet quod illuſtranda alterius rei gratia aſſumitur, ipſum eſſe clarius eo, quod illuminat.* Et ſtatim poſt: *Non decebit oratorem, vt occultis aperta demonſtret.* verumtamen nihil continetur falſum in ſacra pagina: quod enim dicitur, ſi non verum fuerit ſecũdum vocum ſonum, & proprium earum ſenſum, ſtabit iuxta intelligentiam ſpiritalem metaphoricam.

Ad imaginem & ideã quæ eſt in mẽte diuina.

Si quis animo firmato obſiſtat, inſtans imaginem ſupponere eſſentiam eius quod refert; neq; dici communiter, en effigiem verã, huius vel illius rei, ni prius exſtiterit; vt quando dicitur in Geneſi, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, id eſt, qui ſit imago & ſimilitudo noſtra, ſupponit Deum primò verè eſſe, cui homo ſimilis eſſe queat. Et cum dicitur; *Diliges proximum tuum, ſicut teipſum*; aduerbium *ſicut*, deſignat ſimilitudinem quandam & conſõnantiã amoris proximo debiti, cum amore quo quiſq; in ſeipſum fertur: nam non poteſt amoris ille affectus in proximum ſimilis eſſe ei, quem ad nos ipſos habemus, niſi ipſi nos prius amemus. Similitudinis etenim dictio proximè accedit ad naturam nominum quę dicunt Dialectici relatiua ſiue dependentia, quorum alterum ſine altero non ſubſiſtit; & quorum coniunctorum ſi alterum deſierit, alterum eſſe deſiſtit; vt ſeruus & dominus; ſuperior & ſubiectus, pater & filius, inquiunt ſunt relatiua, & referuntur ad inuicem, patre exiſtente patre ſi filium habeat, & filio, filio, ſi ipſi fuerit pater: Si pater deſierit eſſe pater, nec filius amplius erit; aut ſi occubuerit filius, nequaquam pater dicetur vltrà pater. Simile eſt iudicium de ſimili ad aliud ſimile. Quod ſi alterutrum ſimile non exiſtat, aut exſtiterit nunquam, ſimile alterum nullatenus enuntiari poteſt ſimile. Ita in parabolis, vnum nequit alteri ſimile dici, aut ſymbolizare cum altero, niſi id, à quo deſumitur parabola, exſtiterit verè. Reſpondeo ratiocinanti in hunc modum vera eſſe, vt plurimùm ea, à

qui-

à quibus deſumuntur parabolæ, vt in ſupra citatis ex Geneſi exemplis, ab æterno verè fuit Deus, ad cuius exemplar homo formādus erat: aſt interdum comparationes eliciuntur à rebus, quæ non ſunt, niſi in mente & intellectu per imaginationem, poſſunt tamē realiter eſſe, & eſſent poſito hoc vel iſto caſu. vt cum dicitur, *Diliges proximum tuum ſicut teipſum* (alias mitto interpretationes) non ſupponit quod ipſi iam dilexerimus nos, aut diligamus, & quod ad menſuram huius in nos dilectionis metiendus ſit proximus, ſed in hunc qui ſequitur, modum ſoluendum eſt & exponendum: Quo modo te ipſum diligeres aut diligere deberes ſi tale quid accideret; pari, in caſu ſimili diligendus venit proximus. Huic meæ elucidationi fauere haud parum videntur verba contextus legis ipſius: loquitur enim vt verbum *diliges* videatur referri ad pronomen *te ipſum*, in eodem tempore futuro *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*; ſupple, *diliges*; non vt tu te iam diligis: verbum ſiquidem *diliges*, importat tam te quam proximum. Alioqui ſuppetentibus mihi cunctis vbertim, ſi videro proximū eſurire, aut alia neceſſitate premi extrema, non tenebor opitulari, niſi prior tale quid expertus alienam opem ſimiliter ſummis votis expetierim, ad cuius mei deſiderii ſubſidii quantitatem tenerer conferre deſideria & vota proximi in ſimilibus aduerſis; quod è diametro pugnaret cum legiſlatoris intento. Nouimus vtique omnes opulentum, cui tam blandè arridet fortuna, vt nullius egeat ferè ope, teneri nihilominus ſuccurrere proximo, & eū vt ſeipſum diligere. In hunc itaque modum ſoluitur mandatum hocce dilectionis: Si hactenus in hoc, vel nunc in iſto & illo verſaueris periculo, vt optaſſes aut optares hoc vel illud ſubſidium, pari modo age & tu cū proximo: Sufficit in ſimili caſu ſupponere eueniſſe quod non euenit, poteſt tamen euenire. Pari modo parabolę nonnullæ non debent ſic definiri: vti illud accidit, ita & illud accidit; ſed ita: vt euenire poteſt illud; aut, vt ſe haberetur in hac vel tali re, ſi eueniret;

Eſſe de facto, & nō eſſe adhuc, ſed poſſe eſſe: eſſe in intellectu, in imaginatione, idæaliter, & eſſe realiter.

*Matt* 22.
*Leuit* 19.
*Marc.* 12.

ita

ita Deus ſe habet in his vel iſtis ſuis ſi quando eueniũt. Sunt etenim parabolæ aliquæ præſuppoſita, & quod dicimus *poſito*: quare haud abſurdum videatur dici aliquid ſimile alteri quod actualiter non eſt: quia etſi nunc verè non ſit, eſt tamen in mente noſtra, & fortè deinceps verè erit. Quapropter, quando in parabolis dicitur interdum, *fecit, dixit, habuit* &c. aut ſimilia, verba tempus præſens ſignificantia ſubinde, ſunt explicanda hoc modo: *Fecit, dixit, habuit* &c. id eſt. *fecerit, dixerit, habuerit*; vel, *facere, dicere, habere potuerit, poſſit* &c.

*Georgius VVicelius ſenior exegeſi in hoc Euãg. theſi 1.* *Comediæ iuxta atq; præſens parabola ſic ſunt conſcriptæ tanquam hiſtoria ſint vera.*

Adde quod in quibuſdam parabolis non ſit ſigillatim perpendendum, primùm quas hiſtorias enarrare intendat propria vocum acceptio; deinde quænam ſignentur per priora; ſed perſuaſum habendum eſt voces ſignificare quid vnum, metaphoricè tamen, ſcilicet quod animo verſat orator, aut ſcriptor; & q͂ mente concipit ſapiens vt talis, mox vt audierit vel legerit talia. Sunt autẽ ſubſternenda verba ſcopo authoris, non verò hic illis. Atque patet non dari falſum in ſacris litteris; ſiquidem propoſitionis aut diſcurſus veritas & ſumma vertitur tota in eo, quod ipſius author ſignificare geſtit. *Omnis litteræ veritas eſt illud quod author pronuntiare intendit.* Quanquam verò in genere dicta ſit poſitio iſta, ſpectat tamen potiſſimùm orationes, quibus eiuſmodi termini non inſeruntur; vt hoc, ita & illud; &, quas Latini vocant. *Non addita collatione*; ſed ſimpliciter refertur aliquid quaſi geſtũ, nulla habita ratione collationis ad aliud.

*Simon Caſſian. prol. l. 6.*

*Matt. 21.* Huius generis eſt parabola de patrefamilias, qui plantauit vineam, ſepem circumdedit ei, aliaq; multa præſtitit in Euangelio expreſſa. Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Et vt crimen

ad ſummum malitiæ culmen deducerent, furore pari in patrisfamilias hæredem ſæuierunt. vbi minimè exiſtimandum eſt patrēfamilias pronuntiare patrem aliquem, atque hic pater alium; & cæteras voces quod prima fronte communiter deſignāt, & quod omnibus iſtis ſingulis rurſus aſſimilentur alia ſimilia, vt vinitoribus ſeu agricolis Iudæi, qui pari modo ſe habuerunt ad magnum œconomum & patremfamilias Deum, & filium eius Jeſum: aſt abſolutè, ſimul & ſemel intelligendum eſt Chriſtum loqui metaphoricè de re vnica, & per tranſlationem; nullatenus æſtimando quod attendat ad hiſtoriam, aut rem verè geſtam, ad quā poſtmodum intentum totum referre velit.

Eiuſmodi eſt quod cap. 9. Judicum ſcribitur; vbi inducuntur ligna aduocaſſe vitem vt regnaret ſuper ſe. vbi minimè putandum eſt ligna verè ligna tale quid eloquuta viti veraciter viti; ſed homines lignis quodā modo ſimiles talia fati ſunt cuidam cum vite ſimilitudinem habenti. Quod dicendi genus, metaphoricum, ænigmaticū eſt, id eſt denſitate intricatū, quodque ſacris litteris dicitur parabola; cui vnicus & litteralis ſenſus is eſt verborum, quem author ſibi inſtituit, & deſignare intentat per illa.

*Vide Lyranū prolog. in moralitates Bibl.*

Danielis capite 9. de hirco caprarum habente inſigne cornu inter oculos & percutiente arietem ſimile eſſe videtur. Nam vox *hircus*, non ſignificat animal tale aliquod fuiſſe, ſed Regem Græcorum Alexādrum Magnum Macedonem fortiter in Darium prçliantem &c. Idem iudicium eſto de aliis multis, ac de hac fortaſſis noſtra.

*Chryſoſt. orat. 2. aduerſus Iudæos.*

*Talis eſt parabola Matth. 13. de ſemine & zizaniis.*

*Quæſtio.*

At at, qui diſcerni queat parabola an hiſtoria ſit verè geſtorum, an verò narratio veriſimilis rei non geſtç, pulchrè inſtructa & compoſita, quo modo docti interdum fingunt ſimilitudinum congeriem, ad illuſtrādum, aut explicandum, aut adumbrandum quippiam? *Hic opus, hic labor eſt.* Ea eſt hoc loco difficultas, vt malim multò fateri humiliter inſcitiam meam, quam impudenter in hac cauſa iudicium decernere ſignanter

*Matt. 22. de nuptiali veſte & vocatis ad nuptias.*

*Virg 6. Æneid.*

perperam inſtructus; nec enim offendi hactenus ſolutionem ſuper hoc articulo, quæ mihi ſatisfaciat plenè. Si cui ſit ſolutio probata, aut regula certa ſine teſſera, qua ceu mitella aut lydio poſſint ſecerni, quæ verè euenerunt, ab aliis, quæſo tenacem ſe non exhibeat, quo cum ipſo proficere pariter detur. Interim proferam haud vero abſimile occurrit, rogans ſupplex æqui boniq; conſuli, donec ſatius ſuppeditetur.

### *Canon veriſimilis.*

*Ribera in 1.c Oſeæ, num.15.* hæc ferè habet, & facit regulam: quem tamen nondum videramus cum hæc ſcriberemus.

*Chryſoſt. ex Luc c. 16.homil. de diuite.*

*Amb.l 8. in Luc.c.3.*

Vero ſimile eſt omnem narrationem, qua nec nomina propria perſonarum, nec tempora, neque circũſtantiæ aliæ continentur, eſſe ad placitum confictam, nec veram ſecundum acceptionẽ primariam vocum, aſt ſolummodo in quodam ſenſu metaphorico & improprio; quanquam poſſibilis ſit, aut acciderit, ſumẽdo voces propriè ſine vlla tranſlatione. Qui canon ſtabilitur & fulcitur ſententia D. Joannis Chryſoſtomi: *Parabolæ*, ait, *illæ ſunt, vbi exemplum ponitur, & tacẽtur nomina. vbi autem dicitur Abraham, & Prophetæ, & Lazarus, & Moyſes, hic verus Lazarus. Si verus eſt Abraham, verus eſt Lazarus* &c. vide etiam Origenem cap. 1. in Job. Sic in commentariis illis, quos Joachimus Perionius interpretatus eſt, ait: *Neceſſariò autem, etiam nominis mentionem fecit; niſi hominem omninò diceret, argumentum aliquod fingere exiſtimaretur.* S. quoque Ambroſius in eandem hiſtoriam, ſententiæ noſtræ robur addit, dicens: *Narratio magis* (textus ſcilicet de diuite epulone) *quam parabola videtur, quando etiam nomen exprimitur.* Et ni grauiter fallor, arbitrer S. Cyrillum & S. Ambroſium teſtari hiſtoriam hanc de Lazaro confirmatam priſcis annalibus Hebræorum; atque hoc fulciri argumento, quod in parabolis regulariter perſonæ non ſignentur proprio nomine. Tertullianus l. de anima cap. 7. vel lib. de prima cap. 12 ait, de diuite epulone narrationem non eſſe ſomnium, ſed veram hiſtoriam, cùm nomen Lazari deſignetur, quod non ſit in parabolis.

Vbi notandum quod narrationem videatur dicere relationem rei veraciter geſtæ: & parabolam, adductionem rei, de qua merito poteſt dubitari num verè acciderit nec ne, opponendo vnum vni, vt contrarium contrario. Itaque poteſt in hunc modum formari argumentum: Quoniam aſſerunt Doctores ſacri textum de diuite epulone eſſe rei geſtæ veram narrationem, eo potiſſimum nomine, quod quorundam recenſeantur nomina propria; videntur quoque ex obliquo adſtruere velle, quod textus, quo ſine proprii nominis expreſſione refertur aliquid, ſit ſolummodò ſimilitudo ad placitum conficta, nec aliter accidiſſe, quam ſecundum quandam intelligentiam impropriam & metaphoricam: in textu autem de filio prodigo, non ſignatur proprio nomine patér, neque duo filii, neque regiones, altera ad quam profectus eſt, è qua exiit altera; nec dominus, cui adhæſit, nec famuli, neque circumſtantia euidens temporis, & loci, in quibus hæc geſta forent; denique in tota narratione hac nulla nos ducit circumſtantia in cognitionem temporis, loci, perſonarum ſingularium; eſt igitur relatio ad placitum eius quod non accidit ad proprium ſermonis ſenſum, ſed potuit accidiſſe, & poteſt; diuino planè compoſita ſtylo (quî enim componeret ſecus Deus noſter?) ad pronuntiandum quod animo verſabat. Aut erit textus metaphoricus; qui prima fronte ſignificaret niſi id ad quod inſtitutus eſt, non hiſtoriam ſeiunctim; hiſtoria rurſus iſta, quid aliud ſpiritale ſemotum.

Sumendo priori modo, non eſt aliud quam ſuppoſitio, ſeu poſitio caſus (quod aiunt) & arte compoſita narratio rei non geſtæ, at poſſibilis. Poſteriori, vera eſſet hiſtoria, non iuxta propriè ſumptas voces, aut ſine figura, ironiaq; aliqua, ſed metaphoricè, ad intentum ſcopum Ieſu Chriſti. Quæ poſterior opinio haud impertinens cenſenda eſt, quandoquidem nec in principio textus, nec in fine deprehendatur circumſtantia vlla, quæ innuat Chriſtum contuliſſe & comparaſſe rem ad rem, vſurpando hos aut ſimiles terminos; vt pater ſe habuit ad filium, & cætera.

ſic & ego ad pænitentes. Ac quantumuis opinio prior vtcumque ſit veriſimilis, non tamen ſtabilitur prorſus regula ſupra poſita: poteſt enim ipſa, aut ampla diffuſio eius facilè reſtringi & arctari, dicendo quod narramus poſſe conſtare, tametſi non proferantur nomina regionis, perſonarum, circumſtantiæ temporis determinati, ſed omnia in genere; ſiquidem ego, alius, Chriſtus in ſuis parabolis, poſſumus narrare rem verè verã abſque nominum propriorum vel loci adiectione, ne derogetur forte reginoi, aut vt conſulatur perſonarũ famæ; aut ne ad iram concitentur; aut alia quauis de cauſa.

Exponetur textus ceu res propriè geſta, ad maiorem omnium inſtructionem.

Finem facturus huic quæſtioni, humiliter denuò teſtor me animo vacillare (quanquam probè nouerim & teneam cum Doctoribus Theologis omnes parabolas nequaquam poſſe adſtrui veras in propria verborũ acceptione) an annumerare debeam parabolam de filio noſtro prodigo veris aut non veris, ſimpliciter acceptam, occurrentibus argumentis probabilibus, ad adſtruendum veraciter accidiſſe ſumptam propriè; aliis quoque ſimilibus in contrarium: verumtamen decreui exponere eam, vt rem propriè geſtam, quod poſſit vel eueniſſe vel euenire; & quia ab huiuſmodi explanatione vberiora ſperem me eductrũ monita ſalutis.

*Iac. Spieg. in lexico iuris ciuilis.*

*Hac eſt perpetua lex parabolis, vt primùm concipiamus rem nudam vt proponitur. Deinde ex ea conceptione deducamur ad finem parabolæ, hoc eſt rem ipſam cui accommodatur ſimilitudo.* Porrò, haud abs re fuerit, placidò audire (fauente numine) omni omnium hominum ordini, rectoribus ſupremis tam ſpiritualib. quam temporalibus, patribus, matribus, quos perſona patris erudiet; ſubditis, liberis, ſeruis, quibus quid ſuarum partium ſit, monſtrabimus multa cum voluptate & ſatisfactione, agendo de prodigo noſtro & eius fratre. Tametſi enim huc vſque ſermo noſter vtcumq; inſipidus fuerit, ſpero futurum vt ſubſequentia & vobis & mihi plus delectationis & commodi afferant inquirendæ viæ ad vitam æternam.

# CONCIO SECVNDA.

11. *In illo tempore, dixit Ieſus Phariſæis parabolam hanc.* Vulg.
*Homo quidam habuit duos filios.*

11. Εἶπεν δ' Ἰησοῦς πρὸς τοὺς φαρισαίους τὴν παραβολὴν ταύτην. Græc.
Ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς.

11. *Et dicebat eis rurſum Ieſchua: vir quidam habebat duos filios.* Syriac.

Aue Maria.

## ARGVMENTVM.

*1. Quas ob cauſas ſit receptus parabolarum vſus; 2. quare Chriſtus hanc de prodigo attulerit. 3. eius ſcopus.*

MOnſtrato heſterna luce ſufficienter, vt reor, quid ſit parabola, & poſito qualdam parabolas ſiue ſimilitudines poſſe deſumi à non geſtis rebus ſecundũ communem vocum vſurpationem, tametſi potuerint accidiſſe, & poſſint poſthac accidere; haud abs re fuerit, Auditores, priuſquã textum noſtrum adoriamur, nunc inueſtigare cauſas & rationes, quib. motus Chriſtus reſpergeret crebrò conciones ſuas parabolis, teſtante Euangeliſta S. Marco; *Nihil ſine parabolis loquebatur.* De ipſo illud Pſalmi: *Aperiam in parabolis os meum.* Dein, exploratis communibus cauſis, non procul meo iudicio diuagabimur, priuſquam in expoſitionem inferamus pedem, inquirendo quanam earum motus Redemptor noſter, vſus ſit hac de filio prodigo; & quiſnam potiſſimus fuerit eius ſcopus. Quæſtiones iſtę non curioſæ ſunt, ſed certè neceſſariæ ad maiorem intellectum omnium partium noſtri textus. Deprehẽſo autem ſcopo, facilè in eum dirigemus tela noſtræ

Propoſitio concionis.

*Marc. 4.*
*Pſal. 77.*

expoſitionis, tanta peritia, Deo fauēte, vt non proprii cōceptus ſed purè Euāgelii expoſitores dicamur. Quocirca, quicumq; decreuit animo carpere fructū ex his futuris noſtris concionib. ſuper ea re, hunc rogo attētum eſſe ad hanc partē præ omnibus; à quā pēdet plenarius intellectus aliarum, vtiq; claui reſerandis viſceribus & adytis noſtri textus. Dicamus itaque apertè.

Parabolis cur vtamur.

*Hugo Cardin. tangit breuiſſimè ſex. Nicol. Gorron. pauciſſimis comment. in cap. 13. Matt.*

Quare communiter receptus ſit parabolarum & comparationum vſus? Huius quæſtionis proferunt alii tres, alii ſex, ſeptem alii rationes, eaſque ſine fundamento vllo, vel ſane infirmo. Nos, etſi pigmæi collati ad gigantes illos & inſignes viros, nihilominus vt naui ſublati in humeros gigantum, procul magis proſpiciunt quam gigantes ipſi, à quibus deferuntur: ita nos ope fulti virorum illuſtrium qui priſcis claruerūt ſeculis, iungētes ingenioli modulum, quod à Deo collatum eſt, ſperamus remotiora rimari, adferreq; rationes ſolidiori innixas baſi, adiungendo puſillitatē noſtram ſublimitati gigantum maiorum noſtrorum. *Facile eſt inuentis addere. Super ſenes intellexi.*

1. *Ad illuſtrandū.*

Itaq; potiſſimæ cauſæ binæ, ob quas Chriſtus grauiſſimique quique parabolis vtuntur, fermè è diametro pugnant. Proferuntur ſiquidem nonnunquā quaſi ad ſubſtractionem veli ſeu inuolucri à re abſtruſa & occulta ex ſe, quo facilius eius natura queat cognoſci.

*B. Ignatius ad Ioan. Euang. ſcribens. D. Hier. in 2. c. ad Galat.*

Cum enim ea ſit naturæ hominum conſtitutio (teſte Philoſopho) vt minus nota, & à ſenſu magis remota addiſcant per notiora, aſſumūtur plerumque parabolæ à rebus cognitis, vt in incognitorum cognitionem deueniatur. vt qui vultum, habitum, phyſiognomiam Chriſti exponere cuperet ei qui nunquam Chriſtū vidit, vidiſſet autem S. Iacobum Minorem Apoſtolum, qui fertur per omnia ſimillimus Chriſto, in hunc modum effaretur: vt S. Jacobus, quem vidiſti, talis erat habitu corporis, talis ductu oris, colore, aſpectu, greſſu, ſtatura &c. talis fuit & Redemptor: qui S. Jacobum vidit, Redemptorem & vidit. Hoc dicendi genere ignotum per notius fit manifeſtum. vtque comprehendere nequimus res merè ſpiritales, ſine imaginatione ſimilitudinis cuiuſdā inter ipſas & corporeas; hinc ad in-

Notiorib. ignota diſcuntur.

tellectum diuinorum aſſumũtur corporea; vt *Qui vnã norit ambas nouerit.* Id eſt quod intendit S Paulus: *In* *Terent. in*
*uiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intel* *prol. And.*
*lecta conſpiciuntur.* Ac omnis notitia quam de cæleſti- *1. Phil. 2.*
bus adipiſci poſſumus via naturali, procedit à phantaſmatibus & ideis formatis in intellectu noſtro ſuper protoplaſtico ſenſibilium; & intellectio noſtra ſtipatur imaginationib. deſumptis à rebus corporeis, iuxta Philoſophorum beneplacitum: *Comprehenſionem fa* *Cic. l. 1 a-*
*ctam ſenſibus natura quaſi normã ſcientiæ & principium* *cad. qq.*
*ſui dedit, vnde poſtea notiones rerum in animis imprimerentur*, aiebat Zeno apud Ciceronem. Ariſtoteles: *Neceſſe eſt quemcumq; intelligentem phantaſmata ſpeculari.* Et Plato ipſe ſenſus nominauit mentis internuntios, quaſique ſatellites ac duces ad veritatem. Ariſtoteles aiebat ei neceſſariò aliquam ſcientiam defuturã, cui ſenſum aliquem à primo ortu natura denegaſſet. Sunt *Ariſt. 3. de*
enim ſenſibilia quaſi duces à quibus manu ducimur in *anima.*
notionẽ inuiſibilium. *Prius quod corporale, deinde quod ſpiritale*; nec enim Angeli ſumus, qui inuiſibilia capiamus ſine adminiculo imaginationis corporeorum. Igitur exploratã habens Deus indigeſtam molem noſtram, *Dominus cognouit figmentum noſtrum*; vtique ipſius author & cuſor, ſciẽs etiam animi noſtri retuſam aciem, quid ageret? vt peritus præceptor docens diſcipulum verbotenus alphabetum Græcum vel Hebraicum, ac dicens huius aut illius figurę eſſe, huic protractam ſurſum, iſti infermè lineolam vel apicem appoſitum, ſi aduerterit haud facilè comprehendi quod ſimpliciter ore proponit, characterum figuras ducit in pariete aut tabula. Siue, quemadmodum chara parẽs cernens natum non capere quæ dicit ſi vſitato loquatur idiomate, quo ſe intelligendam præbeat, repuераſcit in filio balbutiens ruditer. Ita Redemtor noſter, è ſummo cælorũ culmine in hęc ima deſcẽdens docturus humanũ genus cæleſtia, tranſcẽdentia certè auditorũ captũ, ceu pceptor induſtri⁹ ea ad viuũ expreſſit: & tanq̃ parens mitis blãda ve imbecillitati noſtræ cõdeſcẽdens intelligenda pponit parabolis & compara-

 tioni-

*Lucæ 10. Matt. 25. Luc. 19. Sic Greg. hom. 9. in Euang. Thom. p. 1. q. 1. ar. 9. in corpore.*

tionib. excerptis à terrenis, nonnullā cæleſtium referentibus ſpeciem. Dictio quoq; Gręca παραβάλλω, inter alia ſignificat *accommodo me, indulgeo.* Exprimere volens miſeram naturę humanę per peccatum conditionem, dicit hominem quendam iter agentem incidiſſe in latrones, qui plagis vndique confectum & liuidum abeuntes reliquerunt ſemimortuum. Erudiens nos, vt prouidè vtendum ſit a Deo acceptis gratiis & donis, adducit parabolam viri nobilis, qui profectionem parans in regionem longinquam diſtribuit ſeruis bona ſua diſpenſanda, ac rediens muneribus auxit qui in cōcreditis lucrum fecerant; acriter autē increpauit eum qui talentum acceptum in viſceribus reconderat terræ. Quæ omnes & ſimiles ſimilitudines ad hoc inſtitutæ ſunt, vt rem minus notam manifeſtius demonſtrent. Porrò hæc noſtra ratio fulcitur placitis ſacrorum Doctorū S. Dionyſii Areopagitæ, S. Ioānis Chryſoſtomi, S. Gregorii, & S. Hilarii.

De diuinis nominib. Forte melius ** ferè sūt.*

D. Dionyſius: *Quia imbecilles intellectus humani oculi diuini luminis radium ferre non valent, ſi non qualicumq; nubecula obumbrentur, * verè ſunt vel anima ſimilitudinum.*

*Tom. 2. hom 45. in 12. cap. Matth.*

D. Chryſoſtomus: *vt tenacius quæ dicuntur memoriæ commēdari poſſint, & expreſſior propter ſimilitudines ſermo res ipſas ante oculos apponat, qui dicēdi modus etiam Prophetis tritus eſt.*

*Tom 9. l. 3. comm. in cap 18. Matth.*

D. Hieronymus: *familiare eſt Syris & maximè Palæſtinis ad omnem ſermonem ſuum parabolas iungere, vt quod per ſimplex præceptum teneri ab auditoribus non poteſt, per ſimilitudinem exemplaq; teneatur.* Et alibi: *More prouidentiæ ſuæ Dominus parabolas proponit, vt qui cæleſtia capere non poterat, per ſimilitudines terrenas audita percipere potuiſſent.*

*6. & 12. de Trinit.*

D. Hilarius: *Corporalium rerum modo Deus loquitur, vt ad excellētiam diuinarum rerum per corporalia homines attollat.*

*homil. 11. in Euang.*

D. Gregorius: *Cælorum regnum fratres, idcircò terrenis rebus ſimile dicitur, vt ex his, quæ animus nouit, ſurgat ad incognita, quæ non nouit, quatenus exemplo viſibilium*

*lium ſe ad inuiſibilia rapiat.*

Haymo ſermone de debitore decem millium talentorum ſuffragatur.

Dicam nunc adhæc obiter in encomium noſtri Seruatoris, & confuſionem pudoremq; quorundam concionatoriolorum, qui ad inſtar aquilæ ſummorũ montium cacumina volatu ſuperantes, & in pulpitis materiam diuinam magis quam humanam inflato turgentiq; ſtylo agitantes, dedignantur enormem celſitudinem ſuorum diſcurſuum paulò remittere, appetentes potius admirationi eſſe, quam populi conſulere ſaluti. Relucet itaque mira Chriſti prudentia, in eo quod ſe facilem præbuerit in ſuis monitis; quæ quidem facilitas argumentum eſt probabile prudentiæ, probatum teſtimonio prudentis Salomonis, qui ait: *Doctrina prudentium facilis.* Ac, vt verum fateor, quid prodeſt, inſit S. Auguſtinus in eum locum, clauis aurea, ſi quod volumus non aperiat? Ipſius quoque reſplendet bonitas, quod haud auerſatus ſit docere rudi humilíque ſtylo ineptos ad celſitudinem diuinorũ myſteriorum ſuorum, ab agris, vineis, à ludis puerorũ ſumpta parabola; cuius veſtigia tenuit quoq; S. Paulus, ſe debitorem dicens ſapientibus & inſipientibus, magnis, & paruis, aliis vt lac præberet, vt alios ſolidiori cibo paſceret. *Sapientibus & inſipientibus debitor ſum.* Quicumque igitur Chriſti Domini diſcipulorumq́ue eius veſtigia tutò ſectari auet, diſcurſus ſuos & eorum ornatum componat ad auditorum captum, ſapientibus ferculum conueniens apponendo conditum ſublimi egregioq; ſtylo: idiotis cibum proprium, ſcitè loquẽdo inter eos, qui inde fructum colligunt; vulgariter, iis qui nec capiunt, neq; commodum eliciunt ex affectatis ſermonis phaleris. *Scenæ ac tempori ſeruiendum.* Alioqui, ſi de ſublimibus, graui, comptoq́ue verborum ornatu coram rudiorib. oratio dicatur, fuerit panem nauticum porrigere edentulo; inſtruere thoraci chalybæo, & claua prægraui eum, qui præ pondere nimio iis nequit vti; imponere puſillo Dauidi omnis generis armaturam impropriam, ſed proceræ ſtaturæ viris

Sublimia pro concione tractare non expedit.

*Prou.14.*

*Rom.1.*

accommodam; quæ magis impedimento eſſet quam auxilio, proſternendo enormi monſtro Goliath *Non*
1.Ceg 17. *poſſum*, ait, *non poſſum ſic armatus incedere, quia non vſum habeo.*

Virg. 5. Æneid.

*Dareti cæſtus Entelli*

*Noſtra Dares hac Troius arma recuſat.*

Et vti legere & non intelligere, ita audire & non capere, eſt negligere, eſt aerem verberare, in vndis ſcribere, ſuper arenam ædificare. vtitur porrò Dominus facili ſimilitudine, vt auditoribus condeſcendat. Quapropter parabolas & comparationes meritò dicemus intellectus humani perſpecilla, quorũ adminiculo legit & voluit tenuiſſimos characteres arcanorũ diuinorũ.

2. Ad obſcurandum.

Altera ratio vſus parabolarum directè opponitur primæ: namque prior aſſerit inſtitutas ad illuſtrationem obſcurorum; poſterior tenet ad vmbra & tenebris inuoluendum, quæ nolumus omnibus nota & aperta; poſſunt tamen comprehendi à ſapientiorib & amicis.
Matt. 7. *Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi dirumpant vos.* Tale fuit quondã factum Tarquinii Superbi parabolicum, de quo ſupra. Tales ſunt plerumq; epiſtolæ quædam dolis & ſtratagematibus bellicis refertæ, quæ eo modo componuntur & conſcribuntur, vt à ſolis amicis & notis intelligi queant Huiuſmodi nota inſtructæ ſunt res ſummæ Regũ, quas decet celari & contegi (*Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt*) ne exteri; quin & domeſtici earum aſſequantur notionem; cùm ſit conſilium (inquiente Platone) non modò ſacramentum, ſed & quod mereatur latere: vt appoſitè ſubinſinuabant Romani ſepelientes aram idoli *Conſus*, quem præſidem conſiliis & Deum pro ſolita ſua idololatria rebantur. Ita Chriſtus vtebatur interdum ſermone parabolico, vt ſincerioribus amicis cordis ſui arcana panderet, occultaret autem eorum cognitione indignis. Quam rationem deſumimus ex S. Ambroſio, qui in Pſ. 43 ſcribens, noſtræ poſitioni per omnia conſonat: *Dominus*, inquit, *in parabola Iudæis loquebatur, vt imperiti non intelligerent, intelle-*

Plut tom. 1. vit. in Rom.

*intelle-*

*telligerent ſapientes.*

D. Auguſtin. tom. 4. lib. quæſt. ex Matth. c. 14. ſubinſinuat per obſcuritates parabolarũ quibuſdam Iudęis occultatas ſalubriter ſententias Domini. Clemens Alexandrinus l. 6. ſtromatum: *Ne omnibus quidem conueniebat hominibus intelligere, ne læderentur aliter accipientes ea quæ à S. Spiritu dicta ſunt ſalutariter.*

D. Thom. p. 1. q. 1. a. 9. ad 2. Ad exercitium ſtudioſorum, & contra irriſiones infidelium ait, vtiles occultationes, quæ fiunt per figuras. Imò hæc ipſa eſt ratio ipſius Redemptoris dicentis ad Diſcipulos: *Vobis datũ* *Marc. 4.*
*eſt noſſe myſterium regni Dei; illis autem qui foris ſunt, omnia fiunt in parabolis, vt videntes videant & non videant, & audientes audiant, & non intelligãt.* Natura abſcondit aurum, argentum, & quodcumq; earum in viſceribus terræ, ideoq; pretioſa. Ac ſi diceret: Ne cõtingat ſpargi margaritas ante porcos; aut dari ſanctũ canibus; ne pandantur indignis arcana mea, inuoluo & contego parabolis: quarum certè aliquæ ſunt tanquã larua, ſimulata perſona, fucus quo incognitus redditur quis, vbi, quando, quibus videbitur. Maneat ergo firmum excogitatas etiam parabolas vt occultarẽt arcana, eademq; reſerarent, quibus ſolum videbitur nobis. Nunc pergamus ad rationem tertiam perelegan- *D. Aug.*
tem & propriam, mutuatam à D. Auguſtino, libris de *tom. 3. l. 2.*
Doctrina Chriſtiana. Aſt quæ ipſa? *de doctr.*
*Magnificè*, inquit, *& ſalubriter Sp. ſanctus ita ſcriptu-* *Chriſt. c.*
*ras ſanctas modificauit, vt locis apertioribus fami occurre-* *6.*
*ret, obſcurioribus autem faſtidia detergeret.* In comperto 3.
eſt, quod libentius intelligamus, dicta per ſimilitudi- *Ad deter-*
nem, quam alia: & quæ multo labore quæruntur, in- *gendum*
uenta neſcio quid voluptatis magis adferant. Quod *faſtidiũ.*
& in temporariis experimento comprobatur; quæ enim multo labore & ſudore acquirũtur domus & prędia, chariora ſunt; pluriſq; ducimus, quam quæ à maioribus ſucceſſione ad nos ſunt deuoluta, aut ab exteris munifica liberalitate ſunt donata.

Plato Dialogo 1. de Rep. vel de iuſto, idem cenſet de diuitiis acquiſitis, & de poematis à nobis compoſitis,

& de

& de filiis quos quis genuit. Reges quoque communiter munitiones & arces armorum ſuorum præſtantia ſubiectas pluris faciunt: nobilis ferinam ſuo labore captam: miles ſpolia vi & armis detracta plus æſtimat, quã quæ ab ignauo abiectis armis obtinuit. Matres videntur amore ſingulari ferri in proles, in quarũ enixu acriores partus pertulerunt dolores. Igitur loquutus eſt aliquaudo Sp. ſanctus parabolicè, veritatẽ implicando nubibus denſis, vt pluris duceremus veritatem erutam è medio tenebrarum acie & ſudore ingenii noſtri. vtque propulſaret à nobis ſtuporem & ignauiam mentis, qui gigni ſolet triuialibus & manifeſtis, voluit myſteria ſua & arcana inuoluta parabolis, & dicendi modis haud vſitatis. vt enim parum deſudatur in manifeſtorũ indagatione, quin dormitetur potius, quia aculeo carent: ita ex oppoſito in rebus obſcuris angimur & cruciamur in myſterii inueſtigatione: ſiquidem natura noſtra ſciendi & diſcendi percupida (vti liquet ex prima muliere, quæ, ſuadente Diabolo futurum vtrumque vt Dii ſcientes bonum & malum; diſcruciata hoc diſcendi deſiderio in fructũ vetitũ prorupit) denſitatis inuolucris ſtimulatur, ceu calcaribus:

*Perſius Satyr. 5.*

*——— tibi dulcis amice*
*Oſtendiſſe iuuat, pulſam dignoſcere cantus,*
*Quid ſolidum crepet, & picta tectoria linguæ.*
Ibidem poſt:
*Te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.*

Confluat numeroſus populus in forum, ac inter cæteros ſint tres quatuorve laruati vt à nemine dignoſci queant facilè; nunquid ſpectatorum plurimorũ oculi ſic laruis ſunt affixi, vt in alium quempiam deflectãtur minimè; amplius, inquirunt ab his & illis, quiſnã hic, & quis iſte? Eodem modo parabolæ & phraſes obſcuræ intertextæ locis multis apertis ſacræ ſcripturæ, ad inſtar perſonatorum prouocant in ſe adſtantium oculos; cupiditatẽ accendunt vt inquiratur, quid ſibi velint, quid contineant, quod ſacramentum ſuis intricatis ſermonibus claudant. Sic Apoſtolis, audita

inter

inter cętera parabola ſatoris, cuius ſemen iactum partim frugiferum, partim infrugiferum fuerat, non fuit ſatis eam comprehendiſſe ſuo modo, ſed ſecedentes interrogabant dominum de ſignificato parabolæ *Interrogabant autem eum diſcipuli eius, quæ eſſet hæc parabola.* Matt. 13. Ne dixerimus imò ne cogitemus parabolas, & Marc. 4. inuſitatos decendi modos ſparſos paſſim in vberrimo Lucæ 8. ſacræ paginæ agro vanos; ſed cum D. Auguſtino dicamus *ſalubriter*, *ſalubriter* factum, vt maiori in pretio habeatur veritas anxiè inuenta, & acrius inflammaremur ad eiuſdem ſcrutationem. Dicamus cum eodem Doctore, *Magnificè, magnificè*, ad locupletandam ſacrę D. Chryſ. ſcripturæ veritatem, & ſuo decenti decore illuſtrandã. tom. 2. hõ. At quis ille decor? Qualis confertur diadematibus re- 45. in c. 12 giis auro grauibus; quibus (etſi aurum per ſe ſummè Matth. præſtet) inſeruntur vniones & margaritæ; vtq; orna- D. Thom. tus ornatui addatur, inſculpuntur mira arte figuræ & par 1. q. 1. formæ inſignes. Quis decor? Qualis hoteromallis ar. 9. ad 2. & holoſericis veſtibus apponitur; quæ etſi per ſe ſint ſplendidæ, limbis & intexturis aureis ſplendidiores redduntur. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Quis decor? Qualis margaritis cryſtallo incluſis; per quam ſi ſplendorem ſuum diffundant illæ, accipiunt ab hac noui ſplendoris plus quam tegumenti. Quis decor? Qualem ſcitus ſartor tribuit multitio ſub holoſerico diſciſſo, clauſo, cui⁹ multitii floccos per inciſuras miro artificio educit. Parabolæ, egregium egregiæ veritatis operculum interſeruntur ſacris litteris *magnificè*, infit S. Auguſtinus. Sed quorſum & ſalubriter nobis, & magnificè ſcripturis eſſe diſiunctim prædico? Simul ſalus noſtra eſt & magnificentia ſparſiſſe parabolas. Salus eſt vocatorum ad conuiuium ſi cuncta fercula fuerint optima; magnificentia, quod ſaccaro, exquiſitiſque condimentis intincta. Omnis euidens veritas ſcripturarum præſtantiſſimum eſt ferculum, aſt reficiendis famelicis: parabolicæ & figuratæ obſonium ſunt ad ſplendorem vocantis, & vocatorum detergendam nauſeam. Condimenta etenim, lardo transfixiones, opipara, embam-

mata,

mata; & alia id genus ordinantur ad appetitus excitationem, vnaque teſtantur munificentiam & magnificentiam decentem hoſpitis noſtri. Quis deinde non fateatur lubens eandem cantionem eodem tono, eadem voce crebrò emodulatam offendere aures; & varietatem vocum harmonicā, tonos diuerſos, frequentamenta vocis ſcita, conſonantiā diſcordi ſymphonia ſic audientem dimulcere vt capiſtratus videatur, aut auribus affixus ligno, vt dimoueri nequeat? Si ſcriptura ſacra omni in loco clara eſſet & aperta, communi idiomate & omnibus noto contexta abſq; parabolis, reficeret quidem, at famelicos, & bono animo accedentes: faſtidium verò pareret appropinquantibus ſine appetentia, iam ſatiatis, inflatis, vino madidis; cōdimento eloquentiæ & ſapientiæ mundanæ ſaturis; cuiuſmodi olim S. Auguſtinus ante ſuam conuerſionē.
*Aug. l. 3. conf. c. 5. tom. 1.* Eſſet etiam muſa concinna & iucūda, ſed ſemper vna, ſine frequentamentis, ſuppreſſione, mutatione vocis; cuiuſmodi tædium pariūt; & vacuū in ſua muſica muſicū proclamant. Quam moleſtiam procul vt pelleret animis lectorum ſpiritus S. ſimulq; euinceret ſcripturæ ſacræ opulentas gazas, cibo veritatis ſuperiecit parabolas, vt ſuauiorem emodulationem ſalubrium monitorum efficeret, ditauit parabolis & ſermonibus figuratis, ceu nouis concentibus, nouis frequentamentis, nouis alternationibus & partibus. verùm enimuerò nolumus ex hoc notari eam ſplendoris, mollitiei,
*Aug. l. 4. de doctr. Chriſt. c. 67. tom. 3.* delitiarum vitioſarum, vti prophana ſcripta, quia hoc compto ornatu ſplendet, quemadmodum omni alio decore & apparatu eloquentiæ, quem S. Auguſtinus dicit monſtrari poſſe, ſequutus S. Ambroſium, qui ex
*Amb. l. 8. epiſt. 63.* ſcriptura artem benè dicēdi hauſtam adſtruit; horum enim & illius ſcopus longè diuerſus eſt. Prophani ſectantur ornatum ad oſtentationē & gloriam, quomodo pauo caudam agit in rotam: ſcriptura ſacra ſecus multo. Prophani eloquentia vtuntur & anxiè ambiūt eam ceu pellicem, geſtu & habitu corporis affectatis,

greſſu artificioſè compoſito, qualis erat filiis Syon, teſtante Iſaia, vultu muruato, coma adulterata, quo impuritatem ſuam tam charè quā fraudulenter diuēdat. Iſa. 5.
Vt autem virgo prudens & modeſta, contēta muneribus & ſpecie cælitus acceptis, non erubeſcit colorem, aut formam non adeò ſplendidam, neq; fuco ſibi ſpeciem quærit: non abſcondit quoq; ꝙ decorum gratia cæleſtis cōtulit, formoſam faciem qualis qualis eſt exponit viſendam; non quærit laruas, & neſcio quas latebras, induitur honeſtis, quales à parente accepit; nō quærit ex iis gloriam, non oſtentationem, ne frequentantibus patris aulam tędio ſit & faſtidio: ſic ſcriptura ſacra à Deo (ſcriptorū eius articulos dirigente) accepit figuras egregias, inter alias multas, vtcumque ſimplices, vti parent; non erubeſcit ſimplicitatem ſuam; nihilominus habitum & ductum oris ſpecioſum non diſſimulat, non quærit latibula forte; non vt glorietur, ſed ne faſtidiat frequentare cupientes Dei noſtri myſteria. vnde infertur directè, quemcumque munus docendi profitentem, inſtrumento aut linguæ aut calami, haud perperam in ſuis diſcurſibus inſignes exarare figuras, ſcitè loqui, ſi qua polleat gratia, modò nō ad oſtentationē, ſed vt documentis ſuis pondus addat, vt potioribus illecebris diſcentes alliciat, quo alacrius vtilia addiſcant. Medicina eſt, non vana gloria: medicorum more eſt pillulas amaras melle oblinire, aloen ſaccaro obducere; quo ſubueniri queat ægro faſtidienti, qui alioqui ne quidem attingeret. A diuagatione ad viam remeemus, concludamuſq; parabolas, omnemq; alium apparatū inſertum *magnificè*, ad adaugendū æraria ſcripturæ, ne vilipendatur; vt nobis ſit ſalubrior quo ſapidior, vti dicebat D. Auguſtinus ſupra; vtq; incitaremur ad eam perſcrutandum auidius, vt aiunt S. Joannes Chryſoſtomus & Iſidorus.

*Subſtantialiter vtimur parabola, vt auditorem excitemus, quoniam facilitas ad ſocordiam & negligentiam adducit. Et hoc fine vſus eſt quandoque Dominus Chriſtus.* Chryſ. to. 1, in Iſ. 48

*Iſidorus de metaphoris.* *Hæ, atq; aliæ tropicæ loquutiones ad ea quæ intelligenda ſunt propterea figuratis amictibus obteguntur, vt ſenſum legentis exerceant, & ne nuda atq; in promptu poſita vileſcant.*

*1 p.q.1.ar. 9. ad 2.* Et D. Thomas, ad exercitium ſtudioſorum ait vtiles occultationes quæ fiunt per figuras.

4. *Ad iuuãdam memoriam.* Ad quintam mox tranſuolabimus, cito pede percurſuri quartam, quæ deſumpta ex D. Chryſoſtomo in Matthæum, dicente compoſitas parabolas & comparationes, *vt tenacius memoriæ commendari poſſint quæ dicuntur* &c. Quæ ratio ſuo ingenio digna eſt; ſiquidem experimur auditores frequenter obliuiſci citò rerum ſublimium; quæ ſuperiacta alioqui ſimilitudine firmiter inhęrent animis, nec vnquam excidunt. Quocirca ſimilitudines dixerim quaſi memorię iuuamina; medicamina confortantia ſtomachum animi, quo cibos ſalubres non reiiciat ſed retineat: qui (haud ſecus quam corporei nihil quicquam proſunt comeſti, niſi ſtomacho contineantur) vix quicquam proficiunt admiſſi in animum, ni firma retineantur memoria. Hanc rationẽ lubens curſim pertranſeo, quo de quinta, quæ magis ad rem mihi videtur, fuſius concedatur dicere. Ediſſeramus itaque cur viri graues quandoque aſſumant parabolas.

5. *Ad circũueniendũ.* Aliquando (vt mea fert ſententia) ad agitandum litem ea prudentia, vt obtineri queat decretũ & ſententia pro voto, ab eius ore, quẽ reum euincere volumus, aut quẽ minus cauſæ noſtræ ſuffragari præſumimus: & vt veritas, quę nudata, & ex ſe aſpera eſt & aculeata, melle obducta, & verborum lenocinio contecta, non ſit odioſa ei, ad quem ipſam dirigere intendimus.

*2. Reg. 14.* Hoc modo & in hunc finem ſe habuit mulier Thecuitis conſilio ducis Moab, vt Dauidis iram in Abſalon temperaret. Hæc egregiè compta ſciteque inſtructa à Ioab, accedit vultu flebili, habitu lugubri, procidit ad pedes Maieſtatis Regiæ, & exclamat: Serua me Rex. Ait ad eam Rex: Quid cauſæ habes? Quæ reſpondit: Heu mulier vidua ego ſum: mortuus enim eſt vir meus. Et ancillæ tuæ erant duo filii, qui rixati

ſunt

ſunt aduerſum ſe in agro, nulluſq; erat qui eos prohibere poſſet, & percuſſit alter alterũ, & interfecit eum. Ad complementum porrò ærumnarum mearum ecce conſurgens vniuerſa cognatio aduerſum ancillam tuã dicit. Trade eum, qui percuſſit fratrem ſuum, vt occidamus eum pro anima fratris ſui quem interfecit, & deleamus hæredem, & quęrunt exſtinguere ſcintillam meam quæ relicta eſt, vt non ſuperſit viro meo nomen & reliquiæ ſuper terram. Quare ô Rex, ſupplex nunc prouoluta rogo, vt in me ſit iniquitas; tantummodo cognationis totius furore filius nõ tollatur mihi. Tota hæc oratio parabola erat, eaque agebatur Abſalonis cauſa ad obtinendum à Rege, patre & parte aduerſa, ſuper cæde Ammon fratris iudicium placidum, ab ipſius ore manãs qui minus à partib. Abſalonis ſtabat. Liquet ex textus decurſu, qui habet quod reſpondente Rege ne capillum deciſurũ è capite filii eius in terram, obtenta licẽtia proſequendi ſermonem cæptũ, ſic ſubiunxerit: Quare, ô Rex, cogitaſti huiuſcemodi rem contra populum Dei; & non reducat eiectũ ſuum? Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Nec vult Deus perire animam ſed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus eſt. Nunc igitur veni vt loquar ad dominũ meum Regem verbũ hoc præſente populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad Regem, ſi quo modo faciat Rex verbũ ancillæ ſuæ. Et audiuit Rex vt liberaret ancillam ſuam de manu omnium qui volebant de manu Domini delere me & filium meum ſimul. Dicat ergo ancilla tua vt fiat verbum Domini mei Regis. Audiens verò Rex de Abſalone eam loqui, non de filio ſuo, annuit reditũ Abſaloni, nolens rigidior haberi in natum, quam fuerat in exterum.

Annõ in eundem finem, coram eodem Rege aliam aſſumpſit parabolam antonomaſticè inſignẽ Nathan Propheta, cùm ſceleris argueret, & Regẽ ſua damnauit ſententia? Duo viri ô Rex, inquit, erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos valde; pauper autem nihil habebat 2. Reg. 12.

omninò præter ouem vnam paruulam quám emerat, & nutrierat, & creuerat apud eum cum filijs eius ſimul de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiens, eratque illi ſicut filia. Cum autem peregrinus quodam veniſſet ad diuitem, parcens ille ſumere de ouibus & bobus ſuis, vt exhiberet conuiuiũ peregrino illi qui venerat ad ſe, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad ſe. Fingebat autem vates parabolam quo ſecurius redargueret homicidij & adulterij crimen, & ab ipſius Regis ore ſententiam eliceret (vti perſpicuũ eſt ijs qui aliquando Regũ libros voluerunt.) Irato namq; meritò Rege ex relatione tam atrocis flagitij, dicenteque, Viuit Dominus, quoniã filius mortis eſt qui fecit hoc; Ouẽ reddet in quadruplũ, eo quod fecerit verbũ hoc & non pepercerit; mox ſubſumpſit Propheta: Tu es ille vir ô Rex. Hæc dicit Dominus Deus Jſrael: Ego vnxi te Regẽ ſup Iſrael, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & vxores Domini tui in ſinu tuo, dedique tibi domum Jſrael & Juda, & ſi parua ſunt iſta, adijciam tibi multò maiora. Quare ergo cõtempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu meo? Vriam Hethæum percuſſiſti gladio, & vxorem illius accepiſti in vxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammõ. Quamobrẽ non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternũ, eo quod deſpexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt eſſet vxor tua. Ac ſi diceret: Juſtam pronuntiaſti ſententiã in eũ qui modo præfato hoſpitẽ exceperat ſuum: ipſe lautè excepiſti concupiſcentiam tuam ferocẽ & peregrinam, hoc & ſimili modo: proprio igitur iudicio dignus es tali ſupplicio; ſicque Rex ſuo ipſe damnauit iudicio Regem.

*Luc. 7.* In hunc ipſum finem videtur producta illa de duobus debitoribus vni creditori, quam Seruator appoſuit Simoni Phariſæo apud ipſum conuiuans ferculi loco.

*Matt. 21.* Ferme in eundem ſcopum collimabatur illa de agricolis cæſoribus, ſeruis, & hærede; & aliæ cõpluſes

textui Euãgelico inſertæ, quas ad præſens nõ attingo, ne numeroſa congerire rerum eiuſdem generis vobis ſim grauis. Veruntamen notate obiter, vt ſacra ſcriptura ſit verus prudentiæ abacus: vt modum doceat arguendi quandoque peccatores, & appoſitè conuincẽdi proprio ipſorũ ore, feliciter circumueniendi & fallendi his & ſimilibus parabolis. Quæ prudentia nuſquã diſcitur diſcretius, & inoffenſo magis pede quam ſacris litteris.

Supereſt nunc agere de noſtrarum cauſa vltima, ob quam vteretur parabolis Chriſtus, vt porrò ſcopũ attingamus, ſciendũ primò vſitatũ quondã doctioribus Chaldæorũ, Aegyptiorũ, Aſſyriorum, Arabũ, Palæſtinorũ, ad quemque ſermonem miſcere parabolas, ſignanter autẽ Palæſthinis, qui ad ſingula quæque (teſtãte Hieronymo) ijs vtebantur familiarius. Redemptor porrò noſter, abyſſus immenſa ſapiẽtiæ, a qua manant exigui riuuli noſtri, vt ſe recepto mori Palæſtinæ cõformẽ præberet, parabolis vtebatur vt Palæſthini, ad quos crebriores habebat conciones: parabolis, inquã, aptiſſimis captui cuiuſq;. Atat, ô Auditores, quiſnam ille, qui tam vulgariter, tam ruditer pro concione orabat? Ieſus Chriſtus verus noſter Deus, omniũ facundiorũ facũdiſſimus, ille ipſe qui linguas infantiũ facit diſertas. Nos autem ô humillimam Dei bonitatẽ! ô arrogantiam & inexcuſabilem hominum ſublimitatem! conclamo rurſus ad arma, & repẽtina incurſione adorior vermiculos noſtrorum terræ celſitudinẽ, homunciones, cubitales noſtros, quorum linguæ tametſi diſertiſſimæ, balbutiũt, glutine viſcoque vinctæ ſunt, & inexpeditæ, collatæ ad Chriſtum Ieſum; nos, inquã, ſemper & vbique contendimus ingenij noſtri aciem, linguæ expeditam volubilitatem crepantibus commonſtrare buccis; non reſpicientes coram quibus cõcionem habeamus, barbaris nec ne. Vt exiguũ illud, quod habemus, artis & gratiæ, propalemus, vbique æqualiter ſectamur ſubtilia, ornatũ ſermonis, quocũq; idiomate oremus. O vt multò te habes humilius bone Ieſu, Eccleſiaſtes vere; huc infernè miſſus à Patre,

*6. Ad cõformandum ſe mori recepto regionis. Hier 10.9. l.3. comment in Mat. c. 18.*

condeſcendens omnibus facillimè? O Domine, clama, clama ne ceſſes, ſuperintona dicens cordi meo, & cordi mihi ſimilium; clama Domine clama: filii hominum vſquequo graui corde? vt quid tam perditè diligitis vanitatem, & dicẽdi phaleras? Diſcite à me, diſcite à p̃ceptore veſtro, quia mitis ſum & humilis corde, effectu & re probans, ruditer loquendo rudibus loco & tempore oportunis; ſapientioribus diſertius. Tange Domine, tange corda tumentia eloquẽtię vento, & coge, vt in re hac tam neceſſaria teneant humilitatis tuæ veſtigia. Me hercle, vos qui tanto cum faſtu vultis haberi oratores comptuli, ſed non compti, vtiq; qui ſcopum non attingitis, ſatis ſuperq́; probatum relinquitis, vos magis pro gloria certare, quam conuerſioni ſceleratorum ſtudere, non diſcernentes quando & coram quibus ſit ſubtilitate ingenii, & linguę expeditione agendum: quin monſtratis vos ignorare bene dicendi modum, vtique qui non appoſitè ad perſuadẽdum oratis; oraretis autem ſi ſermonem veſtrum adaptaretis ad captum auditorum; quo qui vſi ſunt & vtuntur modo, certum duco, multas per ipſos Deo acquiſitas & acquirendas animas. Æternùm victat veneranda canitie venerabilis Pater Jubilarius inſtituti ſacri noſtri, Prouinciæ Flandriæ alumnus, P. Remigius de Gilio. Hic vbi ſumma cum laude Eccleſiaſten egiſſet multo tempore apud gentes eloquio haud vulgariter pollentes; ætate grauis Namurcum miſſus, ad gẽtem non tam politulo eloquio claram, quam vrbanitate & humanitate inſignẽ, ita condeſcendit groſſiori idiomati populi, vt miſſis cupediis, phaleriſq́; Gallorum, aut ſe ſcitè dicere arbitrantium, non vt ignarus; etenim frequenter inculcabat; hoc vel illo modo dicerem, ni veſtrum excederet captum, ſed æſtuans deſiderio ſtudendi peccatoribus, charitative Namurcanis Namurcana apponebat. Deus bone, quos non referebat fructus! Quam vberem meſſem! Quam fæcundam animarum collectam ruditas illa & ſapiens ſimplicitas ſermonis reuehebat in horrea Dei noſtri! Poſſum teſtari auditorum ipſius in conſiſtorio crebras la-

chrymas, vtique teſtis oculatus; ſciens vt gratus rudiori ſuo eloquio, remiſſus ad ſimplicitatem vſque congregationis haberetur; quem vtique multa cum admiratione & voluptate audiui frequenter. Quapropter aſſero, quemcumque hac ratione eccleſiaſtæ munus ſubeuntem, ſit acer, ſit candidus, ſit leucopæatus & cinereus, nil refert, mihi admirationi eſſe, ceu meſſorem ingenuum in agro dominico, & Ieſu Chriſti imitatorem; qui nonnunquam parabolas aſſumpſit, vt diceret de more recepto regionis, in qua prædicabat.

*Ad faciliꝰ perſuadendum.*

Addi poteſt, & ad facilius perſuadendum. Demoſthenes vt perſuadeat populo non dandos oratores Philippo, parabolam de lupis, de canibus & paſtoribus proponit. Menenius Agrippa, ventris & cæterorũ membrorum certamine propoſito, ſedat ſeditionem.

En paucis, Auditores, ſex noſtras rationes vſus parabolarum, quibus aliæ adiungerentur facile; vt autem quid in futurum reſeruem, plures modo non congeram. Proſequamur nunc vt ſpopondimus.

*Quæſtio. Ob quam harũ rationum Chriſtus propoſuit parabolã de filio prodigo; & quis eius ſcopus.*

Quam ob harum cauſam adduxit Dominus parabolam, de filio prodigo; & quis potiſſimus huius diſcurſus ſcopus?

Dicenti, vt receptum Palæſtinæ morem imitaretur, haud inficiabor. Et adſtruenti, ad opitulandum memoriæ, concedo. Subſcribo aſſeueranti vt decenter cohoneſtaret, & ſcitè inſtrueret ſermonem. Verũ, ſaluo meliori iudicio, arbitrer tũ parabolicè loquutum, vt redargueret Scribas & Phariſæos murmuris in ipſum, ea prudentia, vt numeroſus adſtans populus reprehenſionem non caperet; ne ſtatus & perſonæ redargutorum deſpicerentur; ſufficienter nihilominus & acriter malum perſtringẽdo. vbi obſeruabimus Chriſtum liberè, & abſque ſimulatione vitia increpaſſe, ſed tanta diſcretione, & lepore, vt ſummoperè (quantum res ferebat) fugeret infamiam, ſignanter curam animarum habentium, quales erant Scribæ, doctores, & Phariſæi, temporum illorum religioſi; exploratum

habẽs eorum dedecus eſſe potius hęreſiũ ſeminarium, contemptus bonę ipſorum doctrinę, originem potius quã ſtimulũ ad correctionẽ. Ideoque nón increpauit

*Matth. 9.* Dominus Aaronem coram, aſt clam, ob reuerentiam dignitatis ſacerdotij. Neque Christus acriter arguit Jairũ ſynagogæ principem incredulitatis, vti alias aſperè & ex tepore increpauit patrẽ Reguli incredulitatẽ, cuius filius infirmabatur Capharnai. Quorſum? Nõ alia ſane de cauſa, quã vt doceat, quì habere ſe quis debeat, quo honore, qua reuerentia erga ſacerdotij maieſtatẽ (tãetſi nonnunquã offendat) & vt procul remouenda ſit infamatio. Vnde ſummè demiror neſcio quẽ naſutulum audere de ſacerdote colloquia miſcere, in caupona, in menſa, in via, clã, palã eum dentibus lacerare, etiã eius occultas fragilitates euulgare, quaſi huiuſmodi diffamationibus ſalutẽ quæreret animæ ſuæ; & totidem expiatet crimina ſua, quot humeris ſacrifici imponit. O vt melius (quod & Chriſtianum decet

*Niceph. l. 1. cap. 16. Scriptu- ris d 96. Amb. ep. 74 ad Valen Theodor. lib. 1. eccl. hiſt. c. 11.*

magis;) illuſtris ille Cæſar Conſtantinus Magnus, cuius aliquando hæc verba erant: Certè, ſi hi mei conſpicerent oculi Epiſcopum, aut preſbyterum, aut aliquẽ religionis habitu candidatum labi in aliquam fornicationem, hanc meam chlamydem, vt celarem ſcelus, nec quoquam videretur, exuerem. O reuerentiã! ô decus verè Cæſareum, in ſacerdotij faſtigium!

Sozomenus Tripartitæ hiſtoriæ, l. 2 cap. 2. *Conſtãtinus Magnus ſuſceptis libellis ipſi oblatis quibus alij alios accuſabant: Hæ quidem accuſationes inquit, tempus habebunt proprium, id eſt diem magni iudicij; iudicem verò illum qui tũc futurus eſt omnes iudicare, Mihi ergo homini conſtituto de huiuſmodi rebus nõ licet habere auditoriũ ſacerdotum, ſcilicet accuſantium ſimul & accuſatorum, quos minimè tales conuenit debere monſtrari, qui iudicentur ab alijs: & ſic vniuſcuiuſque ſcripturam vacuare, & libellos iuſſit ardere.*

Cuius admirator & imitator patriarcha noſter S. Franciſcus, dicebat (notate quæſo viri ſancti egregiã lectionem paucis contentã; & in eius teſtamento prælectã). *Dominus dedit mihi & dat tantam fiduciam in*

*ſacer*

*ſacerdotibus, qui viuunt ſecundum formam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, propter ordinē ipſorū, quod ſi me perſequerētur, recurrerē ad ipſos.* Paulò poſt: *Ipſos & omnes alios volo timere, amare, & honorare ſicut omnes alios volo timere, amare, & honorare ſicut meos Dominos, nec volo in ipſis conſiderare peccatum, quia Domini mei ſunt.* Quid? Tanti viri tantum deferent ſacerdotio, vt ipſe Cæſar aduertens peccatum, pallio ſuo illud contegat, ne palam fiat: vir ſanctus nec videre vult, nec vllatenus cōſiderare; & fęx plebeorum, flagitioſorum impudenter ore ſacrilego audeat diripere famam presbyterorum, eorum euulgando culpas? Quid dico culpas? Plerumque inaudita & incogitata. Sciſne tu quicumque eiuſmodi delectaris, quid ſit propalare ſacerdotis occultū crimen, aut notorium refricare? Eſt apertè tranſgredi quartum Dei præceptum, quo iuberis honorare patrē & matrem, non ſolum qui corpore genuerunt te; ſed & qui te regenuerunt ſpiritu: non ſolum qui corpus paſcunt, ſed etiam qui animum alunt; eos, inquam, qui idem præſtant animæ tuæ, quod parens corpori, nimirū ſacerdotes: quin principes & rectores. Illudne honorare parentes in foro prædicare noxas occultas, inter priuatos parietes commiſſas; aut notas renouare? Quid magis contra quenquam, quam eius direpere famam? Non eſt illud exequi præceptum diuinum, ſed directè ſe opponere ei, & quaſi è diametro in prælium ire aduerſus ipſum.

Arbitrarisne, quod vere Chriſtianus ſis, & perſolueris præceptum de honorando Sacerdote, qui ſpiritualis tuus pater eſt, dum ipſum corrodis debitos ipſi honores auferendo? Abſit.

Putaſne huic præcepto morē geſſiſſe Cham impium Noe natum, quando patrem ebrium & nudum ludibrijs excepit, *Et nuntiauit duobus fratribus ſuis foras*? Aut alios duos Sem & Iaphet, qui mox audito triſti illo nuntio feſtinarunt arrepto pallio incedentes retrogradè vt cooperirent nudatum, auertentes vultus, ne patris verenda viderent? Quis horum videtur Dei præcepto poſtea promulgato paruiſſe? Profectò deriſor & propalator nuditatis paternæ *Gen. 9.*

 tranſ-

transgreſſus eſt illud;alij adimplerunt perfectè,ideoq; trium nullus irremuneratus fuit : optimus enim Patriarcha digeſto mero excitatus & probè inſtructus ſuper facto Chã fulminauit in eum maledictionem rigidã,alijs duobus innumeris benedictionibus adauctis; Tu autẽ,ſacrificorũ detractor,haud inferior ſcelere Chã,quid minus quã ipſum,promulgata per Meyſen,confirmata in perpetuũ per Ieſum lege, te manere arbitraris? Nõ aduertis,quod,dum ijs intẽdis, ſtimulante dæmone eorũ doctrinã in contẽptum adducas, & merũ monitorũ ſalutariũ reſpuatur, quia propinatũ calice immũdo,turpi,infami,qualẽ prædicas? Tollatur deinceps iſta trahendi litatoribus ſacris libertas: tegatur potius dedecus(ſi quod adſit)cum Sem & Iaphet;cum Conſtantino & S. Franciſco,quin cum Ieſu Chriſto, noſtro & veſtro communi Deo;quin in Scribas & Phariſæos inſtituturus ſermonẽ,cum iure & authoritate poſſet,loquitur parabolicè, reprehenſionẽ pallians,ſic vt à ſontibus percipiatur,à ſequentibus ſe turbis minimè,ne ideo venirent in contemptum. Itaque hoc loco diſſerebat parabolicè Chriſtus, vt velaret & occultaret arcanum ijs,è quorum re non erat illud comprehendere.

*Vener Beda. Leuin. Carthuſ. Ianſen. in concor D. Caliſtus Placentinus.*

Dico deinde,vt enucleatius oſtenderet Phariſæis & poſteris infelicitatẽ,miſeriam, omnigenarũ ęrumnarum gurgitem, in quem ipſe ſe demergit, qui volutatur in cęno peccatorũ ſuorũ,miſſo Creatore:&,vti docẽt haud vulgaris eruditionis Doctores, vt apertius demonſtraret,quo applauſu,qua benignitate,qua miſericordia pœnitentes recipiantur à Deo; quod gaudiũ,quæ lætitia,quæ cõgratulatio mutua ſit inter cęlicolas,& habitatores Jeruſalem cæleſtis redeũte peccatore deuio. Enimuero hęc parabola tam aptè collimata eſt,tam egregijs figuris referta,tã ſcite refert naturã peccatoris exlegis, mores pænitentis,& alia multa tã induſtriè,omnia tã cõcinne & gnauiter adaptata, vt videatur Chriſtus Ieſus hoc loco,ſupra quã alias vnquã in Euãgelio qualis ſit voluiſſe exhibere, nimirum Deũ;& vt talẽ,conſciũ inclinationũ & morũ cũctorũ;

ſeque

ſeque oratorem & nuntium Patris æterni, eloquentia verè diuina inſignem. Nam, vti reor, huic parabolæ contulit energiam & euidentiam; eo artificio diduxit affectus, ſermones, habitus, denique omnes circumſtantias perſonarum, tam boni parentis, quam vtriuſque nati, & ciuis, cuius obſequio ſe tandem mancipauit prodigus, vt legendo totam ſeriem attentè, non videamur legere, ſed magis ad oculum videre. Tanta ars in hanc parabolam inſumpta eſt, vt quemadmodum figurarum cõcinnitate & elegantia iudicabantur ſtatim quæ è manibus Apellis prodierant, imagines, ſic veriſſimè adſtrui poſſit, nullum alium à Deo huius parabolæ authorem.

Quod ſi quæratur vlterius, quare intentum parabola velarit, dicam poſtremò, vt prudenter implicaret Phariſæos retibus ſapientis parabolæ, & ab ipſis in ſeipſos, pro ſe, cauſæq́ue ſuæ purgatione æquam extorqueret ſententiam; quale quondam iudicium obtinuit Nathan Dauidis ore in ipſum Dauidem. Ecce rationes, ob quas exiſtimem Chriſtum ita figuraſſe quod ſignificatum volebat. Poſthac apertè exprimam ſcopũ, cuius gratia Chriſtus orabat, hactenus vtcumque inſinuatum, qui in omni parabola præ omnibus ſedulò eſt indagandus.

*Parabola huius ſcopus ſecundum D. Chryſoſt. hom. de hac re. Ven. Bedæ to.2.l.4.c.62. in Luc.15. M.Ren. Benedic. Nicol. Gouer. in Ioan. Ferus ſer.1. de prodigo.*

D. Hieron. tom.3. epiſt. ad Damaſum: *In omnibus parabolis, quæ à Domino explicatæ non ſunt, quam ob cauſam dictæ ſint, ſolemus inquirere. Ita & in hac* (prodigi) *facere debemus.*

Finis itaq; & intentum Ieſu Chriſti in tota hac parabola de prodigo, ex ſententia eorum, qui meo iudicio eam meliùs expoſuerunt, vt D. Ioannis Chryſoſtomi, Venerabilis Bedæ, & aliorum, alius non erat, quam vt purgaret ſe, & palam faceret Phariſæis, quã iniquè murmurarent, quod ſuſciperet publicanos & peccatores, manducaretq́ue cum eis, gauiſus ipſorum conuerſione. In cuius fidem, verba ipſa proferam D. Chryſoſtomi & Venerabilis Bedæ.

*Ad inſolentiam,* ait, *murmurantium Iudæorum aſpiciens, Dominus reprehendebat eos.*

*Murmurantibus de peccatorum ſuſceptione Scribis, & Phariſæis, tres ex ordine parabolas Dominus poſuit; duabus primis quantum ipſe cum Angelis de pœnitentium ſalute gaudeat inſinuans: tertia verò quæ ſequitur, non ſuum tantummodò ſuorumque gaudium demonſtrans, ſed & inuidentium murmur reprehendens.*

*Vide Tolet. annot. in 15. cap. Ioan.*

Porrò ſciendum, quod etſi parabola turgeat egregijs ſententijs quaſi vterum geſtans, non tamen illæ omnes ſunt verus ſcopus eius, tametſi ad eum referantur quo facilius attingatur; aſt vnica ſemper eſt finis eius. Exempli gratia; in quadam parabola S. Ioannis, illuſtris ſententia eſt, Omnem palmitem non ferentem fructum boni operis, & non aſſurgentem ad libellam & normam mandatorum Dei, putandum à vite. Iſta quoque notanda; etiam iuſtiores purgandos vt fructum plus afferant. Et illa non minus obſeruanda, Palmitem non poſſe fructum ferre niſi manſerit in vite, & per fidem ſe iunxerit Chriſto: non ſunt tamen poſitiones iſtæ & axiomata finis, in quem collimatur parabola; ille autem eſt, nimirum neceſſariò adhærēdum Chriſto per fidem & dilectionem, ad fructificandum. Sic in hac, quam impræſentiarum tractamus, occurrunt inſignes ſententiæ graues, & propoſitiones conſpicuæ, vt, quod liberi arbitrij ſubſtantia omnibus ſit æqualiter collata, *diuiſit illis ſubſtantiam*; quicūque à Deo recedit per peccatū, inops, & miſer erit, frequēter quoad corpus & animā; eſtq; voluptatū ſuarū ſeruus & mācipiū, *Et ipſe cœpit egere* &c. Recipit Deus peccatorē pœnitentē; *Vidit illū pater. & cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eū*; aliæque ſimiles. Verū, hæ omnes non ſunt ſcopus eius, tametſi tendant in eum, aſt aliud; nimirum, Chriſtum haud perperā ſuſcipere peccatores & publicanos, ipſiſque conueſci: imò è contra Phariſæos grauiter delinquere obmurmurādo. Eſt igitur hoc potiſſimum Chriſti intentum, purgare obiectum crimen, & obmurmurationem Phariſæorum damnare. Tota autem ſeries parabolæ poteſt paucis ſummariè colligi in hunc modum.

Omnis ſententia in parabola non eſt eius finis.

Applicatio parabolæ de prodigo.

Amabo Phariſæi, genitor ſe habens clementer ad na-

natum, quo modo recenſui, qui poſt luxurioſam vitam ad meliorem frugem redit, peccatne? Haud dubiè, non. Frater ſenior meritone obgannit & ſuccenſet patri, quia blandè ſuſcipit filium redeuntem? Profectò, non. Igitur, nullum in me delictum erit quod ſuſcipit miſericorditer pænitentes publicanos, quos omnes ego genui, & vos impiè obloquimini. Atque ſi minutatim conſcindere, & per partes partiri lubeat maſſam noſtri textus, vt ex hinc liqueat peritia, hac ratione, fiet. Deliquit ne parens, cuius memini, obuiam feſtinans filio redeunti? Si dixeritis; reclamat ſenſus communis. Si negaueritis, iam ore veſtro abſoluor, nec vſquam damnandus ſum, quod occurram feſtinus filijs meis publicanis & peccatoribus pænitentibus, paternè eos amplexans, & in oſcula ruens. An arguendus pius pater, quia, diues cum eſſet, & panem abundè mercenarijs ſuppeditaret, filium nudum nouis à capite ad calcem veſtiuit, vitulum ſaginatum mactauit ad epulandum, cernens ſignanter in extremis poſitum, vix panniculamentis & laceris tectum, fame, vt erat, pene enectum? Si aſſerueritis, vniuerſus appellabit orbis; ſin, inſons eodem actio iudicor. Filius ſenior obloquens patri de amica illa ſuſceptione laudanduſ ne venit? Nullatenus. Si iudicio veſtro celebratur meritò parens, quia ſic ſe habuit erga natum; qua fronte, qua imprudentia me iudicatis ſontem, manducantem cum Publicanis & peccatoribus? veſtro vos ore coarcto; & ſecundum conſtitutiones veſtras iniuſticiam veſtram euincens, euidenter comprobo innocentiam meam. Quod ad figuras alias perpulchras, & mirum eloquentiæ reſperſæ per textum noſtrum artificium, cuncta exhibebuntur loco & tempore congruis, in decurſu noſtrarum concionum, Deo fauente. Pro nunc ſit ſatis; craſtina luce, dicemus, quis homo ille, duobus ſtipatus filijs, qui duo filij. Ad quod aſpirantes, hodie mandemus memoriæ ſex potiſſimas rationes vſus parabolarum, ob quas dici poteſt Chriſtus compoſuiſſe hanc noſtrā; fuiſſeq; ipſi meditatum finem, probatam facere innocentiam

ſuam

ſuam ex peccatorum receptione. Cæterum, rogo nunc ſupplex Dominum, me ea prudentia & diſcretione dignari, vt Ieſu Chriſti exemplum ſequutus, diſertè coram doctioribus, & populariter in pondere & menſura, vbi tempus, locus, conuenientium ſimplicitas dictauerint, valeam ſic orare, vt perorem omnes Deo lucrifaciẽs. Vobis verò Auditores, nullatenus memoria excidat, quæ Chriſtus in honore habuerit animarum curam gerentes, vtque teneamur cuncti eos reuereri, non diffamare, eorum peccata non conſiderare; potius pro viribus contendamus ea occultare, animarum noſtrarum velut parentum; quo declinemus non maledictionem Noe, & eius obtineamus benedictionem; ſed magè fulgura & tonitrua maledictionum Dei noſtri, & ſuſcipiamus benedictionem gratiæ hic, & gloriæ cæleſtis in futuro, Amen.

---

# CONCIO TERTIA.

*Vulgata. 2.* *11.* *In illo tempore, dixit Ieſus Phariſæis parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios.*

*Græca. 1.* *11.* Εἶπε δὲ ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς.

*Syriaca. 1.* *11.* *Et dicebat eis rurſum Ieſchua: Vir quidam habebat duos filios.*

## ARGVMENTVM.

*1. Quem homo pater prodigi ſignificet. 2. vt Deus pater dici queat homo. 3. Chriſtum propriè eſſe hunc hominem: 4. vt ſit hominum, quin etiam ſceleratorum parens docetur. 5. Deinde de ſignificatione filiorum duorum variæ opiniones adferuntur. 6. ea probatur literalis, quæ tenet prodigo ſignari peccatores, qui tum ad Ieſum erant appropinquantes, ac*

*his*

*his peccatores omnes; ſeniore, Phariſæos tunc murmuratores.*

PLus æquò fortè, Auditores, initio mearum concionum terreri communiter me experior; aſt hodie ſignanter, correptum me timore & pauore tanto ſentio, vt etſi ſileat hæc mea lingua, pallor & alteratio vultus teſtentur & proclament palam. Cerno etenim hodiè inferendum gradum in expoſitionem noſtri Euangelij, nullo ferè duce præuio certo in hoc itinere arduo, ſinuoſo & anfractib⁹ referto; tãetſi prima frõte tam planum, rectum, facile videatur, vt tutò progredi liceat oculis orbato. Dico, fermè abſque duce certo præuio viæ gnaro, propter varietatem diuerſitatemq; opinionum, quas ipſo in limine offendo, alijs me huc, alijs illuc incitantibus; & quia ex multo numero exponentium hunc textum quos legi, pauci germanum attigerunt ſcopum.

Id contigiſſe ſummis oratoribus Cic. 1. de orat. teſtis eſt; & ibi adfert duas cauſas.

*Difficile inuenire ſenſum litteralem in parabolis, quod res quæ in parabolis dicuntur plura poſſunt ſignificare metaphoricè. Item, quod nobis ignoti mores Paleſtinæ & terræ promiſſionis, ex quibus ductæ ſimilitudines, vt illa de decem virginibus poteſt eſſe: veriſimile enim eſt in Iudæa adoleſcentes & adoleſcentulas comitari veſpertino tempore ſponſum deducentem ſponſam ad nuptias: vt etiam fuit ludus puerorum in foro ludentium, Lucæ 7 teſte Theophylacto.*

*Item quod quædam quæ neceſſaria inſunt ad vinciendam narrationem videntur obuiare ſpirituali ſenſui, ægrèque applicari poſſint, vt eſt murmuratio operariorum, & hic murmurans filius ſenior. Quædam verò omninò accommodari non poſſunt.*

*Item, quod quædam exemplis adductis hiſtorialiter minimè quadrare videantur, vt eſt granum ſinapis eſſe ſeminum minimum, & creſcere in arborem magnam, verum eſt ſpiritualiter, non autem videtur eſſe hiſtorialiter.*

*Item, quod quædam non videantur conuenire ijs quæ*

dicun-

*dicuntur, & ijs quæ ſignificantur, vt quod Lucæ.* 12. *Dominus ſeruis vigilantibus miniſtret; & quod Chriſtus ſit in cœlo erga beatos ſe habebit.*

*Item, quod quandoque videatur ſaluator inferre contrarium ei quod in narratione proponit, vt Lucæ.* 7. *de duobus debitoribus: quandoque ſumere contrarium eius quod intendit probare, Lucæ* 12. *Ideo & vos eſtote parati* &c. *vt illud probaret aſſumpſit; quoniam ſi ſciret paterfamil.* &c.

Ideoque aliud dicere non auſim, niſi quod trepidem plurimum, haud ſecus ac viator obuium habens triuium aut quadriuium, plenum anfractibus ad inſtar labyrinthi, in quo alij multi oculatiores ſe aberrarunt; maximè ſi filum Ariadnæ non teneat, aut ducem ſequatur tutum.

*Ouid.* 5. *Faſtor.*

*Vt ſtat, & incertus qua ſit ſibi, neſcit eundum*
*Cum videt ex omni parte viator iter.*
*Sic quia poſſe datur diuerſas reddere cauſas,*
*Quo ferar ignoro, copiaque ipſa nocet.*

Quare, nunc, opus habeo, ſi vnquam, inuocare Altiſſimum, vt mihi ſit dux & confirmatio; hortari ſimiliter auditores, vt vota ſua meis coniungant. Eia ſupplex rogo vos, vnanimiter inuocemus opem Ieſu Chriſti, qui tenet clauem chimeliarchij, arcanorumque ſacræ ſcripturę, & pollicetur aditum pulſantibus; quo nos genuina veraque, quam quærimus intelligentia donet. Dicamus AVE MARIA.

Fidem liberaturi ſuper ijs, quæ heſterno die in epilogo concionis promiſimus, ac progreſſuri, ſtatuamus inquirendum ad præſens; Quiſnam homo ille pater duorum filiorum? Deinde, qui duo filij: quiſque diuiſim? vt his expoſitis & intellectis, vti decet, potiſſimæ, quæ poſtmodũ in decurſu text[9] pullulabũt, difficultates poſſint facili negotio expediri; verum difficillimè, nec ſine erroris periculo, ſi nõ aſſequimur hodie intellectũ eorũ, quæ propoſuimus explanare. Quoniã verò claritas & ſplendor veritatis altius micat è diametro oppoſita falſitati, adducemus aliorum opiniones; deinde ſub finem ſentẽtiam noſtrã proferemus, quã quã

**Propoſitio concionis.**

ſedat

ſedato animo diſcuſſerint, vbi aurem placidam mihi præbuerint, probaturos ſpero.

Jgitur dicendum primò, quis homo ille filiorum binorum genitor, quorum alter vulgò dicitur prodigus. Doctores quidam, nec vulgatæ eruditionis, nec pauci numero (qui tamen fateri humiliter haud auerſantur à ſe, vtique hominibus, quædam ignorata (dicunt hoc homine ſignari Deum Patrem, primam perſonam in ſanctiſſima Triade. Rationē adfert Seraphicus Doctor S. Bonauentura, ob quam Deus Pater hoc loco, vti & frequenter alibi, dicatur homo; ſcil. ab humanitate & mititate ſingulari quæ in ipſo eſt tanta, vt à nobis poſt S. Paulum optimè dicatur *Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis*. 2. Cor. 1. Et meritò hominem dicimus, id eſt humanum & mitē (quod ita proprium eſt hominis, vt abſq; manſuetudine nemo gaudeat illuſtri nomine & titulo hominis) quod nos manſuetè & humanè excipiat. Ab homo enim fit humanus, vt à fera ferinus. Et humanus pro facili, pro miti & tractabili Latinis: humanitas pro tractabilitate & beneuolentia in homines dicitur, Græcis φιλανθρωπία.

Theophylactus doctè ait Deum vocari hominem, cum ſignificanda eſt miſericordia; at leonem, vrſum &c. cum iuſtitia &c.

Dictio *homo* (infit doctiſſimus Varro) deſcendit ab *humo*, latino nomine, quod humorē, ſeu terram vliginoſam ſignat, quæ communiter lenis eſt & tractabilis, ſequens gyrū lubēs rotæ figuli; vt diſcant homines ex naturæ ſuæ nomine proprio girari & circumduci ad nutum & imperium Dei; inſuper eſſe humani & tractabiles vt gleba vuida, non feroces, aut rigidi, non ferente id ſuo nomine, nec pariter materia formationis ſuæ, quæ terra fuit limoſa, vt liquet ex Geneſi. Jta nihil magis tractabile Deo.

Hebræis etiā ab *adama* id eſt humo, Adā dictus eſt, Q. D. *terreus*. Aut ſi malumus alios ſequi, nomē *homo* deriuatur à Græco ὁμόνοια quod vnionē, cōcordiā, cōſenſum animi ſignat; quod homo natura ſit ſocialis &

ſuper

*1. Athā. Aut quicunq; eſt author quæſt. ad Principē q. 46. Ille homo, inquit, eſt Deus. Hiero. ad Damaſ. de prodigo p. 2. ep. 15. Aug. l. 2. qu. Luc. 8. 33 to. 4. Albert. commēt. in Eua. c. 15. Beda in hanc par. Bon. cō. in hūc locū Luca. Caiet. in Lucam Picart. in ſer. Phil. Diz in ſer. Steph. Paris in ſer.*

*Dominicus Nanus, in Polianth. tit. homo*

ſuper omnia animantia conſortij amans (inquiĕte Cicerone) aut ſaltem deceret eſſe talem, quod concordiæ ſignum eſt.

Sic Perotus ὁμονοέω, & per Craſin ὁμονοῶ, idem eſt quod concordo, conſentio, vnius ſum animi.

Lactantius libro 5. Jnſtitutionum cap. 18. *Socialis eſt hominis ac benefica natura, quo ſolo cognationem cum Deo habet.*

Item libro 6. Jnſtit. cap, 17. φιλάνθρωπος θεός. Si homo ab humo quia tractabilis, rectè Deus homo quia ſummè tractabilis. Hinc illud eſt: *Nouit Deus mutare ſententiam, ſi tu noueris mutare delictum.* Igitur meritò dicitur Deus Pater homo; verè enim ſocialis eſt, & ſummè conſortij amans, vt illud ex libro Sapientiæ ſibi vſurpare queat; *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.* Jpſe, ſtimulatus ſolo ſocietatis deſiderio & beatitatem ſuam communicandi creauit quondam naturas Angelicam & humanam. Vt itaque palam fiat quam ſit tractabilis, quam mitis, quam facilè rigorem ſuum mutet in manſuetudinem circumacta vita, id eſt, voluntate peccatoris ſe mutante in melius; & vt expetat coniunctionem noſtram mutuam, dicitur quandoque homo in ſcripturis: Quam rationem ſedulò adnotarunt priſci Doctores Euthymius, S. Ioannes Chryſoſtomus, S. Hieronymus & Theophylactus.

Prou. 8.

II. *Præterea*, conſtat aliquando ſignari rem vnam alterius nomine, non quod ipſum conueniat ei omnimodè, aſt ſolum ratione conuenientiæ cuiuſdam, quam habet cum altera communem. Sic dicimus in ſacris litteris aliquando vnamquamque perſonam in ſanctiſſima Triade, modò hanc, modò illam vocari hominem; non quod ipſis conueniat eſſentialiter hoc nomen & penitus (excepta Ieſu Chriſti Incarnatione:) ſiquidem nomen hoc rigidè ſumptum conuenit propriè, & ſemper omnibus & ijs ſolum, qui cum corpore, quale geſsimus, ſimul habent animum rationalem.

III. Deus autem Pater, Deus Filius, ante Incarnationem, Deus Spiritus ſanctus, non habent corpus & animum, quemadmodum nos; quare hoc nomen rigidè ſumptum nequit

ipſis

ipſis eſſe proprium: tribuitur verò propter quandam ſimilitudinem, quæ videtur deprehenſa, & verè eſt inter Deum & homines. Quod enim habeamus ſimilitudinem cum Deo, dubitare nefas, dicente ſcriptura, hominem creatum à Deo ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.

Apud Lactantium lib. 2. inſtit. cap. 11. Plato dicit humanam formam θεοειδῆ eſſe.

Et Sybilla quæ dicit: εἰκὼν ἐστ' ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα, id eſt, Jmago eſt homo mea, rationem rectam habens.

Ibidem Hermes Triſmegiſtus hominem ad imaginem Dei factum eſſe dixit. Porrò, ſimilia duo cum ſint relatiua & reciproca, homo ſi in aliquibus eſt Deo ſimilis, Deus quoque, loquendo humano more, in quibuſdam erit homini ſimilis. *Si enim hoc illi ſimile ſit, eſſe illud huic video*, inſit Cicero; ac ideo dictus aliquando homo; Deo nihilominus exiſtente cauſa & fundamento totius ſimilitudinis; quæ conſiſtit in eo, quod intelligimus, recordamur, volumus quando volumus, quemadmodum Deus.

*D.Thom. p.1.q.4.a.3.ad 4.* non concedit, Deus eſt ſimilis creaturæ; etſi concedat aliquo modo creaturam eſſe ſimilem Deo.

Porphyrius libro vniuerſalium: *Sumus rationales nos & Dij, ſed mortale appoſitum diſiungit nos ab illis.*

Amplius, quis neſciat amoris paſſionem, qui à naturæ & morum ſimilitudine profluit, reſultatq́;, transformare & mutare amantem quaſi penitus in rem quam deperit, adeo vt amans nonnunquam ſortiatur nomen rei amatæ? vnde adiectiuum vxorius?

*Pulchramque vxorius urbem extruis.*

Vnde aliud iſtud, *effaminatus*? vnde homo dicitur Deo in Geneſi *caro*, Prophetæ, *terra, terra, terra*, niſi ab amore deperdito, transferente primos in mulieres; alios, in ea quæ carnis ſunt; poſtremos ad terrena; & inſigniente nominibus rerum perditè amatarum? Ignoratis quia *Amantis animus magis ibi eſt, vbi amat, quam vbi animat?* Cato aiebat animam amantis viuere & habitare in re dilecta. Proci quoque & amaſij mundani, nunquid animos ſuos non ſuos, ſed tranſlatos & incarnatos in cordibus amicarum ſuarum cre-

*Ierem. 22. Vide Chryſ. hō. 24. in 6. c. Gen. Plut. tō. 3. moral. tract. de Amore.*

E bro

brò prædicant ? Cor ſibi ereptum ſplendore mican-
tium oculorum, venatorum & ſagittariorum pulchrè-
comptularum amaſiarum ſuarum , quas corculum,
vitam, animum dicunt, quæruntur? Quis ſcit an ſpon-
ſus eò alluderet in cāticis, ad amicam inquiens; *Oculi*
Cant. 6. *tui, ipſi me auolare fecerunt*? Quis ſcit , an hæc fortè
Gal. 2. fuerit mens Apoſtolo dicenti, *viuo autem, iam non ego,*
Ariſt. 6. *viuit in me Chriſtus*? Præterea, dicimus prouerbialiter
Ethic. latinè de eo quem cordatè amamus, *eſt alter ego*, haud
cap. 4. ineleganter. Et Ariſtoteles Philoſophus , dicit ami-
cum ab amico reputari, alterum ſe, *Alter ipſe*, quaſi v-
terque eſſet vnus. Hinc fit, vt amans amati nomen ſor-
tiri queat , vti quondam Pylades dicebat ſe Oreſtem
coram Rege, dum ſacrilegij accuſarentur, ceu direpto-
rès cuiuſdam ſimulachri. Ita autem ſimulabat ob in-
timam vnionem, & amicitiam ſinceram vtriuſque.

*Qui duo corporibus, mentibus vnus erant.*

vti canit vates, Sic Chriſtus Ieſus, quanquam benè
tutus in ſuo cælo, dicebat Paulo perſequenti nouellos
Chriſtianos, amicos ſuos : *Saule Saule, quid me perſe-*
Act. 9. *queris* diſtricto ferro? Et Apoſtolis: *Qui vos audit, me*
Luca. 10. *audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Item : *Quamdiu fe-*
Matt. 25. *ciſtis vni de fratribus his meis minimis, mihi feciſtis.* Et:
Zach. 2. *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Similiter &
in alijs multis locis.

IV. D. Dionyſius *Areopagita* c. 4. de diuinis nomini-
bus : *Eſt mentis ſeceſſum ecſtaſimque faciens diuinus a-*
*mor, amatores ſui iuris eſſe non ſinens, ſed in ea , quæ a-*
*mant, penitus transferens. Idque indicant ſuperiora qui-*
*dem, quæ inferiorum prouidentiæ ſeſe deuouerunt*, &c.

Porrò ſummus Deus noſter, qui ab æterno trāſgreſ-
ſos à limites omniū totius mundi amorū gloriatur, ſi-
ue lationē & durationē, ſiue vim & robur, aut potius
æſtū caſtorū amorū eius in genus humanū cōſideres,
meritiſſimè dici poteſt homo, vtique quaſi planè trāſ-
formatus in amatum, hominem; ipſeque nos habens,
quaſi alteros ſe, ducit ſe quaſi alterum nos, gratia ſua;
& hominem ſe dicit (tametſi naturaliter & ſecundum
Eſſe ſuū purū non ſit ) vti Pylades ſe dicebat Oreſten,
cum non eſſet. Ra-

Ratio iſta ſanè inſiguis eſt & elegans, quæ ſufficiat
in nobis ſuſcitare & componere igniculos amoris no-
ſtri ſopiti, & ſub cineribus iacentis, in Deum noſtrum,
qui nos tantum amat; ne abſque amore mutuo a
met.

*Audebimus & id pro veritate loqui, quòd ipſe quoque* D. Dion.
*author omnium pulchro & bono amore omnium, pro a-* c 4. de di-
*matoria bonitatis magnitudine extra ſe ſit ad omnia quæ* uin. nom.
*ſunt, prouidentia multiplicis pertingendo ratione, & velu-
ti bonitate ac dilectione & amore mulcetur; & ex ſupre-
mo illo ſtatu, quo ſupra omnia & ab omnibus exceptus
eſt, ad id vt inter omnia ſit excedente illa ſuperſubſtantiali
virtute ſita (qua nuſquã abs ſe progreditur) ſemel demittit.*

Præter hæc, aliam quoque aſſignemus cauſam
propter quam hominis nomen aliquando tribuatur
Patri æterno, qui nunquam humanam noſtrám ſuſce-
pit naturam. Ex ſententia D. Dionyſij, & D. Cyrilli,
quia ſcripturæ ſacræ humana membra ipſi tribuunt,
haud ſecus ac ſi homo foret, ſimilis nobis, mẽbris cor-
poreis à capite ad calcẽ inſtructus, quemadmodũ nos.
vt in Geneſi dicitur deambulaſſe ad aurã poſt meridiẽ, Pedes Dei.
vbi peccaſſet Adã; quo dicendi modo inſinuatur ha- *Gen.* 3.
bere pedes & crura. Alibi per Prophetam dicit: *Cælum* *Iſa.* 66.
*mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum*. In venter.
quodam pſalmo agens de Deo Filio, *Ex vtero ante Lu-* *Pſal.* 109.
*ciferum genui te.* Iob dicit ſe manu Domini attactum, Manus.
S. Paulus, ait, horrendum eſſe incidere in manus Dei. *Iob.* 19.
In Deuteronomio dicitur Iſraeliticæ genti: *Portauit te* *Heb.* 10.
*Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum* Gremiũ.
*ſuum. Aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.* Et *Deuter.* 1.
ſola Mater virgo in cantico ſuo inquit, *fecit potentiam* Humeri.
*in brachio ſuo.* Nunquid Pſaltes non ait, *Oculi Domini* *Deut.* 32.
*ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum? Qui tetigerit* Brachia.
*vos, tangit pupillam oculi mei.* Pari modo frequenter fit *Luc.* 1.
mẽtio Dei Patris in ſcripturis; nõ quod Deo Patri ſint Oculi, au-
mẽbra talia aut Sp. S. aut etiam Filio Dei ante incar- res.
nationem (in ſua namq; incarnatione, ſibi vniuit cor- *Pſal.* 33.
pus & animũ, qualem habem9, dẽptis peccato & igno-
rantia) minimè; volumus fieri, nec ſumus Anthropo-

Pupilla oculi.
*Zachar.* 3.
*Orig l.* 4. *contra Celſum.*

morphitæ, Deo dante; ſed ſcriptura ſacra (vti inſit Doctor Origenes) quæ cōponit & metitur ſermones ſuos ad vires & vtilitatem auditorum, frequenter loquitur eo modo de Deo Patre & alijs Perſonis Sanctiſſ. Triadis, condeſcendens captui noſtro; interdum, vt per oculos deſignet præſentiam vniuerſalem vbique, multam ſcientiam & prouidentiam; interdum per brachia, omnipotentiam, & demonſtrationes eius, aut in exequutione iuſtitiæ, aut exhibitione miſericordiæ. Quia ergo ſacra Scriptura de Deo loquitur partim modo præfato, partim apertè, audet hominem dicere, etſi verè non ſit, dicitur homo.

*Hilarius in Matth. can* 27.
*Orig in Matt. hom.* 10. 18. 19. 20. 33.
*Hieron. ep. Beatitudinis ad Damaſum, & S Mat.* 21.

Denique, quia aliquando ſe viſendum præbuit Patribus & Prophetis priſcis ſub figura & ſpecie humana, vti Adæ, Abrahæ, Danieli &c. *Tetigit me quaſi viſio hominis & confortauit me.* Aut quia hominem victum ſuo ſubiecit imperio. *Sic Cæſar dictus nonnullus ab elephanto in pugna occiſo, qui lingua Maurorum Cæſar adpellatur.* Quicquid ſit, aut qua de cauſa Deus Pater ſortiri queat nomen hominis (quamquam verè & propriè non ſit) non inquiram vlterius. Sufficit mihi Patres & Doctores ſupra nominatos dicere, eo nomine poſſe ſignari: ac præter ipſos, Sanctum Hieronymum, & ante eum Origenem & S. Hilarium dicere, quod dici poſſit homo, & paterfamilias.

2. Opinio, quæ eſt Authoris.

3. Verùm, ſalua reuerentia, quam vobis debeo & exhibere volo ob ſanctitatem veſtram & doctrinam admirandam ô Doctores, qui ponitis hunc hominem patrem prodigi Deum Patrem, ſecus mihi videtur, ac dico hunc hominem ad litteram non alium quam Ieſum Chriſtum, qui propriè & abſq; vlla metaphora hominem ſe adſtruit: quia ab incarnatione cōfitemur tanquam Catholici cum S. Ioanne cap. 1. & ſacro ſancto Concilio Nyceno, verè Spiritu Sancto operante, veſtitum corpore & animo humanis, & factum verum

*Pſal.* 88.

hominem in Sacratiſſimo virginali vtero, vti quondam præcecinit ipſius Vates, *Et homo natus eſt in ea,* virgine. Ieſus Chriſtus eſt homo, conſtans vera anima, & vera carne humana (contra Cerdonitas & Appelli-

tas hæreticos, contra Manichæos omnes blaſphemos) Ideoque dicimus ipſum dici poſſe hominē altiori modo quam homines omnes, tam quoad corpus quam animam; partibus illis geminis non vitiatis & adulteratis in ipſo per peccatum, quo ex hominibus penè pecudes efficimur. Chriſtus ipſe potiſſimus homo dici poteſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei, nempe cui hypoſtaticè vnita eſt natura diuina, quæ & vera imago Dei Patris eius.

Vt autem nuſquam veniat in controuerſiam, hunc eſſe germanum litteræ ſenſum (tametſi multi graues viri eruditione inſignes oppoſitum tenuerint) nō ſum ego huius placiti vnicus, ſed à partibus meis habeo viros non vulgaris authoritatis vna mecum ſic exponentes: In primis magnum illud Hiſpaniæ iubar Doctorem Theologum S. Vincentium, Valentia ortum, non inferiorem ſcientia quam ſanctitate vitæ. Eſt mihi alius Doctor celebris, quondam Eccleſiaſtes Apoſtolicus, & hæreſium per vniuerſam Italiam inquiſitor generalis; alius etiam, quem in plerìſque locis propono ſequi ceu Arcturum meum, & alios complures, quos ſileo, ſtantes à partibus noſtris, ſiue potius, veritatis. *Amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas.*

*D. Vinc*ēt. *ſerm. de prodigo. D. Caliſtus Placentinus 2. parte expoſit. huius para. Didacus Stella comment. in Lucam c. 15.*

Adde, nomen ἄνθρωπος in græco poſitum pro dictione *homo*, conuenire appoſitè Chriſti perſonæ. Dictio enim ἄνθρωπος, videtur ſignificare quaſi ἄνω, ξί-πωρ, id eſt, ſurſum tendens: quam ſignificationē magnus ille Budæus l. de contemptu rerum fortuitarum videtur attigiſſe; cum ait: *Ipſum cælum ſuſpicere homini natura dedit, vt nomen Græcum indicat, inſigneque diſcerniculum inter animātia.* vnde videtur ſolus hoc claro nomine dignus, qui cælum ſuſpicit & cæleſtia, maximè intellectualibus oculis. Seruator autem noſter Ieſus Chriſtus, qui nihili ſemper duxit fumos caducorum & tranſitoriorum, ab alijs pro numine habitorum, vix aliud quam aſpirabat & ſuſpirabat totus ad cæleſtia, & in fines diuinos dirigebat omnes ſuos actus humanos. *In ſupernis*, docuit Chriſtus ſublimiorem

*Frideric. Nauſea M. Pet. Dyuolle. Poſtillæ maiores totius anni. Ianſen. in Conc.* vel Patrem, *ait*, vel ſe adumbrat.

doctrinam moralem In vertice montis Thabor tranſ-figuratus eſt: ſuſpiciens in cælum inſtituit in monte
Ambr. l. 10 in Luc. c. 22. Sion in domo Zebedæi inexplicabilem & veriſſimam tranſubſtantiationem panis in corpus ſuum, & vini in ſanguinem. vt crucifigeretur tetendit ſurſum in montis faſtigium. Mori cupiens vt vitam nobis donaret
Act. 1. conſcendit crucem. Denique à ſummo montis Oliuarum tranſcendit certè altius aſcenſione ſua glorioſa. Etſi verè poſſit & Pater ætern⁹ dici ἄνθρωπος, id eſt, tendens ſurſum, quod mentem habeat erectam & attentam ad ſublimia, attamen quia dictiones illæ *tendens ſurſum*, videntur indirectè deſignare quod ad altiora poteſt tendere; & nihil detur, fingique queat, in quod tendat ſuprema Maieſtas Dei Patris, ceu ſe ſublimius: ruſus, quia Ieſus Chriſtus ſecundum humanitatem (aduertite vt loquor, ne remini forte Arianum) inferior eſt Patre; adeoque poteſt in Patrem tendere
Ioan. 14. ceu ſuperiorem ſe, qualem teſtatur, dicens: *Pater maior me eſt*: proprius & aptius Patrem æternum appellandum cenſemus ſpectatorem theatri mundi & inferiorum horum, è ſummo cælorum, ceu ſpecula, vti ce-
Pſal. 13. cinit Vates: *Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum.* Chriſtus autem, conſideratus, vt in terris agens, verus homo, & hanc parabolam proponens dicetur nobis ἄνθρωπος ſiue tendens ſurſum; homo, inquam, pater noſtri prodigi.

Si non ſint ſatis iſta vt per hominem iſtum comprobemus denotari Chriſtum, addemus aliud maioris ponderis.

4. Quæro itaque, quiſnam Ieſu Chriſti ſit ſcopus in hac parabola? An non intendit, vti diximus (neque S. Auguſtinus, S. Hieronymus, & alij omnes reluctantur) euertere calumniam & impias obiectiones Scribarum & Phariſæorum? Extra omnem aleam eſt. Cui obmurmurabant? In quem latrabant Phariſæi, in Patrem, an in Chriſtum? In Chriſtum. Ait namque Euan-
Luc. 15. geliſta: *Murmurabant Phariſæi & Scribæ.* Quare? Sequitur, *quia hic*, Ieſus, *peccatores recipit & manducat cum*

*cum illis*. Pronomen demonſtratiuum *hic*, denotat Chriſtum, cuius paulo antea meminerat Euangeliſta. Neque poſſunt quærulæ iſtæ voces ad literã, & ſecundũ propriũ vocũ ſenſum dirigi ad perſonã Patris, qui, quanquã poſſit peccatores in gratiã recipere, non poteſt tamen accedi acceſſu viſibili & corporeo, neq; cũ peccatoribus poſſet ipſe viſibiliter manducare: verũtamen acceſſus peccatorũ corporeus, vera conuiuatio iuſti cũ peccatoribus murmuris dedit Phariſæis: peccatores vero corporaliter appropinquabant ad Chriſtum, ipſeque verè manducabat & bibebat cum illis. De ipſo ergo, & propter ipſum ſuſcitatum murmur. Porrò, reſponſa inquiſitioni conueniant oportet. In iudicium vocatus, omne robur defenſiuæ vertit ad purgationem & defenſionem ſui, non alterius cui accuſator nullus, omnium cacchinis alioqui excipiendus: ſiquidem obijceretur ilicò, *De allijs interrogatus, de cepis reſpondes. Nihil ad rem* * *Iſta nihil ad carnem, neque enim hoc interrogabam*. Chriſti vera ſapientiæ diuinæ & infallibilis aduerſum altercationes & quæſtiones Phariſæorum in ſe quadratas, erat opponere virum in ſimilibus irreprehenſibilem, quem alius tunc non referebat niſi Chriſtus ipſe, irreprehenſibilis peccatorum ſuſceptione. Quoniam Phariſæi tum temporis non accuſabant Patrem, ſed vnicè & ſolummodò Chriſtum, ipſius erat remis & velis, manibus pedibuſque adlaborare in purgationem calumniæ hac parabola, & eam proferre ſuppoſitionem, quæ ſe propriè reſpiceret, ineptè Patris perſonam, tum non vocati in iudicium. Itaque ſtatuimus hominem hunc, patrem prodigi non alium litteraliter, quam Jeſum ipſum.

*Hom. Om diſſ. n.* — * *Lucianus in Philo-pſeudo.* — *Vlpianus in Pandectis l. 11 de interrogatorijs action. c. 12.* — *Horat. in arte.* Amphora cæpit, inſtitui currente rota cur vrceus exit?

4. Atat, eſtne Chriſtus pater? Speculum pellucidum & verum exemplar perfectæ virginitatis nonne censemur eum? Chriſtus non obſtante ſuo perpetuo cælibatu pater eſt; non qualis progenitores communiter liberorum, quos propria ſubſtantia gignunt, aut qui eſſe, quo gaudemus ſuo eſſe tribuerit, vel filij ipſius ſimus naturales, vti ipſe Patris æterni na-

Chriſtus vt pater. *Aug. to. 3. l. Ench. c. 39. & 40. Mag. l. 3. d. 4.*

Nec lumbrici nec capilli filij hominum, etſi nati ex eis.

I. *Ratio.*

*Grego c.* 1.*Reg.*7. 8.9.14.

*Aug to.*6. *contra Adim.c.*5.

ni naturalis eſt filius: vt enim quod ab alio naſcitur non ſemper dicitur producentis ſoboles, inquiente D. Auguſtino; ſic è contra non eſt neceſſum quotcumq; dicuntur alicuius proles ab ipſo eſſe genitas (quanquam propriè dicamus prolem, productam & genitam à viuente ſecundum eandem ſpeciem & naturam; eſtque duplicis generis, legitima, & illegitima, vti norunt Iuriſprudentes) ſed & parens dicitur, qui bonum, malumue, docet. Ac plerumque exteros dicimus eorum proles quorum videmus mores aut virtutis aut vitij referre. Sic dicuntur Abrahæ filij, qui veſtigia ipſius ſedulò ſectantur, ſignanter fidei virtutem. Sic dictio *filius* ſumitur pro imitatione ſeu diſcipulo Exodi cap. 17.21. 40. & 1. Reg. 8.

Tripliciter filiorũ nomen accipitur; ſecundũ naturam; ſecundũ doctrinę; Filij Apoſtoli, qui ab eo doctrinam acceperãt; ſecundũ imitationem. Adde ſecundum cauſam in aliquo genere cauſæ.

Deinde D. Gregorius in pſal. 101. ſcribens, filios interemptorũ appellat ſectatores & imitatores Martyrum. Et in Ezechiele, filiabus Samariæ & Sodomæ non tam ſignatur maledictæ illius gentis maledicta progenies, quam gradientes per ſemitam ſcelerum, quã calcarũt priores Samaritani & Sodomitæ. *Qui facit peccatũ ex diabolo eſt, quoniã ab initio diabolus peccat.*

Ita Dominus Iudæos quoſdam perſtringit nomine filiorum diaboli; & quaſi rationem aſſignat dum ait: Et deſideria patris veſtri perficere vultis. Alijs ſimiliter in innumeris locis per filios intelligimus ſectatores cuiuſpiam; quod vt plurimum liberi ſequantur mores vel laude vel vituperio dignos progenitorum; adeo vt ſi per omnia ipſis non fuerint ſimiles, adulterini & ſpurij dicantur. Sic Priamus Rex Neoptolemum magni Achillis Græcorum in obſidione Troiæ ducis natum, parente ferociorem ſalaci exprobrio ſuppoſitij & adulterini momordit dicens:

*Virg.* 2. *AEneid.*

*At non ille ſatum quo te mentiris Achilles*
*Talis in hoſte fuit Priamo, ſed iura fidemq;*
*Supplicis erubuit: corpuſque exangue ſepulchro*
*Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remiſit.*

*Beda, & habetur* 14.q.5. *Qui habetis.*

Venerabilis Beda quoque dicit, quemque progeniẽ cuius opera facit. *Cuius quiſque opera agit, eius & filius eſt.* Quomodo Angeli, & ſancti qui Spiritus S. gratia adſcri-

adſcripti catalogo adoptiuorum Dei, faciunt opera *Alij tribuunt*
lucis & Dei, dicuntur filij lucis, filij Dei. Ita S. Ioannes
c. 1. Euangelij. Nihil ergo inauditum, ſi Chriſtum, ſal- *Chryſoſt.*
uo ipſius æternùm cælibatu, dixerimus patrem, quod
nos facto & verbo docuerit benè viuere: *Notas mihi fe-*
*ciſti vias vitæ.*

Facilè concedent vniuerſi, nec inficiabitur quiſquã, II.
probæ vitæ omnes & Ieſu Chriſti imitatores ſedulos,
ipſius ſobolem eſſe; aſt ſi prodigum, vita peruerſum, e-
ius quoque dixero filium, quis adſtruet? Prodigum,
qui nihil minus quam Ieſu Chriſti Redemptoris no-
ſtri vitæ tenebat veſtigia? Attamen, & prodigus & alter
dicuntur filij eiuſdem parentis. Itaque dico, vt ſuper Chriſtus
his fiat ſatis cuique, non ſolum de præſenti bene pie- etiã pater
que viuentes nominari filios Dei, ſed & quos Deus prodigi.
præcognitione ſua æterna præuidit aliquando tranſi-
turos ad fidem, & ſe ſubacturos iugo præceptorum
ſuorum; etſi ad præſens, & inſtanti eodem quo dicun-
tur filij Dei, nil ſint minus, quin potius iurati hoſtes
Ieſu Chriſti. Ita S. Ioannes differens de Gentilibus tũc *Ioan. 11.*
adhuc Gentilibus, nominat filios Dei; non quia tunc
temporis, ſed quia aliquando futuri. *Ieſus moriturus*
*erat pro gente; & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei,*
*qui erant diſperſi, congregaret in vnum.* Ibi Gentiles, tũ
temporis adhuc gentilitatis tenebris obcæcati, adpel-
lantur filij Dei, quia futuri ſecundum pręcognitionem
diuinam.

Amplius, quis ignoret benè patrem, eius quem cre- III.
auit? Qui te ſuo habet ſub imperio, qui te plaſmauit,
qui te fecit, non ille pater tuus, inquit Moyſes? *Nun-* *Deut. 32.*
*quid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & cre-*
*auit te?* Lucretius: *Denique cœleſti ſumus omnes ſemine*
*oriti: Omnibus ille idem pater eſt.*

Aratus Poeta à D. Paulo relatus Act. 17. *Ipſius enim*
*& genus ſumus, à quo omnis paternitas in cœlo & in*
*terra.* Clauſula eſt heroici in Græcis.

*Si ego qui generationem alijs tribuo, ipſe ſterilis ero, di-*
*cit Dominus?*

*Qui geſtamini à meo vtero, & portamini à mea vulua.*

De Ieſu Chriſto dicitur innitio Geneſis: *In principio creauit Deus cœlum & terram*; In principio, ſecundum aliquos, id eſt, per manum & potentiam *principium & omnium rerum*, qui & Chriſtus ſecundum diuinitatē, Deus Pater fecit cęlũ & terram ex nihilo: Jta exponit Rupertus inter alios, & Magiſter ſent. l. 1. diſt. 2. Et ſi ita eſt, vt eſt, quod opera SS. Trinitatis (Theologis *ad extra*) ſint indiuiſa: id eſt, quod opera Dei vniuerſa ſint ſingulis & omnibus perſonis SS. Trinitatis, Patre non operante, niſi cooperantibus Filio & Spiritu ſancto ſimul; cum crearit Pater genus humanum, dicimus Chriſtũ, ceu perſonã ſecũdũ in ſacra Triade, nos quoque creaſſe, ſimiliter & Spiritũ ſanctũ; vti inſinuare[ ]i-detur textus hebraicus, qui, vbi habemus *Deus*, dicit *Heloym*, plurale à ſingulari *Hel*; vſurpans plurale, v oſtendat non vnicam perſonam ſanctiſſ. Trinitatis operi ſe accinxiſſe creationis noſtrũ, ſed plures, easq; tres cõcorditer. Quod Chriſtus cuncta fecerit vnâ cũ Patre teſtatur apertis verbis dicens: *Quæcumque enim Pa-*
Ioann. 5. *ter fecerit, hæc & filius ſimiliter facit.* Et S. Ioannes: *O-*
Ioan. 1. *mnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.*

IIII. Adhæc, dicitur optimè pater noſter, qui ad nos ſe habet vt pater, nos ſuſtinet, protegit; ea figura qua dicitur quis vulpes, leo, & ſathanas, aut aliquid, quod non eſt propriè, quoniam opera eorum facit.

Lactant. l. 4. inſtit. c. 3. *Pater ideò appellandus eſt, quia nobis multa & magna largitur. Dominus ideo, quia caſtigandi ac puniendi maximam habet poteſtatem*; & qui mundum vniuerſum redemit pretio ſufficienti, & ſuperabundanti, etſi non omnibus proficuo. Concludamus.

Quantũuis prodigus iſte nõ mereatur Jeſu Chriſti filij nomen ſplendidũ, eſt per creationẽ, nẽpe creatura Dei vt omnium ſanctitate magis perſpicuus. Etſi non ſit filius Dei, nec Jeſu Chriſti merito ſuo, eſt redẽptione; cui ſcilicet pars eſt in pretio paſſionis communis noſtri parentis Chriſti, haud inferior quam alteri. Eſt

quo-

quoque experimento & vſu benefactorum, alimenti, aliorumque à munifica liberalitate Dei fluentium, vt & cæteri. Eſt ergo filius Ieſu Chriſti ipſeque pater eius.

*Prodigus & frater eius quid ſignificẽt.*

Supereſt nunc comperto parente, inquirere de liberis, ſcireque quid vterque deſignet. Nulla hic difficultas: nec tamen producam meam ſententiam, quin prius eruditionem priſcorum præceptorum meorum placita commemorauero. Et vt ſtatim de prodigi patre differre opinionibus aliquos viſum eſt; ſic in diuerſa abire expoſitores deprehendo in horum filiorum ſignificatione.

*1. D. Chryſ. to 2 hom. de hac re: Hæc eadẽ homil legitur apud Hieronymum part. 3. ep. tract. 15. epiſt. 61. tit de duobus filijs frugi & luxurioſo. D. Thom. in cath. aurea. Cl Guillandus in ſerm. Angeli & Adã, dicit docendi gratia.*

Meminit S Joannes Chryſoſtomus opinionis ſatis duræ, quam referunt D. Thomas, & alius quidam neotericus, quæ habet, quod ſenior filius denotet Angelos & Archangelos, ſiue omnes militiæ cæleſtis præliatores; iunior, hominem, qui ſane in regionem abijt longinquam, quando cælo & paradiſo ſuo excidit, id eſt, quãdo patrauit peccatũ, per quod paradiſo, quẽ, ceu regionem cęleſtem incolebat, eiectus eſt. D. Ambr. circa finem comment. in hoc caput, *Adam*, inquit, *& nos in illo &c.*

Carolus Bouillus ait, *ſenſum interiorem huius parabola eſſe vt per ſeniorem intelligatur genus Angelorũ; per iuniorem ſpecies hominum concluſa eſt ſub peccato*. Qui huius ſunt opinionis contorquere conantur textus ſeriem ad innocentiam & lapſum protoplaſtorum. De hac expoſitione habes cenſuram S. Chryſoſtomi: *Hic ſenſus prius quidẽ videtur, neſcio tamen ſi verus ſit*; quia, inquit, hic iunior reuerſus domum, ſtimulatus memoria priſtinæ fœlicitatis, & parentis, inquit textus: Chriſtus è cõtra ad nos deſcẽdens vocauit ad pœnitẽtiã genus humanũ nihil minus cogitans quã reditũ. Deinde, qui ægrè ferrent Angeli immolationem vituli ſaginati, mactati in reditum peccatoris pęnitẽtis, dicente Chriſto paulò ante, gaudium eſſe angelis ſuper peccatore pœnitentiam agẽte? Ex quo patet hãc opinionẽ non facere ſatis S. Chryſoſtomo. Nõ placẽs tali, tantoq; viro, nec mihi vſq̃ placere poteſt. Itaq; inde-

finitam

II. finitam mittentes tanquam non literalem, ad ſecundam tranſeo.

Quia poſterior ad Chriſtum redijt aliquando, per adoleſcentiorem filium ſignificantur electi.

*Hier. tra. 2. pa. 2. epiſt. 15. ad Damaſ. Aug. l. 2. quæſt. Euāg. c. 23. to. 4.*

Eſtque aſſeuerantium per filios iſtos duos literaliter intelligendos populos binos diuerſos; per alterum Iudæorũ; Gẽtiliũ per alterũ, cuius aiũt iuniorẽ referre germanã effigiẽ. Quã expãſis vlnis amplectitur D. Auguſtinus; & vt apparet, S. Hieronymus, qui ad Damaſũ Papam ſcribens, proſequitur fuſe hanc expoſitionem; deinde attingit leuiter de iuſto & peccatore. Ipſe tamẽ S. Hieronymus ſcrupulum ſoluit, expoſitionem hanc dicens myſticam, vti mox dicetur. D. Auguſtini verba ſunt hæc: *Homo habens duos filios, Deus ad duos populos intelligitur, tanquam ſtirpes duas generis humani; vnam eorum, qui permanſerunt in vnius Dei cultu, aliam eorum, qui vſque ad colenda idola deſeruerunt Deum.* Et poſt: *Maior ergo filius ad cultum vnius Dei pertinet.*

Jſidorus, clarius videtur interpretari primò de miſericordia Dei in gentes. De populi gentilis adoleſcẽtia, vide Ambroſium Iſa. 3. & pſa. 118. Et Greg. ſuper 1. Reg. 15.

*S. Amb. l. 7. com. in Lucam cap. 15. Beda in hunc textũ Lucæ. Cornelius Ianſen. nõ reiicit omninò. Chry. to. 2. hom. de hac re. Gorran. ſimiliter commẽt. in Lucã.*

Etſi verò S. Ambroſius ſumat iuniorem pro peccatore, non tamen videtur reluctari dicentibus his filijs denotari gentem geminam, iuniore Gentilium, ſeniore Iudæorum, *Nec inuidemus* (ait) *ſi quis duos fratres iſtos velit referre ad populos duos, vt ſit adoleſcentior, populus ex gentibus &c.* Sequitur opinionem præceptoris & familiaris ſui S. Auguſtini venerabilis Beda, ferè iiſdem vſus verbis: *Maior*, inquit, *filius eos qui in vnius Dei permanſerunt cultura, minor eos qui vſque ad colenda idola Deum deſeruere, ſignificat.* Quos ſequuti ſunt plurimi Authores optimi, vt S. Bonauentura, Dionyſius Carthuſianus, aliique multi noſtri ſeculi. Quæ opinio non videtur mihi admittenda litteralis, & ad ſenſum in quem directè tendebat Chriſtus, ſed tropologica. vt verò dictis fides habeatur, S. Ioannes Chryſoſtimus apertè ſatis eã refutauit, dicens loco prænominato: *Annectit Dominus parabolam de duobus filiis, cõparationem, vt mihi videtur, faciens non de Iudæis transgreſ-*

*greſſoribus, neq; de gentibus perditis, ſed populi eius qui per pœnitentiam ſaluti redditur.* Reiicit pariter S. Cyrillus, dicens populum Iudaicum veraciter non potuiſſe allegare; Mandata tua nunquam tranſgreſſus ſum. Et S. Hieronymus ſcribens ad Damaſum papam dicit, interpretationem hanc omnino myſticam: *Filium iuniorem ſecundum præſentem parabolam in publicanis & peccatoribus, qui à Domino ad pœnitentiam prouocabantur, debemus accipere: ſecundum myſticos autem intellectus de futura quoque vocatione gentium prophetari.*

*Cyrillus in Cath.*

*S. Thom.*

*Ioannes maior cõmen. in Lucam.*

Idem: *Quæ parabola ſi per allegoriam eſſet diſſertio tota, hac in iſtis duobus filiis Gentilem & Iudaicum populum loquitur.*

Simon Caſſianus l.6. cap.16. de geſtis Saluatoris, in illud. *Erat autem ſenior &c Senſum ſuperiorem aut allegoricum.*

Noſtra horum ratio ea eſt, quod ſtatuamus Chriſtum appoſitè reſpondiſſe hac parabola ad calũnias Scribarum & Phariſæorum in ſe, quia peccatores & publicanos ſuſcipiebat. Nequaquam verò in peccatoribus, de quibus ipſis erat tunc ſermo intelligebant Gentiles, ſed ſuæ gentis ſceleratos, quorum publicani alij, alii notoriis criminibus infames. Etſi enim pridem Publicani dicerẽtur, qui vectigalia alioſque cenſus populi Romani certo pretio redimebant (quales ſunt hodie mancipes Principum) vti ſonat dictio Græca in textu τελῶναι; munus ſane quondam Romanis ſplendidum, & per ſolos equites Romanos adminiſtratum, vti liquet ex Cicerone, pro Cn. Plancio, tomo 2. orat. qui dicit: *Adiungam, ſi vis, id quod tu etiam huic obeſſe putas patrem publicanum qui ordo, quanto adiumento ſit, in honore quis neſcit? flos enim equitum Romanorum ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipub Publicanorum ordine continetur.* Ac quoniam *Iudæi* hoc ipſum munus adminiſtrarunt, audebimus publicanos tam humanè à Domino ſuſceptos, non fuiſſe Gentiles, ſed *Iudaicæ* gentis. Si obiicias Tertullianũ, arbitrantẽ publicanos & peccatores, cum quibus manducabat

*D. Aug. l. 2. de ciu. ca. 4. vocat exactores eos, qui gracè dicuntur τελῶναι.*

*Tert. l. de pudicitia.*

Chri-

*Hieron. p. 2. tract. 2. epiſt. 15 ad Damaſ. aliter 146* Chriſtus, fuiſſe exteros, dicente ſcriptura, quod publicani nõ eſſent futuri, id eſt eſſe non poſſent de Iſraelitico populo; ocyus in arenam deſcendens S. Hieronymus ſtat pro me, & Tertullianum refellit, dicens S. Matthæũ, è circũſione, fuiſſe publicanũ; vti etiam qui tẽplum ingreſſus cũ Phariſæo non audebat ſuſc perc; Certè haud veroſimile eſt paganũ ſe ingeſſiſſe in templũ, ea reuerẽtia; neq; Chriſtum vllatenus mãducaſſe cũ infidelibus; maxime qui id ſummopere caueret, potiſſimũ ne legẽ infringeret; & qui venerat primũ ad oues, quæ perierant domus Iſrael; vti quõdam reſpõdit *Matt. 15.* Chananeæ vrgenti ſe inſtantia precũ; addens, non ſumendum panem filiorum, vt daretur canibus. Et alibi præceptum dans diſcipulis, infit: *In viam gentium ne* *Matt. 10.* *abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.* Hinc, ſequuti D. Hieronymum inferimus contra opinionem Tertulliani, publicanos iſtos haud denotare propriè Gentiles, aſt potius quoſdam Iudæos publicani gerentes officium, ac per hos omne genus peccatorum, infidelium & Judæorum, ſignanter publicos, impudenter offendentes publicè maieſtatem Dei; quibuſdam dictos publicanos, ſequutis vti reor, etymologiam apparentem iſtius dictionis. *Publicani nonnullis dicti, quaſi publicè peccantes, & quaſi publicè exercentes artem aut quaſtum, cui peccatum non deerat. Publicanus fortè quaſi publicatus.* Adde, dictionem latinam *publiacnus*, Græcis dici ὁ τελονώνης, aut τελώνης, quæ non ſignificat ſolum ordinem publicani ſiue exactoris vectigalium, ſed nonnunquam homicidam: vt certe ſunt peccatores omnes, veri peremptores & ſicarij animarum ſuarum; iugulatores eius, quo ſolo ſumus homo. Iuxta quæ optimè per publicanos illos interpretamur ſecundariò omnigenos peccatores. Stantes ergo cum S. Hieronymo, non admittimus pro litterali hoc loco expoſitionem, quæ tenet ſeniore filio referri Judaicam gentem, prodigo gentiles, aſt pro allegorica, qua, Deo dante, tempore & loco congruis vtemur, vti & alijs.

Pri

III.

Præter ſupradictas occurrit alia dicens per ſeniorẽ intelligi ſimpliciter omnes iuſtos;& in genere peccatores omnes per adoleſcentiorem. Ita videntur ſentire S.Athanaſius, S. Cyrillus, & poſt ipſos nonnulli recentiores; cuius etiam meminit S. Hieronymus *Seniorem*, ait, *multi ſimpliciter ad omnium ſanctorum perſonã; multi propriè ad Iudæos referũt*. Quin ſanctus Hieronymus vbi fusè diduxiſſet ſeriem expoſitionis de iuſto & Iudæo, tandem exponit textum de iuſto & peccatore in genere.

*D Hier. ad Dam.*
*Ath l.qu. q. 46.*
*D. Amb. cõ in Luc.*
*Ianſen. in concor.*
*Dyõ. Car.*

Vnum faceſſit moleſtiam quondam magno illi Hieronymo, idipſum & alijs poteſt nempe: Si iuſtum refert ſenior, vt quid deſcribitur obmurmurans, & inuidens ſalutem peccatoris? Qui feruet furore & ira implacabili, eo vſque, vt miſeria fraterna, humilia patris monita, totius familiæ commune gaudium ſedare nequeant furentem paſſionis tempeſtatem? Item, qui dicatur iuſtus, eò præſumptionis & mendacij aſſurgens, vt dicat cum ſeniore, *Nunquam mandatum tuum præteriui?* Namque ſaluti inuidere alienæ, gloriari & oſtẽtare præſtitam obedientiam, tranſgredi eſt mandatum Dei. Deinde, *Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato*, inquit Salomon? *Non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum, & non peccet.* Quin S. Apoſtolus Ioannes, geminus innocentiæ archetypus, ait: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Quin, inquit Deum mendacij arguimus: *Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus Deum, & verbum eius non eſt in nobis.* In pſalm *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*, neque Apoſtoli, nec Martyres. Quid aio, homines cõceptos & quaſi piſtos cũ peccato? Altius ſcando; neq; Angeli, neq; Throni, neq; Dominationes, neq; Poteſtates, neq; virtutes cæteræ oẽs ſe ſine exceptione gloriabũtur. Nec ideo habẽdus blaſphemus effrõs hæc proferẽs de Sãctis Dei; idipſum, n. ꝑdicatur de Angelis & oraculis Iob qui aſſerit: *Sydera nõ ſunt mũda in cõſpectu eius, & cõtra Angelos ſuos þuerſum ad intellexit.* Ita eſt; vniuerſa iuſtitia Angelica & huma-

*D Ioan. Gagn. in comm.*
*Diez. t. 1. Quadr. 1.*
*Franc de Maro in ſ. Ioã Mai. comment. in Lucã.*
*Lyranus.*
Obiectiones duæ.
*Prou. 18.*
*Eccleſ. 7.*
1. *Ioan. 1.*
*Pſ. 147.*
*Iob. 25.*

na

*Iſa.64.* na compoſita ad micantem ſplendorem iuſtitiæ & perfectionis noſtri Dei, nihil minus quam iuſtitia eſt, quin potius iniuſtitia. Et vt ait quidam vates alius, Omnes noſtræ iuſtitiæ in hunc modum examinatæ, ſunt tanquam pannus menſtruatæ. Quid ergò? Nulla in cœlo, & ſub cœlo creatura iuſta? Minimè, ad hanc normam, & ſecundum hunc rigorem.

**Reſponſio ad obiectionem primam.** *Iuſtitia vitæ huius, quæ.* Verùm, deprehendimus iuſtos iuſtitia viatorum (inquiunt Theologi) ea iuſtitia ſcilicet, cuius capax eſt infirmitas & fragilitas noſtra humana; in quam inuidia & zelus cadunt nonnunquam, vti accidit huic ſeniori; ſimiliter Apoſtolis, vxore Zebedæi ſtimulata pietate in natos materna, ſupplicante humiliter coram Chriſto pro promotione charorum pignorum: Et vinitoribus, qui vbi à mane in veſperam laboraſſent & deſudaſſent, plurimum in vinea, accepto denario diurno, dicuntur murmuraſſe, (per quos S. Hieronymus *Hiero. ad Damaſ.* vult intelligi iuſtos) ac nihilominus obtinuiſſe mercedem & denarium vitæ æternæ, qui non niſi iuſtis tribuitur. Igitur tametſi liuidi, & parum animo ægri, habentur iuſti. vnde ſequitur nomen iuſti non includere omnem omninò exemptionem huiuſmodi fragilitatum humanarum, vtpote, alicuius inuidiæ, nonnullæ præſumptionis de ſeipſo, exiguæ vanæ gloriæ, aut paruiſ licuius mendacij. Neque iuſtus ſepties in die cadens, iuſti nomen amittit. Sic exiguus liuor ſenioris in pro- *Prou.24.* digum, non impedit quo minus hic ſenior deſignet omnis generis iuſtos.

**Reſponſio ad ſecundam.** II. Quantum ad mendacium, cuius veriſimiliter notari poteſt ſenior filius, quia dixit intrepidè, à ſe nunquam præuaricatum præceptum patris; nimium emungitur hoc pacto veritas; plus æquo delibatur ille. Deinde ſecundum rigorem, poteſt haud procul à vero defendi; audeam libenter omninò non mentitum demonſtrare euidenter. Poteſt ſiquidem dici loquutus hyperbolicè; quo dicendi genere tranſcendimus veritatem, abſque mendacio tamen, quod non adſit fallendi animus, omnino requiſitus ad completum mendacium ſecundum D. Auguſtinum. Nec enim intendimus fi-

dem

dem adhiberi nobis prout littera ſonat, ſed vt ſe res habet, vt ſit ſcilicet valde magna, vel valde parua; multũ frequẽs, multũ rara; atra, candida, aut aliter. vt ſi dicamus eſſe immẽſã, pro prægrãdi; nihil eſſe, ꝓ exigua, ſẽper, ꝓ ſæpè; niue cãdidiore, pro multũ cãdida; carbone atriorem, pro valde nigra. Quod dicendi genus venuſtum eſt & perelegans, nedum profanis ſcriptoribus vſitatum ; nedum Poetis, liberioribus in ſimilibus, ſed & oratoribus, quin interdum * ſacræ ſcripturæ. Exempla. Dicente Deo Abraham multiplicatum iri ſemen eius ſicut ſydera, & arenæ in littore maris, quis neſciat ibi exprimi poſterorum eius numeroſam ſobolem? *Faciam ſemen tuum ſicut puluerem terræ: ſi quis poteſt numerare puluerem terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit.* Eodem artificio vtitur S. Ioannes Euangelij ſui capite vltimo, dicens mundum non poſſe capere vniuerſum libros conſcribendos, ſi omnia Chriſti ſigna, miracula, præclara geſta eſſent per ordinem recenſenda; hyperbolicè indicans ingentem numerum miraculorum & ſublimium operum, multitudinem apophtegmatum & dictorum memorabilium Redemptoris, vti exponit S. Cyrillus, tametſi alij aliter interpretari ſint conati: *Auguſtinus* tractatu 124. ad animorum humanorum capacitatem refert. Hieron. Matth. 21. ad incredulitatem ſeu infidelitatẽ. Similis quoque figura habetur Ioannis 12. *Ecce mundus totus poſt eum abit;* vbi diſſerit vt tabeſcerent liuore & inuidia animi Phariſæorum, cernentium numeroſitatem populi ſequentis Chriſtum, ſignanter poſt reſuſcitationem Lazari fratris Marthæ & Mariæ. De quo dicendi genere ſcribens Doctor litteralis, dicit frequenter loquutiones iſtas ſimiles vulgaribus his: Mundus totus ad forum cõfluit. Nemo erat in templo. Vniuerſa ciuitas currit ad ſpectaculum. Nullus adfuit, id eſt pauci, iuxta vulgatum placitum Philoſophorum, aiẽtium, quod parum eſt reputari pro nihilo; & quod rarò fit, fieri nunquam.

*Vide Au. epiſt. 59. ad Paulinũ, tõ. 2.

*Gen. 13.*

*Cyril. l. 12. cap. 68.*

*Ioan. 12.*

D. Hieronymus tomo 3. epiſt. ad Damaſ. de Prodigo: *Canon eſt ſcripturarum, Omnia non ad totum referẽda*

*da eſſe, ſed ad partẽ maximã, vt ibi, oẽs declinauerũt &c.*
Si igitur hæ loquutiones (vti iã diximus) reperiantur
in ſcripturis ſacris, & hic igitur ſequamur canonem i-
ſtum (vti veriſimiliter ſequendus eſt) dicemus meritò
ſeniorem filium non mentitum, dicendo, ſe nunquam
deuiaſſe à mandato paterno. Siquidem hoc modo hy-
perbolico non intendit ſuadere ad rigorem ſermonis,
ſe nunquam deliquiſſe; ſed raro; aut noxulas tã tenues
& veniales perpetraſſe, vt non mereantur recenſeri.

Satis ferè diſputatum ad demonſtrandũ ſenioris fi-
lij dictum mendacio vacare, nihilq; obſtare quin mo-
raliter quemque iuſtum referat; verum vt planum fiat
huius opinionis fautores egregijs argumẽtis inductos
hanc expoſitionem adduxiſſe, in gratiam venerandæ
antiquitatis alias elegantes binas rationes ſuperad-
II. demus.

*Matth. 9.* Prior. Dicimus quempiam iuſtũ (tametſi peccatis
vuidum liuidumq;) quia iuſtus ſolùm opinione homi-
nũ. Hanc dicendi formam vſurpãs aliquando Redem-
ptor, dicebat: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Id-
*Hier to. 5. in 28. c. Ierem.* que ad morẽ ſcripturæ ſacræ tribuentis frequẽter qui-
buſdã rebus nomina, non quod tales ſint vt nomẽ fert
*Idem to. 9 l. 2. comm. in c. 14. Matth. in illud,* Cõtriſtatus eſt Rex &c. proprié, ſed quia quondam tales habitæ, aut habentur
adhuc vulgo, quo tempore res agerentur quas recen-
ſet hiſtoria ſacra. Non profero ſomnia aut commenta
mea propria, ſed placitũ magni illius S. Hieronymi
ſcribẽtis in Ieremiam: *Mos eſt ſcripturæ multa dicere iux-
ta opinionem illius temporis, quo geſta referuntur, nõ autẽ
iuxta id, quod rei veritas continebat. Conſuetudinis ſcrip-
turarum eſt, vt opinionem multorum ſic narret hiſtoricus,
*3. Reg. 18.* quomodo eo tempore ab omnibus credebatur.* Libris Re-
*Ad Tit. 1.* gum, nonne miniſtri Baal dicũtur Prophetæ, nihil mi-
Dixit quidam ex illis proprius ipſorũ Propheta; loquẽs de Epimenide. nus quã Prophetã redolentes? Quorſum tam illuſtri
nomine donat eos ſcriptura? Solummodò quia tales
vulgi opinione. Ezechieli dicitur: *Vaticinare ad Pro-
phetas Iſrael &c.* Vbi congeries pſeudoprophetarũ di-
cuntur prophetæ, ex opinione, quã cõceperat populus
de illis. Sic Ieremias præmonẽs ſuos, ne ab iſtius farinę
Prophetis demulcerẽtur, ait: *Non vos ſeducãt Prophetæ
veſtri.*

*veſtri*, Neque in ſolis teſtamẽti veteris libris, ſed & in noui crebrò occurrit huiuſmodi loquutio. Habemus .n. ex S. Matthæo ſydera è cælo caſura; neque tamen cadere verè, Quid ergo? Superſeminata ſunt zizania agris ſcripturarum ſacrarum? Abſit. Dicuntur caſura, quia videbuntur hominibus cadere. Et ne ſuper his in longum abeat oratio, illuſtre exemplum præ cæteris faciet nobis ſatis. In S. Luca poſt prædictiones & vaticinia iuſti Simeonis dicuntur pater & mater Ieſu mirati ſuper his, quæ dicebantur de illo. Vt quid Ioſeph ibi dicitur Ieſu pater? Solum, quia opinione hominũ, non autẽ verè; nã præter ſuſtentationem, nil aliud contulit; vti, egregiè docet D. Hieron. ſcribens in maledictũ illum blaſphemũ, & corroſorem vnicum Dominæ meæ. Virginis & matris mei Saluatoris *Contriſtatus eſt Rex: propter iuſiurandum autem, & eos qui pariter recumbebant; iuſſit dari. Dicit hoc dici, non quia verè contriſtabatur, cum potius gauderet, ſed quia hoc diſcumbentes opinabantur. In reſurrectione Chriſti dicuntur aſtitiſſe duo viri, qui tamen erant Angeli. Placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Nos ſtulti propter Chriſtum.* Refert igitur hic ſenior iuſtos, non ſecundum veritatem, ſed ſola hominum opinione iuſtos, poteſt reſponderi.

*Matt.* 24. *Luca* 2. *D. Hier. ſ.* 9. *l.* 2. *cõm. in* 14. *c. Matt. ait,* Ioſeph vocatum patrem Ieſu etiam à Maria per hanc regulam. *Matt.* 14. *Hier. to.* 2. *commen.* *Luca* 24. 1. *Cor.* 1. 1. *Cor.* 4.

Deinde, eadem ſcriptura diuina quandoque tribuit nomina rerum verè talium, alijs ſolam verarum ſimilitudinem habentibus, *In multis ſacra ſcripturæ locis, imaginatis rebus verarum rerum nomina tribuuntur*, inſit S. Auguſtinus. Serpens æneus, Ieſu Chriſti figura, dicitur ſerpens, ob ſimilitudinem quam habebat cum vero ſerpente. Jmagines aureæ binæ, quas Dominus præcepit Moyſi collocari in lateribus propitiatorij, vt pennis ſuis contegerent illud, dicuntur Cherubim, ob ſimilitudinem Cherubim quam referebant. Similiter, in ſtructura templi Salomonis, multis tribuuntur nomina rerum, quarum ipſis apparentia ſola; vt reticula, mala punica. Ac dæmon laruatus ſub corpore phantaſtico ſimili Samueli, & vaticinans ſimulatus Samuelem dicitur Samuel; non quod verè, ſed quia habitum vultumque referebat, & Samue-

*Aug. to.* 3. *l.* 2. 2. *de mira. ſa. ſcript.* *Num.* 21. *Exod.* 25. 3. *Reg.* 7. 1. *Reg.* 28. *Augu.* 5.

lis verba effaretur. Ita ſentit D. Auguſtinus, tametſi nõ
1. *Reg.* 6. ignorem alios tenere contrarium. Quinq; mures aurei cum totidem anis aureis, appenſæ lateri arcæ Domini per Philiſthæos in capſula, cum remittenda eſſet conſilio Satraparum in caſtra Jſrael, dicuntur mures, erant tamen murium & anorum figuræ & ſimilitudines. An non conſtat dari Nerones ſcitè ſimulantes humanitatem & grauitatem, vt facilè latrones dicas; & tanto artificio hypocriſis perſonam diſſimulare, vt qui nummum non norit, non rarò æreum hunc auro obductum pro auro optimo accipiat, probatæque vitæ viros prædicet, quia ipſis ſimiles? An de huiuſmodi iuſtis intẽdant ſermonem, qui per hunc ſeniorẽ, probũ, inculpatumq; haberi volẽtem deſignari volunt iuſtos, quis ſciat? *Nunquã mandatũ tuũ præterivi*; *nunquam, nunquã.* Si hoc modo ſumãt, poteſt cõcedi aliqualiter.

III. Præterea, frequens eſt ſcripturis, aliqua ſignare nominibus quæ ipſis non cõueniunt, quia talia in præſenti, aſt quia quondam verè talia. Ita Adam mundi in primordio adpellauit vxorem ſuam, *Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea.* Sic ſacroſanctum Chriſti
*Gen.* 3. corpus ſub ſpecieb. panis occultatũ, quia paulò ante verba cõſecrationis meerus panis erat, poſt verã & ineffabilẽ tranſubſtantiationem factam dicitur interdũ panis, non quod ſit amplius, ſed quia fuit panis. Jn actis Apoſtolorũ dicuntur nouelli Chriſtiani perſeue-
*Act.* 2. raſſe in oratione, in doctrina Apoſtolorum, in cõmunione fractionis panis, quo communiter & Catholicè interpretamur ſignificari manducationẽ realẽ corporis Ieſu Chriſti. Eodẽ modo, eademq; ratione S. Paulus
1. *Cor.* 10. ſcribens Corinthijs, auguſtiſſimum hoc ſacramentum
*In illud* 1. *Cor.* 10. *Panis quẽ frangimus.* vocat panẽ, vti demonſtrat Doctor quidam Pariſienſis in ſua Panoplia Catholicorum. Sic Simoni Phariſæo (in cuius ædibus Maria Magdalenæ quondã perdita & diſſoluta valefecit nuperis ſuis vanitatibus mũdanis, educẽs ab oculis, ſagittarijs & pridẽ amorũ venatoribus torrentes lachrymarum; & propericulo abſtergendis pedibus aſſumens galericulum auratum, quo hactenus ceu reticulis & laqueis amaſiorum ſuorum

rum

tum animos intricabat;& pigmenta cõmutans in vnguẽta Redemptori)tãetſi a lepra mũdato,adhæſit nomen leproſi:Et Chriſtus dudũ depoſitus de cruce,imò regnans in dextera Patris,dicitur crucifixus, quod ſonat,quaſi cruci affixus clauis, non quod ſit adhuc,ſed quia fuit aliquando. Quid vltra proferã?Chriſtus dominus noſter agens cũ diſcipulis ad ſemiſſis à Ioanne *Matt.* II. prodromo ſuo in vincula coniecto,ait:Ite & renuntiato Ioanni: Cæci vident,claudi ambulãt,leproſi mundantur,ſurdi audiunt,muti loquuntur:Si cæci; quì vident?Si claudi;quomodo ambulant?Si leproſi qua ratione mundi?Si ſurdi;quì audiunt?Si muti;vt loquuntur? Nihilominus veritas dicit claudos, & ambulare; ſurdos , & audire . Dicuntur itaque,tales,non quia tales,ſed quia quondam tales. Concludendo dicamus hunc ſeniorem ſignificare iuſtos poſſe tolerari, ſi per iuſtos accipiantur apparẽter tales, aut qui quõdam fuerunt iuſti. Parum certè abeſt quin manibus pedibuſque eam in hanc opinionem, ceu litteralem admittendo.

In ſenſo diuiſo nõ in ſenſu cõpoſito.

IIII.

Cæterùm,ne huc illuc vacillet quiſpiam, confertis tot paragraphis,congeſtiſque opinionibus varijs à diuerſis Doctoribus desũptis;paucis habetote placitũ& iudiciũ meũ,quod ſubmitto humiliter ac lubẽs pedibus Eccleſiæ Romanæ, & cenſuræ perſpicatiorum. Dico per ſeniorem primariò & propriè ſumi Phariſæorũ murmurantium conuentum,quia benignè peccatores & publicanos recipiebat Dominus;per adoleſcẽtiorem prodigũ,publicanos illos,& peccatores illos, quorum gratia ſcommatibus & cauillis impetebatur Dominus.

Adhæc,indirectè ſiue moraliter , ſenior referens Phariſęos,denotat oẽs iuſtos quali quali iuſtitia,*a* ſibi & cæteris præter ſanctitatem ſuam nil aliud ſpirantes. *b*.Aut tepidos,non vrgentes gradum de virtute in virtutem,quod eſt retrocedere,ex ſententia D.Bernardi:*c* aut peccatorem non publicum. Adoleſcentior verò gerit figuram peccatoris verè pœnitentis , qui corde contritio & humiliato pectus tundit,totus ſoluitur in lachry-

a. *Gloſſa interlin.* b. *Ioannes Maior.* c. *Albert. Mag. in Lucam. D. Bern. Sen nſis,*

per iuniorem *ait*, ſignificaſi pœnitentem.

*Didacus Stella in Lucam.*

*Amb. l. 7. com in c. 15. Lucæ.*

*Chryſ. to. 2. hom. de prodigo.*

*Eraſmi in paraphraſi Luc.*

lachrymas, & ex peccatore publico, conuerſionem ſuam comprobat, vti alias Magdalena, Matthæus, Zachæus, Paulus, & alij innumeri. Quæ acceptio & expoſitio noſtra, mihi videtur omnino probata & ſtabilita; diximus enim ſupra Chriſtum ad rem reſpondiſſe; intendendo perſtringere Phariſæos obmurmurantes, & tueri partes Publicanorum & peccatorum, quorum gratia calumniæ iſtæ aſſurrexerant. Pro hac ſententia mihi Arcturus erit, Ordinis noſtri fulgens Stella, quē hoc loco ceu fidum ducem ſequar, donec potior Phæbus alius ducatum præbeat tutiorem. Quod autem ſenſus moralis, quem obiter notaui, non ſit adulterinus, dudum determinatum eſt à S. Ambroſio, ſumente iuniorem pro peccatore; ſimiliter D. Chryſoſtomo, loco ſupra citato, & alijs ſequutis tertiam opinionem; ſanè non vulgaris authoritatis, & paucis numero. Hęc eſt ſententia quam tenebo in decurſu noſtrarum concionum; nihilominus memor ſubinde aliarum opinionū, eas haud obſcurè attingēdo; vt hinc liqueat nō omninò a nobis deſpici, aſt potius amplecti & ſuſcipi, aut vt allegoricas, aut morales, aut aliter, iuxta aliquem ex quatuor modis interpretandi ſcripturas.

V. Nec omittam, Deo fauēte, quin obiter meminerim eorum quæ inſignis ille Doctor Alphonſus à Caſtro, caſtrum profectò & propugnaculum inuincibile, ſtās fortiter aduerſus hæreticos, habet, l. 1. iuſtæ punitionis hæreticorum cap. 21. nimirum res prodigi aptius & rationabilius intelligi de hæreticis, nō obſtante quod communiter exponantur de peccatoribus, ea ratione quod ſoli hæretici dicantur propriè egreſſi domo paterna, quæ eſt Eccleſia Catholica.

Nunc miſſo fuſiori ſermone, meminerimus, quod etſi Pater æternus dicatur homo, vtique ipſa humanitas, bonitas, manſuetudo; totus ſocialis, & conſortium noſtrum deperiens; cuius, tanquam hominis meminit ſcriptura, à ſimilitudine quam ad inuicem habemus; amore in nos quaſi totus transformatus & mutatus in noſtram naturam; attamē ipſum non refert homo pater prodigi; aſt propriè Jeſum Chriſtum (qui & ab omni

ni tempore Deus verus, & ſimul homo ab incarnatione ſua veriſſima:) cuius actus oẽs ſurſum tendebant, iuxta nominis ſui græci ἄνθρωπος etymon; qui verè parens noſter, ſi nunc promptè, aut in hac vita poſt hac teneamus eius veſtigia; verè parens, qui creauit nos, qui regit, qui protegit, qui magno pretio redemptos in libertatem aſſeruit. Deinde, nõ excidat memoria, ſeniore filio repræſentari Scribas & Phariſæos murmuratores: prodigo, publicanos & peccatores ad Jeſum accedentes, ac per hos, peccatores omnes alios pœnitentes. Neque ſit ſatis, Auditores, noſſe bonitatem multam Dei, vt ſit acceſſu facilis, minimè: quin, ceu legitima ſoboles conemur eum imitari, adlaborando vt digni habeamur nomine, quo inſigniti ſumus: ſit nobis humanitas, bonitas, concordia mutua cũ proximis. Quoniã verò plaſmati ſumus ad imaginẽ Dei: ne à prototypo deficiamus, ſtudeamus quæſo, ſtudeamus ipſi perſimiles eſſe perfectione, contendamuſque vt non amet (vti aiunt) abſque redamante; ex quo feruore & æſtu flammarum amoris ſui caſti in nos, penitus ſit transformatus in hominem. Non ſe exhibeat anima noſtra (quam tametſi ſpurcitia ſcelerum ſuorũ deformem, haud amare dedignatur) immitem, ipſi rebellem, quin pijs ſanctiſque ſuis deſiderijs per eam liceat ipſi potiri, iugo diuinorum mandatorum ſuorum ſubiectione. Adhæc, credentes firmiter Jeſum Chriſtũ, verum Deum & hominem, tẽdamus cum ipſo ſurſum, vti nomen corporis noſtri conſtitutio nos inuitans: nihil ſapiamus terrenum, ſed mente habitantes in cœlis, agnoſcamus optimum parentem noſtrum & creatorem, rectorem ſummum, defenſorem & authorem noſtræ libertatis. Oremus eum, vt gratia ſua auertat, ne de numero Phariſæorum obmurmurantium, & larua falſæ ſanctitatis, quæ ſane duplex iniquitas ſimulatorum ſimus, aſt potius de conſortio publicanorum & peccatorum verè pœnitentium. Amen.

*Plato aiebat* eſſe extremæ iniuſtitię, velle videri iuſtũ eũ, qui talis nõ ſit. *Plut. to. 3. mor. tract. de malignitate Herodoti, initio.*

Simulata ſanctitas, duplex eſt iniquitas.

# CONCIO QVARTA.

*Vulgata.* 2. 12 *Et dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit.*

*Græca.* 12. καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν, τῷ πατρί: πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.

*Syriaca.* 2. 12. *Et dixit ei filius eius minor natu: Pater mi, da mihi partem quæ mihi contingit ex domo tua.*

## ARGVMENTVM.

*1. Vt anxium ſit matrimonium. 2. Aetates infantiæ, virilitatis, ſenectutis, iuuentutis, quid? 3 de dictione adoleſcentis. 4. Cuius ætatis probabiliter erat prodigus. 5. Cur expreſſe non exprimitur. 6. inuectio & admonitio ad adoleſcentes ſuper obſequio in parentes. 7. vt nomina* νεώτερος, *iuuenis, nouus, adoleſcens conueniant peccatoribus. 6. Breuis diſcurſus de ſenectute.*

IMmorati diutius huc vſq;, Auditores, diſquiſitioni parentis, & duorum filiorum; ac inuento (vti arbitramur) quid intendat Redemptor per hunc parentem cum filijs, vlterius nunc pergendum eſt, atq; aggredienda geſta, pręclaraque facinora miſeri illius martyris dæmoniorum, infelicis, inquam, prodigi. Primum itaque diſpiciamus, quo nomine inſigniatur à Domino; deinde, quidnam à patre petat: poſtea, ſi tẽpus tulerit, monſtrabitur, vt idem nomen peccatoribus omnibus in genere, & ſpecialiter publicanis & peccatoribus acedẽtibus ad Chriſtum, tribuatur. Diſcurſus ſane hic vtilis erit, cuiuſuis ætatis, ordinis, ſtatus hominib.

iuuen-

iuuentuti, vt cernens ceu in ſpeculo pellucido impreſſam & exaratam præſumptionem non ſufferendam, audaciam effuſam, verba impudentiæ, quibus plus æquò abundat potior adoleſcentum pars, faſtidiat, caueatque ſedulò ab huiuſmodi ſenectuti, ne demulceatur aut terreatur ſimilibus neuijs, aut mellitis, aut armatis, quibus fortè vſus hic adoleſcens, patrem vt demulceret, & emungeret loculos: deinde omnibus ordinibus; nec enim vlla hominum conditio, vllus ſtatus, vllus honor, vlla dignitas quamuis ſplendida & celebris excludetur à nomine peccatoris, dicēte ſcriptura: *Non eſt homo, qui non peccet*. Videtur hæc concio (qua peccatoris adoleſcentia, & inſipientia exhibebitur) digna quæ audiatur ab omnibus attentè; vt qui de ſtultorum numero eſſe noluerit, conetur primum peccatorum excedere conuentu. Ac vtinam daretur ſic eam exprimere, & ad viuum efformare, vt atroces illi peccatores, qui citatim (quia inſipientiam & amētiam quæ comitatur peccatores non norunt) currunt laxatis habenis poſt ſcelera, recenſitis ineptia & furore eorum ipſis ſpectantibus, è fæcibus peccatorum ſe ſubducerent. vt autem omnia fiant, quomodo expedire iudicat Deus, augmento honoris ſui, & ſaluti animarum noſtrarum, inuocemus gratiam Spiritus Sancti, dicendo, AVE MARIA. *3. Reg. 8. Eccleſ. 7.*

1. Socrates Philoſophus Apollinis oraculo ſolus è tota Græcia habitus ſapiens, quærente adoleſcente & conſulente num vxorem duceret, an verò à coniugio penitus abſtineret, ſapienter reſpondit, quod delecto alterutro pæniteret. Namque, ſi vxorem non duxeris, infit, ſolitarium viues perpetuò; & poſt multos exantlatos labores, ignotus & externus hęres gaudebit à te partis. Rurſus, ſi iſta declinare ratus coniugium ineas, ſollicitudo iugis diſcruciabit miſerum; oblongum ſtamen litium & quærelarum domeſticarum moleſtiam afferet; accedent dotis exprobrationes; aſpectus ſiniſtri & tranſuerſi affinium, dolore te diſrumpent; lingua dicax ſocrus tibi aures vellicabit; exploratores thori alieni; incertitudo quoque futurorum mo- *Val. Max. l. 2. cap. 7.* *Diogenes aiebat: ſi ſenex, ſerius eſt, ſi iuuenis, nondum. Vide Laert l. 6. vitæ.*

**Sine coniugio ſolitudo: in coniugio, ſolicitudo.**

morum, bonorum vel malorum liberorum, te affligent. Reſponſum, ſanè, Auditores, Philoſopho dignũ; cuius veritatem & coniugati & non coniugati experiuntur quotidie; coniugati præcipuè, quorum ſæpenumerò cruciatus & tormenta ſunt incerta exſpectatio morum, & ratio viuendi proliũ; ac plerumque vita ipſa iam penitus deprauata; vt frequenter audiamus quærendo repetentes crebrò ſententiam Euripidis Poetæ: Incognitum bonum non ſuſcepiſſe proles; & non pænitere ſuſceptarũ. Quin pænitudo illa aliquãdo Dei viſcera pulſauit, paulò poſt mundi primordia; vbi oẽs à minori ad maximũ demerſi eſſent cæno neſcio cuius nefandæ, abominandęq; libidinis; ipſomet Deo teſtante hanc ſuam pænitudinem: *Delebo hominẽ*

*Gen. 6.*

*quem creaui à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli; pænitet enim me feciſſe eos.* Ita miſer afflictuſque parens perſentiſcit quod proles ſuſcepiſſe ſit cruciatus iugis, tormentum atrox, & crux grauiſſima; maximè ſi quæ exhibeant ſpecimina malę vitæ futuræ, vti hic prodigus noſter. De quo vt pertinens ſit ſermo noſter, enucleemus primum nomen, *adoleſcentior*, quo à Domino donatur, iuxta à nobis promiſſorum ſeriem.

2. Haud me fugit infantiam, adoleſcentiam, iuuentutem, ætatem virilem & perfectam, ſenectutem, ſimpliciter conſideratas, nec laudabiles, nec vituperabiles, quod non pendeant à libertate noſtri arbitrij, aſt purè à ſola voluntate & dono Dei. Nam quod ſimus infantes, adoleſcentes, viri, ſenes, non eſt in noſtra poſitum poteſtate: nihilominus extra omnem aleam eſt per ætates hominis virtutes & vitia plerumq; denotari; vt per infantiam interdum innocentia, vti

**Ætatibus quandoq; ſignantur vitia & virtutes.**

*Pſal.* 104.

quodam pſalmo: *Memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerum ſuum.* Alius interpres ponit pro puero, *cultorem ſuum*: Interdum defectus prudentiæ, vt hîc: *Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes manè comedunt.* Et in Iſaia: *Puer centum annorum morietur.* Et alibi: *Dabo pueros principes eorum, & effæminati dominabuntur eis.* Aliter, *Et infantes &*

*Eccleſ.* 10. *Iſa.* 65. *Iſa.* 3.

par-

*paruuli imperitabunt eis.* Super quibus ait S. Joannes Chryſoſtomus, nullatenus exiſtimandum à Vate ſimpliciter deſpici infantiam & pueritiam hominis, ſed indirectè oſtendere nititur inſipientiam & ſtoliditatem Rectorum. *Per pueros*, ait, *vel adoleſcentulos præſenti loco non eſt intelligendus eam ætatulam ſubijcere vlli calumniæ ſimpliciter; ſed ex redundanti oſtendit principum amentiam.*

*D. Chryſ. ad c. 3. Iſa.*

Viri nomine, ſignificamus quandoque robur, magnanimitatem, impauidum cor cuiuſpiam potius quam ætatem aut ſexum; quod magnanimitas & cordis generoſitas propria ſit pertingenti ad ætatem virilem; cuius nomen latinè ſonat fortem, robuſtum, ſtrenuum, generoſum. *Vir, à vi, vnde & virtus,* quæ propriè robur & præſtantiam rei ſignificat, originem ducit. Sic hortantes & incitantes quempiam, vt rei arduæ ſummam manum imponat, *Oſtende te virum. Viriliter age.* dicimus; Ac ſi dicamus: Cæptis inſta fortiter; Age vt virum, & virum ſtrenuum decet. Quæ ſignificatio vſurpatur tam ſacris quam prophanis ſcriptoribus.

Vir ſignat aliquando magnanimitatem potius quam ætatē aut ſexum.

*Lactant. l. de opificio Dei c. 12.*

*Exurgite aliquando ſi viri eſtis, & arma capeſſite.*

*Q. Curtius de rebus Alex.*

*Cinite arma viris, & cedite ferro.*

*Virg 9. AEneid.*

Sic libro primo Regum magnus ille Goliath prouocans è caſtris Hebræorum quempiam ad ſingulare, clamabat: *Eligite ex vobis virū, & deſcendat adſingulare certamen*; id eſt, armis, animo, robore præſtantem *Confortare, & eſto vir*, ait Dauid moriturus ad Salomonem. Quotquot ſtudioſè viuunt, fortiter vitia omnia ſuperando, dicuntur in ſacra ſcriptura viri; vt vir Annæ matris Samuelis, Iob Propheta, Redemptor quoque noſter.

*1. Reg. 17.*
*3. Reg. 2.*

*Fuit vir vnus de Ramatha in Sophim de monte Ephraim. & nomen eius Elcana &c.* — *1. Reg. 1.*

*Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum & recedens à malo.* — *Iob. 1.*

*Femina circūdabit virū.* Rurſus Latini puſillanimes, ignauos, diſſolutos moribus dicūt effeminatos, molles, ſemiuiros; vti ſupra Iſaias adpellat principes permiſſi — *Ierem. 31.*

missi à Deo regere populum Jeroſolymitanum, tametſi ineptos & inhabiles, mulieres & effeminatos.

Mulieris nomē pro ignauia

Iſa. 3. *Mulieres dominatæ ſunt eis.*

Iſa. 3. *Effæminati dominabuntur eis.*

Virgilius mulieres, ſeu ſemiuiros nominat, quos vult ignauiæ notatos; vti & nos aliquando,

In tragædia noſtra edita anno 1589.

Iarbas loquens de AEnea & comitibus: *Et tunc ille Paris cum ſemiuiro & comitatu.*

*Virg. 4. AEneid.*

*O veræ Phrygiæ; neque enim Phryges* &c.

*Idem 9. AEneid.*

Numani Remuli verba ſunt in Troianos.

Per ſenectutem ſimiliter accipimus aliquando prudentiam, & maturum iudicium, vt quando iubetur Moyſes eligere de populo ſeniores quos noſſet, qui imperij ſui importabile iugum leuarent. Aut ſecundum S. Gregorium commentantem locum iſtum, ſumuntur ibi ſeniores pro litteratis, & animo ſedatis viris; quæ ſedatio communiter ſenectutem comitatur.

Senectus pro prudentia.

Iuuentus pro imprudētia.

3. Pari modo, per adoleſcentiam, & iuuentutem, modò vnum, modò aliud interpretari conceditur: aliquando inconſtantiam, alias imprudentiam, alias effuſam cordis elationem, aliaque id genus, potius redolentia vitium quam virtutem; etſi non ſemper. Noſtra verò vulgata editio prodigum noſtrum dicit *adoleſcentiorem*; translatio Syriaca, *minorem natu*, textus Græcus νεώτερος, quod ſignificat, iuuenem, nouum, natu minorem. Atque dictio *adoleſcens*, ſignificat, pueritia excedentem, à duodecimo ætatis anno, ad viceſimum primum vſque, iuxta quoſdam. Albertus Magnus putat, à quarto decimo; doctiſſimus Varro, à quinto decimo, ad triceſimum propriè. Aulus Gellius l. 10. Attic. noctium c 28. *Tubero in hiſtoriarum* 1. *Seruium Tullium Regem Rom. pueros exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: atque inde ab anno decimo ſeptimo ad annum quadrageſimum ſextum iuniores, ſupra eum ſeniores appellaſſe.* Vide de diſcrimine ætatum in Iulio Polluce libro 2.

νέος, *poſitiuus.*

Philo libro de mundi opificio ex Hypocrate, adoleſcentem ait, dici à ſecundo ſeptennio, vſque ad bar-

bæ hirſutiem ad annum ter ſeptimum. Dico (propriè)
nomen etenim adoleſcentiæ nonnunquam ſumitur
pro omni ætate hominis ab ortu, ad virilem ætatem;
quin pro omni ætate & tempore, quo quis vegeto &
robuſto corpore perdurat Dicente Deo, ſenſus & co-
gitatio hominis prona ſunt ad malum ab adoleſcen-
tia ſua, haud arbitrer nomen adoleſcentiæ ſumi pro
ætate duodecim, aut quatuordecim, aut quindecim
annorum, ad trigeſimum; atque ætate iſta initium ſu-
mere hominis malitiam; aſt putem ſignificari quo-
que, & forte magis primum momentum, inſtans pri-
mum ortus hominis in vtero & ex vtero materno. *Sen-*
*ſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab* Gen. 8.
*adoleſcentia ſua.* Similiter dicente Ieremia, bonum eſ-
ſe viro cum portauerit iugum Domini ab adoleſcentia
ſua; aut alijs in locis mentionem faciente ſcriptura a-
doleſcentiæ, non arbitrer accipiendam rigidè vt ſu-
pra, ſed potius vt loquuntur Latini, *Ab incunabulis, à*
*teneris annis, à prima ætate* &c. aut donec homo vege-
to eſt corpore, peccatis ſuis de more incumbere po-
tens; ac ſi diceret Propheta: Profectò fertur iugum
Domini, amplexatum miſſo peccato, antequam i-
pſum præ corporis infirmitate, aut alio quouis impe-
dimento miſſum faciat hominem.

4. Mirabitur forte retuſior aliquis, cur Chriſtus
certum annorum numerum non exprimat in parabo-
la, ne vllatenus dubitaretur de ætate perditi adoleſ-
centis. verum obſeruanti loquutionum genus, & ſe-
quentem textum, perſpicuum ſtatim fiet cuiuſnam eſ-
ſet ætatis, tametſi parum aut nihil id conducat. vt ve-
rò curioſis fiat ſatis, proferemus pauca. Supra diximus 1.
Græcis dictum νεώτερος Latinis, *adoleſcentiorem*; vtriſ-
que ſumentibus comparatiuum, qui Latinis interdum
ſignificat *quaſi, aliqualiter, aliquantulum*, ex ſententia
quorundam. vt quandò abſolutè dicunt *iunior, ſenior,*
idem eſt ac ſi dicant, parum, aut aliquantiſper ſe-
nex, vel iuuenis; *triſtior*, aliquantiſper triſtis.

Commentator Hecyræ in prologum, in illud *Ado-*
*leſcentior: Hæc comparatio*, inquit, *minus à poſitiuo ſo-*

*nat,*

*nat, & vim diminutiuam exprimit, vt:*

*Iam ſenior, ſed cruda Deo, viridiſq; ſenectus.*

Virgilius AEneid. 1. *Triſtior, & lachrymis oculos ſuf-ſuſa nitentes.*

Quam opinionem ſi probauerimus veram, dicetur quod νεώτερος, & *adoleſcentior*, idē ſint, ac ſi dixeris; aliquantulum, aut ſatis adoleſcens, ſatis iuuenis: adeoque annorum mediorum inter extrema adoleſcentiæ eſſet ratio habenda, ſcilicet ſeptimi decimi, aut octaui decimi.

II. Aut ſi ſecundum alios, gradus comparatiuus ſumitur frequenter pro poſitiuo, dicemus non ita dudum adoleſcentiam ingreſſum attigiſſe decimum quartū, aut decimum quintum ætatis annum.

III. Vel, ſi, ſecundum poſtremos, ea eſt natura comparatiui vt ſignificet exceſſum & ſupererogationem qualitatis quam denotat poſitiuus, dicendum, (ſi non haberetur ratio cōparatiui *ſenior*, quod ſubſequitur cōparatiuū *adoleſcentior*) inſinuari noſtrū prodigū vtcūque prouectiorem, in adoleſcentia ſua, fratre; attigiſſeque decimū nonum vel vigeſimū annū, aut circiter. Quia verò dicitur, *adoleſcentior ex illis*; alterque poſtmodum exprimitur *ſenior*; quæ faciunt comparationē alterius ad alterum; vtrumque intra terminos adoleſcentiæ collocantes, ſed alterum prodigo ſeniorē; poteſt prodigus aſſequutus dici decimum nonum, aut vigeſimū annū; alter vigeſimū primū, terminādo ibi adoleſcentiā: aut vigeſimū annū agebat prodigus; alter trigeſimum, aut circiter; deducendo adoleſcentiam cum doctiſſimo Varrone ad annum trigeſimum. Profectò ſeries deplorandæ vitæ ipſius ſatis ſuperque innuit attigiſſe vigeſimum, aut vigeſimum octauum annum: nec enim probabile eſt hac ætate inferiorem, attentaſſe facultatum ſuarum diſpoſitionem, diuenditionem, diſtractionem (procul innuunt ſequentia, *Et congregatis omnibus* &c. ſcilicet in loculis congeſta auctione bonorum mobilium & immobilium) neq; profectum in regionem longinquam; neque luxurioſè vixiſſe, & omnem tam prodigè diſſipaſſe cenſum

*Vide Laurent. Valla l. 1. eleg. c. 14.*

ſuum;

ſuum, vt exiguo tempore omnium quæ extulerat nihil penitus ſupereſſet ipſi; niſi prodigium forte monſtrumque malitiæ dixeris.

5. Quis ſcit, an ex induſtria forte determinatus annorum numerus non ſit expreſſus, ſolúmque in genere adoleſcentis nomen appoſitum, ad demonſtrandum adoleſcentiæ decurſum valde procliuem in huiuſmodi ineptias; inquiente D. Auguſtino, lubricam magis ætatem hominis dictam nobis adoleſcentiam; ſub qua conſtitutus, tametſi firmus & conſtans, lubricat & prolabitur facilè; idque (vti ſentio) quo moniti ſe ſciant adoleſcentes & adoleſcentulæ iſtius ætatis cauere ſibi, ne cum coætaneorum ſuorum maximo numero labantur; inuigilare ſeriò, & ſtationes circũluſtrare, ne retibus fallacibus propriè adoleſcẽtiæ implicẽtur? Aut Chriſtũ vſum indefinitè voce adoleſcentis, vt efficaci*exprimeret publicanos & peccatores oẽs cuiuſcumq; generis; quod penè omnia ſcelerum genera concurrant in ætate adoleſcentiæ; alia, initio; alia, in medio; in fine, alia? Aſt mittamus diſputationes futiles, & (vt aiunt) de lana caprina; deſiſtamus ab inueſtigatione eorũ quæ certò per ſcripturas cognoſcere nequimus; neq; tanti ſunt momenti, etſi forte aſſequi cognitione poſſemus. Penes quemque ſtet ipſi quam libuerit tribuere ætatem, modò veriſimilem, & ad proportionem facinorum ipſius.

*Aug. quæſt. 69.*

Adoleſcẽtia lubrica.

Adoriamur nunc eius primum facinus. In ea ætate quid primum geſſit? *Dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit.* Sapientiſſimus Plato adoleſcentem inſit, nondum prudentiæ faſtigium aſſequutum, ad quam poſtea eueheretur, agitari furijs, ſine ordine exclamare; arrogantia tumentem & reſilientem laſciuire. Talis hic adoleſcens, qui voluntate ferociens, leuis, & inconſtãs, vt primum virium, formæ, iuuentutis ad omnem malitiam aptæ notionem habuit; libello nondum obtẽto in ædibus paternis liberius delinquẽdi, vbi domeſtici omnes lumina in ipſum fixerant, videbanturque ei oculati Argi inuigilare ſerius ſuper ſe; æſtuante

*Plato leg. 2.*

ſan-

ſanguine, furijs exagitatus, audacia effrons, animo firmiter reſoluto ad inſtar Cæſaruli, acceſſit patrem, inquiens: *Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit.* Ac ſi dixiſſet: Non ſum eius ætatis qui deinceps ferulæ ſubdar: exceſſi quartumdecimum tutelæ annum.

Macrobius l.1. in ſomnium Scipionis cap. 6. *Poſt annos bis ſeptem tutela pueris quaſi virile iam robur.... abſoluitur: de qua tamen feminæ propter votorum feſtinationem, maturius biennio legibus liberantur.* Locus etiam mancus Macrobio. Eius ſum ſapientiæ & prudentiæ, vt in libertatem queam aſſeri; deinceps ero mihi rector; vnicum rogo, vt mihi partem ſubſtantiæ, quæ ex deceſſu matris me contingit largiaris. Filij ſumus bini, minimè adulterinus ego. Ius mihi eſt in facultates tuas; & ſi ea dignaretur Deus gratia natos tuos, vt fato concederes (attendite facinoroſorum) minimè, arbitrer, exhæredares me, quin fratri parem in omnibus conſtitueres. Ita eſt (fateor) ſecundum iura & conſtitutiones regionis, vita tibi ſoſpite, nullam actionem inſtituere valeo in tuas facultates: verumtamen, per amorem quo natum proſequeris rogo ſupplex, vt quod decreuiſti teſtamento mihi legare, nunc arbitrio meo committatur: ſi a quo plura peto, nec ijs prematurè abſolui velis, ſaltem partem partis meæ ne graueris erogare. *Da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit,* id eſt, *partem partis teſtamento legandæ,* quæ ordini meo congrua reſpondeat. δός μοί μέρος ὑπιβάλλον id eſt, *da mihi portionem congruam.* Ecce primos conatus, primordia facinorum, tyronis noſtri. Laudabilitèr ſane, gratia Deo, quod clanculum, vti plurimi non diripuerit bona parentis; quemadmodum feciſſe conſtat Patrem noſtrum Sanctum Franciſcum, ante plenariam conuerſionem ſuam; tametſi longè in meliorem finem quam adoleſcentes noſtri ſeculi. Qualia primordia, talis finis. Reſpiremus aliquantulum.

ἐπιβάλλον idē quod cõueniēs, cohærens, quadrans, pertinens ad me. *D. Bonau. in vita eius.*

6. Hic prologus, oratio iſta effrons prodigi, videtur mihi prognoſticon certum vitæ futuræ omni ex parte diſſolutæ. Ac vtinam iſtius farinæ ſolus ipſe! O ſi Deus fe-

ferreum noſtrum ſeculum ſic perpolijſſet & benedictionibus auxiſſet, vt multi hac non deprehenderentur notati præſumptione! Noui, eheu, quorum vita videtur exarata ad normam & exemplar hoc, & formata ſuper protoplaſtice prodigi. vtinã à veritate quoad hæc procul abeſſem! Aſt, eheu! nouerunt omnes, vt frequens ſit numerus eorum, quid ætatis attingentes conantur excutere iugum, ſubducere ſe ab obediẽtia paterna, quo Epicurum viuant, & latius liberiuſue Sardanapalum agant laſciuum. Hinc, reperias grauiter pertæſos lectionem diutinam libri Vitę patrum; id eſt, ægrè ferentes diu ſuperſtites progenitores, quibus videtur anima tranſuerſum corpori eorum inſita, aut glutine fixa; faucibus hiulcis fatum & funus ipſorum præſtolantes: in quos aptiſſimè quadrant vatis verſus deſcribentis ſecula ferrea; quibus certè continemur verè:

Exclamatio in prodigi ſequaces.

> *Filius ante diem * patrios inquirit in annos,*
> *Victa iacet pietas.*

*Ouid 1. Metam.*
* Conſulit mathematicos.

Non concedam fato, quin huiuſmodi viderim expetentes auidè parentum funera, non in aliũ finẽ vltimum quam prodigus hic, vt ſcilicet luxurioſè viuerent; ſaltem egregia aliqua decerperent ſpolia. Aut ſi qui non expetant eorum mortem; ſaltem præmaturè efflagitant hæreditatem, vt ſplendidè viuant, & tantillo tempore ſorbeant multis annis, multo labore & ſudore parta à parentibus. Quas quærimonias, quas exclamationes non educant ab intimis viſceribus parentes, in liberos mortis ſuæ cupidos! Quos ſingultus quæ ſuſpiria, quæ lamenta non aſſumant? Quid, niſi maledictis proſequantur labores ſuos ærumnaſque? Quid, niſi ſonora voce exclament: Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, vos liberi mei, meo ſanguine educti? Sufficiat dari exteros mortis meæ percupidos.

> *Porrò autem dum ſtudeo illis vt quamplurimum*
> *Facerem, contriui in quærendo vitam atque ætatem meam:*

*Terent in Adelphis.*



Nunc

*Nunc exacta ætate hoc fructus pro labore ab hi[illegible]*
*fero, odium;*
*Meam mortem exſpectant.*

Ac ſi lachrymabundus iam ſenex & tremebundus parens, ſenectute algens ſic affaretur liberos, mortem ſuam exſpectantes. Memineritis, chara ſoboles, quod ſtudens augendis facultatibus, & opibus cumulandis, ipſe vitam contriuerim. Quorſum nunc conſumpt[illegible] annis meis, & quaſi diſcerptis veſtri gratia, mercedis [illegible] retributionis vice, quaſi fame enecti anhelatis to[illegible] votis ad mortem meam? O miſeram mercedem! O crudelem compenſationem! O cruentam auri fa[illegible] mem!

*Virg. 3. AEneid.*

*Quid non mortalia pectora cogis*
*Auri ſacra fames!*

Vbi loquitur de Polydori cæde.

Similibus prolibus, dicam? patricidis? dicam patri[illegible] cidis, quia tales mente & conſenſu; talibus ita patrici[illegible] dis ex nomine miſerorum parentum eloquar nunc, [illegible] admonitionem ſalubrem ad ipſos habebo. Quid h[illegible] niſi ingratitudo & obliuio plus quam feralis, tumm[illegible] contemptus benefactorum omnium? Quid obliui[illegible] nem dico? Vtinam conſanguinitatis obliuio eorum [illegible] nimos penitus occupaſſet! Namque penitus obli[illegible] haud expeterent ſubſtantiam eorum a quibus deſcen[illegible] derunt. Quis ergò aliud quam recordatio atrox & co[illegible] tumelioſa in benefactorem, vt ipſi reddatur malum[illegible] Quæ hæc contumelia & barbaries quam eorum cu[illegible] pere mortem, à quibus vitam tenemus, & per que[illegible] bona & commoda cunctis communia participamu[illegible] opes & honores particulares ad nos deuenerunt; ſin[illegible] quibus, omnibus iſtis careremus? Execramur ext[illegible] rum & abominamur, qui vt diteſcat, aut ad aliquem honorem, dignitatemúe promoueatur, exteri mortem peroptat; nec homicidium ab eo purgare poſſumu[illegible] quo ſupplicio, quibus equuleis, qua cruce, Deus bon[illegible] digni erunt liberi ſufferre, non valentes grandæuam parentum ætatem, nec alia vota, preceſque offerunt, quam pro ipſorum tranſitu? Crucis ſignaculum

2. Reg. 15.

fronti

fronti imprimebam, dum legerem ( eſt nihilominus veriſſimum) vt Abſalon cupierit regnare ſuperſtite patre Dauid; vt in eum finem, in portis ciuitatis vnum oſcularetur, alium complexaretur, ab omnibus ſciſcitaretur, quid cauſæ haberet ; quereretur de genitore, tanquam ſegnius adminiſtrante imperium , & negligente munia publica, nec præficiente aliquem, qui omnes audiret *Non eſt , non eſt qui te audiat conſtitutus à Rege*; multa & magna de ſe ſibi ſpondens , ſi in Regem crearetur . *Quis me conſtituat iudicem ſuper terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium , & iuſtè iudicem* ? Pelliciens interim & demulcens his illecebris animos omnium ; donec in Hebron profectus, ſub ſpecie reddendi vota Deo ſe Regem inaugurari & proclamari iuſſit preconis voce . Stupebam certè in nato tam puſillum in patrem amorem; demirabar, eò ambitionis deductum vt parentem ſceptro & diademate regijs exuere non vereretur , vix fidem adhibens hominis mentem aliquando tanta rabie, tantis furijs exagitatum. Atat, vt admiratione & ſtupore magis dignum eſt, quod liberi, non amplius pagani, non Moſayci, ſed Chriſtiani, qui ſe ex optimis iactitant ; qui ad ſingula Chriſtiani nomine glorian-tur; quorum ore iugiter verſatur *Honora patrem tuum & matrem tuam* &c. primum Dei mandatum ſecundæ tabulæ, nulla quacumque parentum contumelia irritati, deſiderio, animo, voto (ne peius dicam) ſint parricidæ, & exſtinctores eorum, à quibus vitam, & omnia poſſident? Quid clamant, ô proles, leges naturæ cordi cuiuſque exaratæ, niſi quod benè velitis ijs, qui vobis benè eſſe volunt? At quis vobis melius eſſe cupit quam parentes, quorum admirandam anxietatem, vota & deſideria , quæ quotidie exſoluunt Deo in gratiam veſtri, nunquam hîc habebitis perfectè explorata. Quid prædicant barbari? Arbitrer nullam gentem non clamare , naturam & leges ſuas conceſſiſſe poſt Deũ primas reuerentiæ, honoris, officii, pietatis parentibus; nihilque acceptius præſtari poſſe Deo , quam

vt gratioſè genitoribus compenſentur fænora offi-
ciorum veterum & nouorum, quæ præſtiterunt: vti è
contra, nullum euidentius Athęi argumentum datur,
quam huius obſequij neglectio. Quid hoc edictum
canit Dei viuentis, *Honora patrem tuum, & matrem*
*tuam vt ſis longæuus ſuper terram*? Quoties hocce man-
datum repetitur? Quo in gradu ſtatuitur? Fermè eod
ordine collocatur, quo mandatũ ſpectans timorem &
amorẽ Deo debitum. vt enim hoc primum eſt prima
tabulæ; ita illud primũ ſecundæ; vt hinc liqueat po
amorẽ & officia in Deũ, nihil charius nobis eſſe debe-
re amore & obſequio in parentes. vtque libentius ani-
mum applicaremus ad quæ natura nos inuitat, adie-
cit Deus optimus retributionẽ, nempe longæuitatem
dierum ſuper terram; quam ſpecialiter non adnexuit
cæteris mandatis. Quotuſquiſq; hîc eiuſmodi fueris,
memineris, memineris, quod niſi per patrem & matrẽ
non eſſes; officiũ & auxiliũ redde quod tibi primitus
Eccli. 7. exhibuerunt. *Memento quoniam niſi per illos natus non*
*fuiſſes & retribue illis, quomodo & illi tibi* Præſta auda-
ćter ipſorum gratia quicquid potes; nec enim quantũ
debes, retribuere poteris vnquam; aut mutuum repẽ-
dere eorũ quæ accepiſti; vti innuere videtur idẽ locus
Eccleſiaſtici ſecundum aliam verſionem. *Memento te*
*natum eſſe per eos, & quid rependas eis pro eo quod de te*
*ſunt meriti*? Ac ſi diceret: Pro meritis remunerare non
vales. Id eſt, quod vulgò dicimus; ac vtinam commu-
Ariſt l. 6. Ethic c. 1. & 2. niter præſtaremus: *Dijs, parentibus, & magiſtris nun-*
*quam redditur æquiualens*. Quoniam verò orationis
noſtræ decurſus eo nos rapuit, vt Philoſophi propha-
ni ſententiam adduxerimus; quo perfundantur magis
rubore & ignominia effrontes ingratarum prolium
frontes, nonnullas alias adijciemus, tales, ni fallor,
quæ mereantur alta mente reponi quotieſcumque
Ex libris de muliere, Perictiones Pythagoricæ. mentio occurrit officij ſobolis in parentem. An lubet
noſſe cuius atrocitatis ſit ſcelus contemptus paren-
tum? Audi primum & diſce, quin à muliere; diſce,
imò à gentili Pythagoræ diſciplinis imbuta, Perictio-
ne nomen habet. *Contemptus parentum peccati genus*
*eiuſ-*

*eiuſmodi eſt, quod in viuis ſimul atque defunctis diuinitus damnatur; ab hominibus odio habetur ; & ſub terra in loco impiorum vna cum reliquis improbis perpetuò punitur à iuſtitia & infernalibus Dijs, qui his rebus inſpiciendis deſtinati ſunt.* Philoſophus Hierocles dicit eos nobis neceſſarios & propinquiores ; & ab eis ceu forte ſcaturire omnem conſanguinitatem, & omnem neceſſitudinem conciliari . Dicit creditores noſtros, quin rerum pretioſiſſimarum; quarum eas à nobis exigunt, quas reddere nouum refert nobis beneficium ; nihil enim, infit, fructuoſius & vtilius nato , quam gratitudo & pietas in parentes. Amplius, parentes ſunt nobis domini, inquit, nos eorum clientes ; nemine potiori iure imperium merente in nos, quam ij , per quos ſumus. Adhæc, addit amicos , & qui nobis opitulantur iugiter, ſponte, in omni periculo & caſu. Quid ad hæc? Sunt benefici noſtri, quin ſummi , ait; nec conferunt ſolùm quod iam poſſidemus , ſed & quicquid nobis optare dignabuntur. O parentes! O liberos! Parentes eſſe omnipotentes ( ſi ita fari licet ) in proles, adſtruit ſcriptura ſacra pleriſque in locis; particulariter, dum agit de maledictionibus & benedictionibus Noe, Iſaac, & Iacob ſuper filios prolatis , quæ effectum ſortitæ ſunt, tanquam prognoſtica & vaticinia veriſſima. An non merentur hæc à filijs gratitudinem officiumque in parentes, ſignanter ætate prouectiores? Aut ſi non præſtiterint, nunquid meritò accuſandi criminis par neſcientis? Si generis humani vniuerſitas aſpernatur ingratum, paulò aſperum , aut æquo ferociorem in conſanguineos & neceſſarios; quanto magis eiuſmodi in parentes? Si obliuiſcatur creditoris, debitor; domini, cliens; amici, amicus ; benefactoris, beneficiatus , ſexcenta ſcommata & exprobria ſubſequentur; quanto amplius ſi non recordemur , imò ſi peroptemus funera parentum , nobis creditorum humaniſſimorum; dominorum manſuetorum ; amicorum ſummorum, & benefactorum ſingularium? Parua hæc (tametſi plus æquò ſufficiant;) auguſtius quiddam ad-

*Hierocles lib. quomodo* erga parentes agendum ſit.

*Gen. 9.*
*Gen. 27.*
*Gen. 49.*

iungamus, deprompt ũ ex infidelium gymnaſijs, quo compellamur vel inuiti vicem reddere parentibus. Quid magis alliciat ad officij gratitudinem in alterũ, quam ipſius celſitudo & maieſtas? Quæ maieſtas diuina celſior? Tenent porrò locum Dei in terris parẽtes; in his inferioribus gerunt maieſtatis ipſius vices, nec alia penè datur qualitas dignitaſúe, quæ Dei noſtri maieſtatem propius referat. Eſt Deus hominum creator? Parentes ſe habent vt inſtrumenta. Paſcit, docet úe Deus creaturas? Ipſum præſtant parentes liberis. Prouidentia Dei extendit ſe ad omnes omninò neceſſitates magnas & paruas mortalium? Pariter genitorum prouidentiam nihil effugit quod ad prouectum facit ſobolis.

*Virg 1. AEneid*

*Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.*

Et ſi æquo auguſtius videor extollere humanum genus, habetote placitum Philoſophi Pagani. *Siquis parentes ſecundos ac terreſtres quoſdam Deos dixerit, non errabit; cum nobis propter vicinitatem ſi dicere fas eſt, vel Dijs ipſis honorabiliores ſint.*

*Hierocles ex lib.* Quomodo erga parentes agendum ſit.

Idem ibidem: *Parentes nobis Deorum imagines ſunt, & per Iouem Dij lares.*

Idem ibidem paulò poſt: *Sunt enim Deorum imagines certiſſimæ, & ſimilitudinem eorum nobis referunt, melius, quam vllius artis facultas exprimere poſſit, cum tanquam Dij domus patroni & nobis familiares ſint.*

Dicit Deos terreſtres, Deos lares, imagines Dei certiſſimas, domus patronos & tutelares. Neque hic vnus inter omnes talia fatur; ſed magnus quoque Plato ille, cui ſemper plurimum detulit S. Auguſtinus. *Cuius pater, ait, aut mater, vel horum parentes ſenio confecti, quaſi theſaurus quidam domi exiſtunt, is putet nunquam aliud ſibi tale ſimulacrum, magiſqúe efficax domui ſuæ affuturum, ſi rectè, vt decet, ab eo colitur.* Ita Philoſophorum princeps, inquit, omni officiorum genere proſequendos parentes. Ita nos docuit oraculum Delphicum, vbi, referente S. Hieronymo, tres illuſtres ſententiæ viſebantur exaratæ. Prima,

*Plat l. 2. legum. Ariſt. in polit. Volat lib. 30. comment.*

Dijs

Dijs ſeruiendum, nos dicimus, ſoli Deo. Secunda, reuerendi ſunt parentes. Tertia, carnibus abſtinendum. A qua congerie ſententiarum memorandarum, commentariorum ſane & poſtillarum legis vnius veri Dei, non intendimus inferre Deorum pluralitatem; ſolummodò obligationem multam, qua tenemur reuereri & amare parentes, ſubuenire eis, ab ipſis paganis in Diuorum numerum relatis; quales & nobis dici poſſunt ſalua vnitate Dei ſolius, hac tamen diſtinctione, quod Deus noſter verus Deus ſit naturâ; illi participatione ſola, quali quali ſimilitudine reſultante ex ſola gratia vnius veri Dei. Inferamus hinc aliquid. Si parentes ſunt quaſi Deus, quid ſequitur? Philoſophus propoſitionis & fundamenti author, ſuperædificet culmen, & concluſionem inferat: *Adijciemus,* ait Hierocles, *quod ad hanc ſententiam ſequitur, nempe filios exiſtimare debere, ſe in domo patria veluti in fano quodam æditnos & ſacerdotes ab ipſa natura creatos & conſecratos eſſe, vt parentum cultui operam darent. Quandoquidem verò duplex cultus eſt, alter corporis, alter animi, quicquid ad vtrumque pertinet alacriter exequentur, ſi modo quod ius & ratio iubet facere voluerint. Eſt autem minor ratio corporis necesſaria tamen. Itaque liberali victu, & qui ſenectutis imbellitati conueniat, proſpiciendum eis eſt. Item lecto ſomno, vnctione, balneo, veſte; in ſumma, rebus omnibus corporis curæ neceſſarijs, vt nulla eorum inopia laborent; quemadmodum etiam ipſi nos à puero educauerunt.* O Philoſophum Chriſtianum! O Gentilem Chriſtianiſmum ſpirantem! O ſententiam! O conſtitutiones planè catholicas! Quis concedat inſculpi tabulis Moyſis ad marginem legis diuinæ, ceu poſtillas & concordantias? O ſi cordibus Chriſtianorum characteribus aureis imprimeretur? Atque, peroptas, heu miſer; cupis, ſimulate Chriſtiane; expetis, natura deuie mortem & deceſſum genitorum, vt citò ad te deuoluatur hæreditas, quomodo hic prodigus? O tempora! O dies infelices! Melioribus exemplis nos imbuerunt maiores

*Hierocles vbi ſupra.*

G 4 noſtri,

noſtri, Joſeph patriarcha, patriæ ſenectutis germanũ fulcrum, & Tobias iunior. Quid eos dico, quos Spiritus Dei dirigebat conſulebatque? Ad dedecus & ignominiam ſempiternam adulteratorum illorum Chriſtianorum, adducamus quos natura ſola erudiuit; qui propriæ vitæ periculo toti fuerunt in eripiendis parentibus à morte certiſſima; abſit quod eorum funera optarint.

*AElianus var. hiſt.*

Olympiade octogeſima prima, euomente AEthna fumos & flammas ingentes; Cataneæ ciues gemini, quorum alteri nomen Callias, alteri Philonomus, arreptum parentem quiſque flammis extulit, de rebus opibuſque alijs nihil ſolliciti: quibus cæleſte numen adeò propitium exſtitit, vt flammæ hinc inde diuiſæ viam ſternerent progredientibus.

AEneæ quoque procedenti ad tollendum patrem, idem contigiſſe dicit Virgilius:

*Virg. 2. AEneid.*

*Deſcendo, ac ducente Deo flammam inter & hoſtes*
*Expedior, dant tela locum, flammæque recedunt.*

Simile officium præſtitit patri magoanimis ille Troianorum Dux AEneas, medijs flammis ereptum humeris geſtans, durante populatione Troiæ.

*2. AEnsi.*

*Ergo age chare pater, ceruici imponere noſtræ:*
*Ipſe ſubibo humeris, nec me labor ſte grauabit:*
*Quo res cumque cadent, vnum & commune periclum,*
*Vna ſalus ambobus erit.*

Idem.3. AEneidos inducitur eiulans & lugens patris decrepiti mortem, & eius deſiderio ſummè flagrans, ceu curarum ſuarum leuaminis.

*Virg. 3. AEneid.*

*Hic pelagi tot tempeſtatibus actus,*
*Heu! genitorem, omnis curæ caſuſque leuamen*
*Amitto Anchiſen: hic me pater optime feſſum*
*Deſeris.*

vtq; hoc natorũ in parẽtes obſequiũ altius memoriæ maneat cõmendatum; haud auerſatur prudẽs Vates geminare idipſum libro 9. inducens Equitẽ Euríalum, in hunc modũ cũ Aſcanio duce differentẽ, priuſquã in hoſtiũ caſtra noctu cũ amico Niſo irrũperet.

Te

*Te ſuper omnia dona,*
*Vnum oro: genitrix Priami de gente vetuſta*
*Eſt mihi, quam miſeram tenuit non Ilia tellus,*
*Mecum excedentem, non mœnia Regis Aceſtæ.*
*Hanc ego nunc ignaram huius, quodcumque pericli*
*eſt,*
*Inq́ue ſalutatam linquo (nox, & tua teſtis*
*Dextera) quod nequeam lachrymas perferre parentis,*
*At tu oro, ſolare inopem, & ſuccurre relictæ:*
*Hanc ſine me ſpem ferre tui: audentior ibo*
*In caſus omnes.*

*Virg. 9. Aeneid.*

Pari modo magnus Homerus quodam loco inducit militem tyronem, in quo certamine cæſum, quærentem, non dolores & anguſtias mortis, ſolummodò quod occūberet antequam parentibus ætate grandęuis beneficia & obſequia in teneris annis accepta cōpenſaſſet.

θρεπτήριον vocant Græci prę-mium datum nutrienti.

Chriſti in cruce pendētis planctus, nonne quia pręſentia charæ parentis priuandus, quam ore ad os conſolaretur viſibiliter, potius quam ex tormētis quibus vndique torquebatur, ducebat ortum? Quam ex vulneribus quibus erat liuidus? Quam ex inſtante morte? Quod ſerio commendarit ingruente morte matrem diſcipulo, nonne (vti notat S. Ioannes Chryſoſtomus) vt nos doceret curam genere parentum ad extremum vſque vitæ ſpiritum? Quid profero admirandam illam Domini Redemptoris pietatem? Specula illa & exempla pietatis, ex hiſtorijs profanis accepta ſufficiant euidentius confundendæ ingratitudini pſeudochriſtianorum multorum; tametſi fuſum aliorum numerum producam facilè; ni properarem allegare, quæ ipſos pudore ampliori & rubore afficiant. Cuius non ſuffūdet vultum rubor, ſi conſideremus attentius ciconiæ amorem & pietatem in parentes? Neque mirum videatur cuiquam, ſi à natura animalium deſumpſero documenta hominibus: certè æquum eſt vt efferati illi homines omni humanitate exuti diſcant humanitatem in gymnaſio animantium ſe humaniorum. Phyſici ciconiæ naturam explicantes, dicunt temporis lap-

*Hom Iliad* 10. δὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε. vtitur ſyncopa in θρέπτρα.

*Chryſoſt. homil. 85. in Ioan.*

Ciconiæ pietas in parentes.

*Aelian. & poſt eum Volat. l.25.cõm. Am. hexam l 5.c. 16. Plin l.2. c.23. Launaus l.1. theatri parui.*

Quidã ferè eadem dicunt de vpupi charitate.

ſu largè compenſare eos à quibus ortum & nutrimentum ſumpſit: etenim fouet interdum ſub alis membra ſenectute algentia & rigentia parentum; interdum, vbi neceſſum fuerit, ceruicibus ceu rhedæ impoſitos pennis vehit per aëra. Deinde (notate quæſo liberi iſtud) aduertens parentes prædæ inſequendæ ineptos; ſponte ſe priuat adeptis; ſe ſpoliat ipſa; vomitu procurato cibũ reproducit alendis genitoribus, donec affulgeat potior eſca, quã tribuat in gratitudinem & agnitionem accepti obſequii in ætate tenella. Quot obſequia congeſta, quæ humanitas in animante vno? Quanto amplius ratione præſtare videtur hocce irrationale animal, multis hominibus, qui falsò ad obuia quæque nomine rationalis gloriantur? Cum reuerentia itaque & bona venia te complexor ô chara magiſtra, inhumanis illis hominibus à Deo collata: & ſi vota noſtra quicquam poſſent, vtinam beſtialitas tua rationalis, aut ratio plus humana animalis ſerperet in corda hominum efferatorum & irrationabilium. Aut vtinam is qui potens eſt ex lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, mutaret animantia iſta, & inaudita metamorphoſi transformaret in homines. *Aelianus dicit teſte Alexandro Macedone ob pietatem Deorum beneficio in quibuſdam Oceani inſulis in homines conuerti ciconias.* Volaterranus l.comment.vrb. Id perオptarem, vt familiari animantium horum conſortio, prodigiosè humanorum & officioſorum, bruta & ferocia illa corda, corda potius lapidea & ferrea quam carnea, miteſcerent, lenirentur, & propriam induerent naturam. verum, non obtinentes quod cupimus, vtamur quibus poſſumus, ô liberi: meminerimus animantis huius tam pii, tam obſequioſi, nec feramus obijci mititatem & humanitatem hominibus innatam & propriam ſe recipiſſe ſub alas volucris iſtius; rurſus ferocitatem plus quam animalem occultaſſe ſe ſub ſpecie & figura hominis. Alioqui, vtinam flagella illa cruenta, culeus ille iuſtificus, antiquitus aqui immergi ſolitus, incluſis ſimio, ſerpente, cane, gallo

*Matt.3.*

Iuſtitia priſca in liberos impios.

*Pomp. Laetus l. de leg. Rom.*

Caius Põpeius legẽ tulit, qua aſperrima pœna parricidas afficit.

cum

ſum parricida, in vſu eſſent; & iſtiuſmodi parricidæ voluntarij, cupidi funeris parentum, quo citius hæreditate potiantur, in eo extremas darent ſui criminis pœnas! Aut (nec enim ſatis rigidum & conueniens videtur hocce ſupplicium. *Quorum ſupplicio non debeat vna parari ſimia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus*) quo ſeuerius & aptius duritiam cordis ipſorum luerent, iudices & legislatores noſtri priſcam Dei conſtitutionem reſumerent, qua iubentur eiuſmodi proles ſaxis obrui: decet enim quam maximè ſaxeum cor, ſaxis opprimi. Jmmorigera proles, & in ſua proteruia animum firmans, commeſſationibus, luxuriæ & poculis vacans, iubetur lapidibus obrui à Deo in lege Moyſis: & qui tempore Euangelii, quo perfectio amplior exigitur, maiora, aut ſaltem paria committit (vt eſt optare parentum mortem, aut moleſtiis & doloribus eos conficere, dilapidando eorum poſſeſſiones ipſis ſuperſtitibus) non merebitur animaduerſionem parem? Filius, maledicus patri aut matri (dicit eadem lex) pereat. *Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur.* Quid eſt maledictio? Non ſemper (aut grauiter fallor) execratoria, aut maledica, aut ſalacia verba in parentum ora iacta; ſed & omnia deſideria, vota noſtra interna vergentia in alterius detrimentum. Cum ergo parentum mortem exoptas, & eorum vita protractior videtur tibi, quid aliud quam maledicis? vt ipſis maledicens, quid aliud promereris quam morte mori, quæ mors & perditio animæ tuæ; nec non morte corporali mori? Punitio ſane atrox, ſed his temporibus perneceſſaria. *Graſſantibus multis opus exemplo eſt.* In malam crucem abeant; eò enim eos abigere videtur ſapiens, dum ait: *Oculum eius qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus & comedant eum filij aquilæ.* Jn vltionem huius flagitii inuitamur; quod inter paganos non manſerit inultum; ni nos fallat Xenophon referens quæ habuit Socrates ad filium Lamprocleum, matri infenſum verba. Jgnoras, ait Socrates, ciuitatem noſtram parum attendere ad omnem aliam ingra-

*Iuuen. ſaty. 8.*

*Deut. 21.*

*Exod. 21.*

*Prou. 30.*

Xenophō *l. 2. de dictis & factis Socratis.*

gratitudinem, nec eam in iudicium vocare, deſpicere tamen ingratum beneficij memorem? *A*ſt ſi quis parentibus non deferat, ſiſtitur tribunali, cauſa confertur in ipſum; à iudice pronuntiatur inhabilis ad omnia munia politica, ac ſi per eũ ſacrificia non poſſent perfici, aut quoduis aliud iuſtè abſolui. Sit vt eſt; non vt puniat eos humana iuſtitia, nõ ideo effugient diuinam, citius aut ſerius: & arbitrer ipſius furorem effundendum aliquando largius & acrius, quo, ij quorum gratia deſæuiet, chariores ipſi ſunt; vtrique vices ipſius tenentes, imagines, & ſimilitudines diuinæ; quibus adaptari poteſt illud: *Qui vos audit, me audit; qui vos ſpernit, me ſpernit.* Luc. 10.

Ouid.

*Iupiter inſpicit illos qui colunt iura parentum*
*Et qui negligunt præ animi impudentiâ;*
*Ac illis quidem benignus & mitis bona largitur,*
*His verò infenſus indignatur per furias,*

aiebat Vates quidam ethnicus. Nequaquam effugient ſeueritatem Creatoris. Proſpicit & nouit Deus ingratos & impios, ſimiliter bonos; alijs benignus largitur largiter cornucopiam bonorum omnium; alios furijs exagitat. Quæ mala non ſunt ſubſequuta impium, ingratumque Abſalonem, quia aſpirauerat ad regnum ſuperſtite patre? Miſſa hiſtoria illa tanquam omnibus nota, ad aliam recentiorem venio. Vidi ego fratres binos, vti ijſdem patre & matre genitos, ita moribus & conditione ferè ſimiles. Iunior vir factus, obtenta importunis inſtantijs & accepta hæreditatis portione à patre, vbi aliquamdiu ſplendidè viuendo potiorem partem dilapidaſſet, in hoſtium incidit manus; paulò poſt etiam in priſcorum neceſſariorum carceres deuenit. Alter, delecto ſtatu; vbi ſæpius patrem iniuriis, ſcommatibus, dicteriis laceſſiſſet; & de paſſionibus acrius cũ eo eſſe cõtendiſſet, non ita multò poſt eò miſeriæ adactus eſt, vt labilem hãc vitam morte cruenta & ſubita propriis confoſſus armis fortuitò finierit, nullo expiatus, munituſue ſacramento, quin vix prolato vno & altero verbo. Vtriuſque nomẽ & cognomen, locum & genus proferrem,

Cornu Amalthea cornucopia, liberis pijs in parentes.

nisi

niſi dicacior in defunctum, iniurius in ſuperſtitẽ videri vereret. Aiunt defunctum, medijs in mortis doloribus nonnulla protuliſſe, à quibus ſperari poteſt, ſuſcepto in ſe diuinæ vltionis rigore, obtinuiſſe vitam æternam. Superſtes alter flagitium deteſtatur, aſſumpta ſpontaneè pœnitentia auſterą particulari. Timete vobis adoleſcentes prodigi, innumeris doloribus & moleſtiis conficientes parentes præmaturis veſtris deſideriis capeſſendę hæreditatis: vos potiſſimum timete, qui mortem eorum optatis vt ſpolia reportetis. Ne voluntarii parentum extinctores ſitis, veremini. Time, quotuſquiſque ſis; neque mortem progenitorum expete; opta magis ſummis votis, benè precare, acclama fauſta, iis qui tibi cupiunt largiter bona: memoria non excidant Dei leges, quibus iuberis honorare, & iuuare quantum potes, non valens quantum debes. Cogita, ipſos tibi propinquiores; quin quaſi Deos in domo tua; Cura vt te erga ipſos geras ceu ſacrificus erga Deum, nullum non intermittens officiũ, ne dicam ſacrificium: ne patiaris te pietate inferiorẽ ethnicis, imò animãtibus brutis; veritus ne mala quibus regulariter obruuntur tui ſimiles, ſubitò te opprimant in ſimili cauſa. Melius tibi faciat Deus (quicumque es,) potiori te munere & felicitate donet, quam vt noſtri prodigi teneas iter; ne tandem in abyſſum miſeriæ deuolui te cum ipſo contingat. Sufficiant iſta de prodigis hominum natis, tranſeamus iam ad prodigos filios Chriſti: &, vti ſpopondimus, vt ipſis conueniat adoleſcentis nomen, diſquiramus.

7. Superius per prodigum, ſeu adoleſcentiorem filium interpretati ſumus publicanos illos & peccatores, quorum gratia conuitiabantur Chriſto Phariſæi & Scribæ; inſuper per hos, omnis ordinis peccatores. Hoc loco proſequentes intentum, probamus peccatorem, quicumque is fuerit, ſenex aut iuuenis, optimè nominari νεώτερος, quomodo textui dicitur prodigus noſter. Itaque νεώτερος græcis, connotat, non infimam hominis ætatem, ſed plerumque contemptum potius quam annos. Et quod græci dicunt

νεώτερος. Iunior, recentior, minor natu, aliquoties contemptum ſignificat potius quam ætatem.

νεώτερικος, & ſonat quaſi iuuenelem, aut ex ordine iuniorum, ſumitur quoque pro inconſiderato, fatuo, iudicio carente, amente, quod ea ætas ſtultis affectibus ſæpius quam vera ratione duci ſoleat. Hem, quid peccatore inconſideratius? Quin latinis dicti noui (νέοι, vnde νεώτερος) vilipenduntur, & hoc nomine à concepta de ipſis opinione bona deprimuntur, quin Gallis, ſignificantur mutabiles, varia ſectantes, modò hoc, modò illud amantes. Aliquando dictione *nouus* inſinuamus ſubitò ad excelſa conſcenſum, fungum noctis vnius, qui ex ſordido & obſcuro, cito euectus eſt aut fauore, aut alio quouis modo, ad nobilitatis ſeu dignitatis infimum gradum; quod Saluſtius nobilis Romanus natus exprobrabat olim Ciceroni.

III.

Peccator obſcurus & abiectus.

1.Reg.2.

Saluſtius oratione in Ciceronem: quam eſſe Saluſtij ne quis deinceps dubitet teſtatur Quintilianus apertiſſimè libro 4.inſtit.orator.ca.1. *Verum, vt opinor,* ait, *homo nouus Arpinas ex M. Craſſi familia eius virtutem imitatur &c.* Plutarchus tom. 1. vit. in Cat. maiore: *Romani eos qui obſcuris orti maioribus per ſeipſos innoteſcere cœpiſſent, nouos homines vocare ſolebant.*

Quid verò obſcurius, quid abiectius, quid abominabilius peccatore? Qui neſcit, legat quæ quondam dixit Deus ſummo ſacerdoti Heli: *Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Sic Regius Vates pleriſq; locis pſalmorum dicit peccatores corruptos & abominabiles; & peccata ſacris ſcripturis dicuntur abominatio, immunditia, ignominia, opprobrium. Quin ſi quādo dicere volumus aliquid fieri poſſe inculpabiliter & ſine peccato, dicimus, id fiat ignominia procul; ac ſi peccatum ſolum verè eſſet ignominia.

*Abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis &c.*

Pſal.13. *Abominabiles facti ſunt in iniquitatibus.*

Pſal.52. *Abominabile Domino cor prauum.*

Prou.11. *Operiet nos ignominia noſtra*, id peccatum idololatriæ.

Ierem.3.

Quorum

Quorſum non dixerimus peccatorem abominabilem; cum eos dicamus nobiles qui viuunt & componunt actus ſuos omnes ad virtutem? *D. Hier. ad Celantiam.*

*Vera nobilitas eſt clarum eſſe virtutibus*, inſit S. Hieronymus.

Ariſt. 2. Phyſic. *Si vnum eſt cauſa alicuius, oppoſitum eſt cauſa oppoſiti.*

Appoſitè ergo peccator appellatur adoleſcens, iuxta hanc acceptionem. *Peccator inſtabilis.*

Quod ſi adoleſcentis vocem vſurpemus pro inconſtante, inſtabili, variabili, quis Protheus mutabilior, quis Acheloe inconſtantior: quis chamelæon inſtabilior, peccatore; quem Eccleſiaſtes dicit lunaticum, viciſſitudinibus creſcentis, decreſcentiſque lunæ perſimilem, & nunquam eundem? *Homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut ſol; nam ſtultus ſicut luna mutatur.* *Eccl. 27.*

Beda libro 3. cap. 38. Marcum c. 9 *Hi nunquam in eadem ſtatu permanentes, nunc ad hac, nunc ad illa vitia mutati creſcunt, atque decreſcunt.*

Plato: *Stulti Protheo ſimiles ſunt, ille corpus, hi animum ſæpè mutant.* Volaterranus libr. 28. comment. tit. de ſtultitia.

An non vt luna mutatur, qui hodie bonus catholicus, cras ferro ſacrilego conſurgit aduerſum fidem, militans hodie ſub vexillo Lutheri; cras militiæ Caluini adſcribēdus? Qui hoc anno credit articulum quem ſequenti reijciet & anathematizabit? Nunquid non mutatur vt luna; qui non ita pridem viuis flammis deuotionis & animi prompti in fidem ardebat; poſtmodum, ignoro, qua perfidia, recedit ab ea, & decreſcit vt luna? An non vt luna mutamur, quando in nobis radij ſapientiæ & ſplendor virtutis exſtinguntur, & eius loco ignorantiæ tenebræ, & peccati fuligo offundunt noſtra lumina caligine, aut potius excœcant penè incurabiliter? Ac vtinam, ô miſer peccator, ſtulte & inconſtans, vtinam vt luna mutareris; cito enim vacuum creſcendo repleuit; tu verò, nec citò, nec ſerò ſapientiam repetis.

Colli-

Collìgit ilicò ipſa omnem deperditum ſplendorem; aſt non recuperas, tametſi in ſerum abeat tempus, fidem quam abnegaſti aliquando & deſeruiſti. O nubes! O ſidera!

*Sic Amb. ſerm. 82.*

Iudæ 1. *Hi ſunt nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur &c. ſidera errantia.*

Iſa. 19. *Miſcuit dominus in medio eius ſpiritum vertiginis.*

Quam ſcitè Vates in ſuis lamentis, intelligendo allegoricè animam peccatricē ſub nomine Jeruſalem, teſtatur inconſtantiam peccatoris dicens: *Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt.*

*Thren. 1.*

Pſal. 11. *In circuitu impij ambulant.*

Eleganter ergo Dominus hoc lòco peccatores ſignauit adoleſcentis recentis, noui nomine, eo notans & pertingens ipſum inconſtantiæ. Egregiè, quis vocet in dubium?

Si libuerit hanc vocem ſumere pro eo qui quia ad ſummam rei nouiter euectus, eſt odibilis: nihil conuenientius peccatori, comparatiuo νεώτερος, quo vtitur textus græcus. Quid enim magis promotum; quid clarius, quid nobilius mundanis, peccatore, tametſi reluctantibus & quæritantibus probis? Nunc, contra omnem æquitatem & rationem, contra omnem laudatam conſuetudinem, laudatur peccator in deſiderijs & concupiſcentijs vitioſis animæ ſuæ; & iniquus benedicitur. O tempora! O mores! Qui plus offendit, ingenuus & illuſtris ducitur, vt vera ingenuitas, videatur nunc ſita in peccato, & virtutem ſectari ſit abominabilem ac vitioſum eſſe, aut neſcio cuius generis bardū. *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. & iniquus benedicitur.* Quod ſi nomen græcum νεώτερος, quo notatur prodigus, aptè conuenit omni peccatori; profectò haud minus quadrat quod in latino habetur, ne dicā proprius & conueniētius. Siquidem adoleſcentis nomen videtur quandoque fatuum ſignificare, aut needum maturum in ſuis actibus: vti è contra nomine ſenis intelligimus ſapientem & conſultum, quod vt plurimum ſapiat ſenectus. Nonnunquam iunior contem-

**Peccator nobilis inter mūdanos.**

*I.*

*Pſal. 9.*

*II.*

**Canities morum.**

temptum ſignificat, nõ ętatem; vt honoris cauſa preſbyteros vocamus, hoc eſt ſeniores.

*In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia*, ait Job. In hoc ſenſu videtur ſumpſiſſe vocem ſenectutis ſcriptor libri Sapientiæ, dum ait: *Senectus venerabilis eſt non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata*. Et in Geneſi dicitur Iacob dilexiſſe Joſeph, præ cæteris, quod genuiſſet filium in ſenectute, id eſt ſapientem & maturum ad inſtar ſenis, vti ſonat quorundam verſio, vt Paraphraſtis Chaldæi, qui inſinuat cauſam amoris ſummi Iacob in Ioſeph, quod in eo eluceret quædam morum grauitas, maturitas, ingenuitas. Deſignâte itaq; dictione ſenis quãdoque maturum & grauem, doctioribus etiam ſcriptoribus, haud mirum ſi nomẽ iunioris aut adoleſcentis ſonet aliquando ſtultitiam, vel inſipiẽtiam aliquã. Hinc qui latium profitentur, pronuntiant, *adoleſcenturire, adoleſcentiari*. Liberius citante Nonio, dixit: *Incipit adoleſcenturire & neſcio quid nugarum facere*. Horatius in arte dixit, *iuuenari*, noue & prouerbialiter. Et Galli *repueraſcere*, pro deſipere, nugari, ſtulteſcere, quæ ſunt argumenta communiter fatui, & amentis, vſurpant. Imò græcè innuere volens ſe non ſatis prudenter agere, at nugari, vtitur dictione quæ quaſi ſonat, pueriliter ago; nugor ad inſtar pueri (μειρακιεύομαι.) nugante & deſipiente vt plurimum iuuentute. Quapropter ſapiens Salomon agens de adoleſcentia, eam dicit vanam & vacuam; ac ſi dicat, inſipientem, inſenſatam, omni prudentia & ſapienti conſilio vacuam. Imò, ſecundum quendam interpretem, adpellat ipſam vanitatem & vacuitatem, exprimens hac ratione, exiguum aut nihil ſapientiæ, quod eſt in adoleſcentibus, non quod non detur aliquando ſapientia in iunioribus; ſed quia eſt in ipſis quaſi non eſſet. Vndique enim cuncta & circumuallata illyrio & illecebris peccati, & titillationibus carnis, vti ſcribit S. Hieronymus ad Nepotianum, ſuffocatur, haud ſecus ac ignis in ligno viridi. *Adoleſcentia*, ait, *multa corporis bella ſuſtinet, & ſapi-*

Iob. 12.

Sap. 4.

*Prou. lib.*

*Cic de Senectute.*

Mature ſias ſenex, ſi diu velis eſſe ſenex.

*Eccl. 11.*

*D Hier. ad Nepot. pa.3.ep. e piſt.7. initio.*
*Stob.ſ.112.*

*ſapiẽtia inter incẽtiua vitiorũ & carnis titillationes quaſi ignis in lignis viridibus ſuffocatur , & ſuum non potuit explicare fulgerem .* Similem huic opinionem conce-piſſe videtur magnus ille Atticorum legifer Solon, cõ-ſtituens iuniorem neminem aſciſcendum in magi-ſtratum; neque huic ad conſultationes aditum con-cedendum, etſi conſultus & ſapiens videretur.

Vide quædam pulchra apud *Stob.ſ.*114 *pag* 360. *circa medium.*

Iulius Frontinus Traiano ſcribẽs ſua ſtratagemata dicit præfectos & duces militũ ſenes eſſe debere, vt in-gant, diſcutiant, componant conſilij rem prudenter; milites verò, iuniores, quo acriter & animosè cum ho-ſte conferant.

*Lucã.l.2.*
*Ouid l. 6.*

Vox Pompeij ſenis ad milites apud Lucan.

*Nec vos mea terreat ætas.*
*Dux ſit in caſtris, ſenior dum miles in illis.*
*Hæc dare conſilium, pugnare paratior illa.*
*Hæc ætas bellum ſuadet, at illa gerit.*

*Cic.Phi.5.*
*Hõ.Ilia.2.*

Omni tempore in pretio habita eſt ſenectus à pru-dentia, & bono conſilio; reiecta iuuentus. *Senum ho-nor tantus exſtitit apud Græcos, vt Duces Reip nunquam procederent, nec egregium quid agerent , ad quod ſenes non inducerent, aut approbarent*, inquiebat Cicero. Sic Aga-memnon Tribunus exercitus Græcorum in obſidio-ne Troiæ, pluris æſtimabat Neſtorem trecentenarii, quam alium quemcunque ingentium ; ſummis votis deſiderans Neſtores decem, aut totidem conſiliarios in caſtris ad inſtar Neſtoris, ob ſingularem prudentiã venerandæ canitiei adiunctam, cuius nauem non fre-quentabat diu ſolum, ſed & noctu , quotieſcumque opus habebat conſilio , vt conferret cum eo de ſum-mis periculis , & ingruentibus ſummarum rerum fluctibus. Non tanti ducebat ſuum Diomedem , illu-ſtrem ſane, ab igne diuino qui in armis eius micabat; neque fratrem Menelaum, Imperatorem tamen to-tius exercitus , quam venerabilem illum ſenem. Quî hoc? Nouerat Reſpublic. ſæpenumerò peſſum i-re, & euerti temeritate cœca iuniorum ; reſtitutam quoque prudentia & conſilio ſenum . *Dux ille Græcia*

*nunquam optat vt Aiacis decem ſimiles habeat, ſed vt Neſtoris. Quod ſi acciderit, non dubitat quin Troia breui ſit peritura. Væ terræ, væ terræ cuius Rex puer eſt.*

*Citer. in Catone. Maiore.*

Eodem modo Romulus Romaniq; videntur prudentiæ primas conceſſiſſe ſenectuti, adpellantes conuentum centum rectorum ſiue conſiliatiorum *Senatum*; quod ſonat quaſi concilium, aut conuentus ſenũ: vt hinc monerẽt grandæuorũ ætate & moribus eſſe de negotijs ſtatus & Reip. diſponere, potius quam excerebratorum iuuenum. Quorſum hæc omnia? vt hinc liqueat omni ætate iuuentutem leuitate infamem reiectam à conſilijs, & nullius pretij æſtimatam; potius imprudentem, leuem, inconſultam habitam.

Alcibiadis iuuẽta nocuit: Niciæ verò ſenecta profuit.

**Plut. t. 1. vitarũ in Romulo.*

Sumpto itaque adoleſcente pro inſipiente & inconſiderato, an non adoleſcens & à puero, peccator, quo inconſultius nihil; cuius vita mera eſt ſtoliditas, ſcœna nugis & amentia referta in theatro huius mundi exhibita, vbi plenis buccis ridet & ſubſannat Dei creatoris ſui mandata? Inſipientiſſimus verè peccator audens ludibrio habere ſapientiſſimum & ridere tantum Dominum. Quid adoleſcentiam dico fatuam, inconſultam; peccatorem ſimiliter? Ariſtoteles Philoſophorum facilè princeps, non ſolum videtur velle iuuentutem inconſultam, ſed & iudicare inidoneam & ineptam ſuſcipiendæ ſapientiæ. Iſta dixit ijs libris, quibus philoſophatur de virtutibus moralibus, & homines erudit vt amplectantur verum virtutis corpus, non autem vmbram. Rationem aſſignat Philoſophus, dicens, adoleſcentem ignarum actionum vitæ humanæ, de quibus Philoſophi morales, & à quibus ſuas deſumunt rationes. Addens inſuper iuuentutem agitari & vrgeri paſſionum æſtu, quæ faciunt vt in vanum audiant, cum finis & ſcopus Philoſophiæ moralis ſit actio, non notio. Vnde colligitis, Auditores, vt bellè & concinnè, Dominus peccatorem nominet adoleſcentem.

*1. Mor. c. 3.* Nullos admittebat adoleſcẽtes ad moralia Ariſtoteles.

*Iſa.9.* Multiplicaſti gentē, nō magnificaſti lætitiam.

Superſedeat nunc oratio, cuius ſtame nin longum abit nimis; craſtina luce, aſpirantibus Superis, reliquum euoluemus. Ad præſens, vos progenitores, quos haud fugit liberorum multiplicationem, plerunque includere ærumnas & cruciatus (vti ſatis comprobat prodigus iſte) ſupplices offerte Deo preces & vota iugiter, vt tot tantoſque nō experiamini dolores; vt Deus ſua gratia dignetur eos vobiſcum probè educare & inſtruere. Te verò (ô chara iuueatus) adiuro in nomine Ieſu Chriſti, per crucem, per vulnera, per ſanguinem eius, vt memor anxietatum & dolorum quos tui gratia pertulerunt & adhuc perferunt parentes, bene velis ijs qui tibi ſummè benè volunt. Caue ſummopere, ne mortem exoptes authoribus vitæ tuæ, quo nonnullis reportans ſplendidior videaris ſpolia. Tibi ob oculos verſetur iugiter, vt tibi legibus & conſtitutionibus diuinis diſtrictè & ſerio ſunt commendati: vt deſpectus & auerſatio eorum ſit enorme crimen; haud inferius contemptu veri Dei, cuius ipſi tenent iocum, imagines ſunt, & germanæ ſimilitudines. Ne ſinas quæſo religione & pietate in parentes ſuperent ethnici Chriſtianos, in perpetuam eorum ignominiam. Quid inquio ethnicos? Adlaboret quiſque vt animantia ſupra memorata non ſuffundant pudore & confuſione mortalium vultus, præualendo pietate & gratitudine nobis. Non ſimus, chariſſimi, ad inſtar prodigi huius, concoquentes portionem facultatum patriarum; multo mœrore & detrimento parentum noſtrorum. Formidemus vltionem cœlicam, qualem ſuperius commemoraui accidiſſe noſtro ſeculo: nec enim tenetur magis, imò fortè minus parcere nobis Deus, quam ijs in quos protendit diſtrictè brachium & ferrum ſuæ iuſtitiæ. Deinde quanquam floreat nunc ætatis noſtræ ver; nec ideo patiamur nos referri in album ſtultorum, inconſultorum, habenis vanorum affectuum multorum impulſorum. Etſi verò ætas iſta regulariter paruo in pretio ſit, conemur euadere in ingenuos, aut dignos reddere quos Deus nobilitet, & quibus authoritatem

conciliet, iuxta pręſtitam fidē, vitam viuendo virtutē, ſpirantem. Tametſi nouelli ſimus, id eſt natu infimi nec ideo ſumus recentes, mutabiles, inconſtantes, amplexando modò virtutem, modo vitium; ſed figamus pedem in veſtigio bono, nullatenus ab eo deuiātes. Tametſi nouelli, non ideo complectamur ingenuitatem nouam, & damnabilem mundanam; quæ hoc tempore videtur addere claritatem & ſplendorem maximis & atrocioribus peccatoribus, vſque ad æmulationē. Etſi, ætate parui, exhibeamus ſenectutem iudicij & prudentiæ, vti pridem Ioſeph, Samuel, Dauid, Daniel, vterque S. Ioannes, Baptiſta & Euangeliſta, omnes Deo neceſſitudine iuncti, qui annorum numero iuuenes, prudentia & ſenectute ſuperiores euaſerunt ceruicibus decaluatis & canis ſui ſæculi.

1. Reg. 2.

Salomon iuuenis fuit ſenex, ſenex vero iuuenis fuit.

Sap. 1. vſquequo paruuli diligimus infantiā.

Te quoque compello ſenectus reuerenda, canities venerabilis: non feras rigoſam faciem, & canos, argumenta ſolita ſenſus & iudicij maturi, infamari pueritia veſtrorum operum; ne cum propheta dicamini optimè, pueri centum annorum, repueraſcentes, & delirantes, quibus ſatis abundat mundus; quo nihil odilius & elidius coram Deo & hominibus. Deo, extra omnem aleam eſt, dicente Eccleſiaſte hoc modo: *Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valdè animæ illorum; pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatum.* Hominibus, quis ignoret ſenem diſſolutum cachinnis & nænijs omnium excipi, quin multo acrius iuuene, in ſimili lapſo? *Si cano capite te cuculum uxor ex luſtris rapit.* Aut; *ſi vnam amicam ducet decrepitus ſenex. Adoleſcens luxurioſus peccat, ſenex luxurioſus inſanit*; inquit Seneca.

*Eccl. 25.*

δὶς, παῖδες οἱ γέροντες, *id eſt,* bis pueri ſenes.

*Varro.*

*Plaut. in Aſinaria.*

*Senec. l. 2. declamat. declam 6.*

*Canities tunc eſt venerabilis quando ea egerit quæ canitiem decent: cùm verò iuueniliter ineptit, plus iuuenibus ridiculoſus erit,* ait S. Chryſoſtomus.

*Chryſ. in c. 4 ad Heb. hō. 7.*

*Turpis & ridiculoſa res eſt elementarius ſenex. Et nihil turpius quam ſenex viuere incipiens.* Seneca.

*Senec. epiſt. 12.*

Neutiquam, non eſt ab annorum numeroſitate veneranda ſenectus, magis verò à fulgente prudentia in

*Amb. t 3. l. 5. epiſt. ep 14. cõtra Symmachũ.*

actibus externis, & vita irreprehenſibili . Et vt dici S Ambroſius, *Non annorum canities eſt laudanda , ſe morum.*

Prou. 20. *Ex ſtudijs ſuis cognoſcitur puer,* id eſt ope iuuentutem indicant.

Ariſtot. 1. Ethic. cap. 3. *Intereſt nihil iuuenis ætate a moribus iuuenilis aliquis ſit Non enim defectus penes tem pus eſt ſed quia & viuit & ſingula perſequitur ex pertu batione &c.*

Aurelius Imper. epiſtola ad Claudium & Claudi nam iam ſeniores, ſed iuuenilia ſectantes : *Quid iſti* inquit, *vos ſenes amatores præterquam ſignum ante ta bernam, vbi præter vinum acidum nihil ineſt ? vuln in cute conſolidatum, intus autem peſſimè affectum ? Se nex improbus nihil eſt præter porrum albos crines , foli verò viridia habens.* Viue ergo, chara , venerandaqu ſenectus, prout anni ſenes à te exigunt. Tu, amica iu uentus; non ſequaris veſtigia prodigi iſtius ; minim aſt greſſus & iter tene eorum, qui vernante iuuentu adæquarunt , aut potius præceſſerunt maturita ſenſuum & morum ſenes ſui temporis, ad augmentu & geminationem gloriæ ſuæ tam temporari quam æternæ . Faxit Deus , ſequamur ipſos & ſoci mus.

## CONCIO QVINTA.

*Vulgata.* 2.12. *Et dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit.*

*Græca.* 12. καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρί, πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.

*Syriaca.* 2.12. *Et dixit ei filius eius minor natu: Pater mi, da mihi partem quæ mihi contingit ex domo tua.*

A R-

## ARGVMENTVM.

*1. vniuerſos credere ſe ſapientes & iuſtos. 2. catalogus quorundam epithetorum communiter à probatis authoribus voci* adoleſcens *adiectorum; & vt ſcitè peccatori conueniant. 3. Diſcurſus fuſus, monſtrans rationum acie, peccatorem eſſe adoleſcentem, & ſtultum.* *Ex Nice. Volater l. comm. vrb 28. de noſcendo ſeipſo.*

1. MAgnus ille Socrates Philoſophus (cuius ſapientiam quondam plurimum celebrauit Apollinis oraculum) ſententiam quandam protulit ſe dignã. Ea eſt, Auditores. Si preconis voce è theatro iuberentur fullones & ſutores omnes ſtare, ij aſſurgerent ſoli, qui artes illas profitentur: ſi verò, ſapientes cunctos conſurgere, omnes omnino ilico ſtarent. Etenim tam altas egit radices in animis mortalium temerata præſumptio ſui, vt quiſque, quanquam ſtolidiſſimus, retur ſe nihilominus ſapientem. Sic frequenter euenit, vt occurrente de iuſtis ſermone, quiſque ſibi adblandiens ſe eorum numero iungat: rurſus ſi peccatores commemorentur, omnes ſibi vltra æquitatis metam applaudentes (etiam ſceleratiſſimi) peccatorum ſe expungunt albo, ſurdumque ſimulant, quaſi quod dicitur è re ipſorum non eſſet. Quò fit frequenter, vt omiſſa correctione & reſtitutione vitæ demergamur altius cœno delictorum; vlterius vrgentes pedem implicemur magis magiſque labyrintho ſexcentorum errorum. Namque ſicuti non noſſe ſe ægtum, non ſolum impedit ſanitatẽ, ſed etiam incremẽta dat malo; ita peccati ignorantia, addit fomitem, libertatem, temeram delinquendi audaciam. *Non animaduertere ſe peccare, incendium & occaſio eſt maioris audaciæ*, aiebat priſcus quidam. *Oẽs volũt ſapiẽtes & iuſti videri.* *Sophocles.*

*Initium eſt ſalutis notitia peccati; egregiè mihi hoc dixiſſe videtur Epicurus. Nam qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult. Deprehendas te oportet, antequam emendes.* Hæc Seneca.

Vt ergo nõ tepeat, nec ſordidè pigreſcat ſenectus, ra- *Propoſitio cõcionis.*

ta totum parabolæ huius decurſum in iuniores omnino collimatum præ grandæua ætate & annorum numeroſitate nullatenus ad ſe ſpectare; prudēter actum, ſi miſſa repetentes commonſtremus plenè hac luce, peccatores omnes adoleſcenturire, excutiendo epitheta, & connotantia adiectiua, quibus probati ſcriptores, adoleſcentiam exornarunt: recenſendo quaſi catalogum & ſeriem potioris numeri qualitatum & inclinationum cœcæ iuuentutis; ac eodem actu declarando vt eædem concurrant in peccatoribus omnibus. Eia, cuncti, iuuenes & ſenes aurem præbeant attentam huic concioni, ſpectanti ad omnes æqualiter, vtique peccatores omnes: cùm non ſit tanta ſublimatus ſanctitate quem non attingat quandoque peccati labes; neque detur tam ſenex & aridus, qui non reuireſcat & repueraſcat, patrans noxam annoſitate ſua indignam. Atque mecum ſub decurſum huius diſcurſus demiremini elegantiam, eloquentiamue Ieſu Chriſti; qui tam concinno conciſoque ſtylo peccatorem ſub adoleſcentiore concluſit, ſub exiguo velo complures impij inuoluens proprietates. *Verè nunquam homo ſic loquutus eſt.* Dicamus verò

*Ioan. 7.*

AVE MARIA.

**Adoleſcētem dicere, & peccatorem idem.**

2. Ne quiſpiam ſibi à ſenectute applaudens, auerſetur ab his concionibus, quaſi ſolum adoleſcentes reſpicientibus, ſtatuimus & tenemus (vti ſupra crebrius repetitum eſt) adoleſcēte iſto figurari peccatorem: dicimus amplius (ſpectatis epithetis & ordinarijs nominibus, quæ ſcriptores probati adijciunt paſſim voci adoleſcentis) quod dicere quempiam adoleſcentem, nihil propriè aliud ſit, quam adpellare peccatorem, & mancipium peccati. Nunquam aduertiſtis mecum, & *cum aliis, magnum illum Romanorum Oratorē Ciceronē, nunquam aut rariſſimè vti dictione adoleſcentiæ aut iuuētutis, quin ſtatim lateri eius dextro vel ſiniſtro iungat adiectiuū *feruida*? Senecā quoque ſequutum dicendo; *Regenda magis eſt feruida adoleſcētia*? Quod Claudiano nobili Poetæ dicatur *ignea*! Quod Mātuano, *ardēs*? Quorsū? Nequaquam, aut fallor, ſolum quia calor naturalis, vt aiūt medici, in ipſis am-

** Horat. Tuſcanella libello epith. antith. & adiunct. Ciceron.*

*Iuuentus* **feruida.**

amplius viget quam ſenibus;ſed & quia ardens, id eſt, ardẽter cupida eorũ ad quæ à paſſionibus ſuis impellitur;pro recepto more loquẽdi latinorũ, qui infinitiuo *ardere*, exprimũt ſummũ deſiderium, & affectatam concupiſcentiam alicuius. *Ardet abire fuga, dulceſque relinquere terras*, ait Virgilius in hoc ſignificato.

*Virg. 9. AEneid.*

Idem Cicero adpellat *libidinoſam*, voluptatum ſuarum ſeruam, ſui iuris: item *intemperantem*; ſubitam, ſuiipſius non dominam. Nôſtis, ô Docti, *Libidinoſa & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti*, inquiente Cicerone.

*Odia illa libidinoſa & delicatæ iuuentutis.*

Libidinoſa.

*Cic. de Senect. Idem l. 1. epiſt. ad Atticum.*

Claud. Claudianus, vir eruditus, haud nouiſſimus Poetarum latinorum, nominat *petulantem*, id eſt, quæ non poteſt, aut potius non vult deſiſtere à malo, tum dicto, tum facto.

Petulans.

S. Hieronymo ſcribenti Nepotiano, eſt *laſciuiens*: optimè; ſunt enim adoleſcentes, ad inſtar equulorum prurientium, & aliorum animantium nondum cicurum; quæ primis annis aliud cupiunt nihil quam laſciuire, curſitare, exilire: quò fit vt animus corpori nouello incluſus ſubſit periculo labendi in ſexcenta ſcelera: haud ſecus ac verendum puero, ſi attentauerit domare & exagitare equos indomitos ſine habenis, ſubicibus pedaneis, ephippio ſcitè conſtricto, ne alliſis ceruicibus pereat.

*Hieron. pa. 1. epiſt. ep. 7. ad Neopotianum.*

Laſciuiẽs.

Noſter Mantuanus dicacior eſt, & quodam loco acrius mordet, dicens interdum *altricem ſcelerum*, interdum *inſanam*. Nomina autem iſta, & ſcita epitheta omnia, adaptari poſſunt facillimè peccatori, vt nihil melius.

Altrix ſcelerum.

Inſana.

Quid enim ardentius, quid feruentius in ſuis affectibus peccatore? Quid aliud affectus noſtri omnes & paſſiones, quam æſtus, ignis, flammæ viuaces, corpus & animam vrentes, & in fauillam redigentes? Peccatores, inſit Dauid, *Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis*. Eccleſiaſticus ait: *In ventre impij ignis ardebit*. Iſaias vates diſſerens de impietate, ait: *Succenſa eſt quaſi ignis impietas, veprem & ſpinam vorabit*. O peccata! O flammas!

I. Peccatores vt ferüentes.

*Pſal. 117. Eccl. 40. Iſa. 9.*

vt ad normam veritatis ſermones componamus, eſtne inter ſeptem peccata capitalia ( meritò mortalia dicta, quod animis mortem inferant) quod optimè nō dicamus ardorē, ignē, flammam (excepta acedia, quæ videtur cinis & fauilla cæterorum?) Si ſuperbiam allegauero, an non ignis, & concupiſcentia ardēs propriæ excellentiæ? Si auaritiæ ſit mentio, quæ aptior dictio exprimendæ alterationi & ſiti vehementi auri & argenti, qua diſcruciantur animi Tantalorum illorum, qui ardere, feruere, æſtuare auaritia? Huius teſtes mihi erunt periti ſcriptores omnes qui cupidinem lucri & opum terrenarum immoderatam inſinuare volentes, ferè alijs non vtuntur verbis, quam feruere, ardere, vri auaritia. Horatius:

*Feruet auaritia, miſeraq́; cupidine pectus* &c.

Horat. l. epiſt.

Claudianus libro 1. in Ruffinum de eius auaritia:

*Plenus ſæuitiæ , lucriq́ue cupidine feruens,* &c.

Paulò poſt:

*Ardebit maiore ſiti.*

Quoad luxuriam, quis ignoret ignem & flammas, cum nihil ſit propius accedens ad naturam ignis materialis, quam malum iſtud vndique conſumens? Id pronuntiarunt vnanimiter Poetæ omnes Græci, Latini, Galli; qui de hoc æſtuante malo diſſerentes, aliud nihil ore & calamo verſant, quam ignes, flammas, titiones, faces, æſtus, feruores, ardores, calores amoris, aliaq́ue innumera ſexcenta , ex quibus ſatis conſtat quid luxuria.

Virg. Bucol. Eclog. 2.

*Corydon ardebat Alexin*, pro, *impatienter amabat*, inquit Virgilius.

Nedum Poetæ docuerunt amorem eſſe flammas, ſed & Philoſophi. Quin aſſerebat Xenophon amorem multò ardentiorem & acriorem igne: igne non vrente niſi eos qui ſe tangunt, & vicina in fauillam reducente: amore verò adurente etiam aſpicientes, etiam procul; nec non aſpectos. Quò forte ſpectabat Virgilius cum diceret: *Vritq́; videndo femina.*

Prouectiores in Philoſophia noſtra Chriſtiana pari nomine eā ſignant; vt S. Hieronymus in quadā ſua epiſtola

ſtola hoc modo exclamans: *O ignis infernalis luxuria: Ecce ignē; cuius materia, gula:* en lignū; *cuius flamma, ſuperbia:* flammam; *cuius ſcintillæ praua colloquia:* ſcintillas; *cuius fumus infamia*: fumū; *cuius cinis, immunditia*: cineres; *cuius finis gehenna!* O ignem ardentem! O viuidas flammas! demum ad multò acriores & intolerabiliores, deducentes!

D. Ambroſius libro 4. in Lucam, ſub finem: *Nec minorem febrem amoris eſſe dixerim quā caloris. Itaq; illa, animū febris, hæc corpus inflammat. Febris enim noſtra, auaritia eſt: febris noſtra libido eſt: febris noſtra, luxuria eſt: febris noſtra, ambitio eſt: febris noſtra, iracundia eſt.*

Deinde, anatome quorundam noſtræ ætatis, hoc calore æſtuantiū, nobis eſt argumento ſufficienti. Petrus Boyſtuaus Launæi dominus ſcribit ſe interfuiſſe diſſectioni ſiue anatomiæ quorundā; quos cōſtabat præ amore defeciſſe. Ipſis dicit viſcera retracta, cor omninò alteratum, iecur fuliginoſum, pulmones aduſtos, cerebri ventriculos læſos fuiſſe; crediderim, ait ille, eorum animos coctos & toſtos, vnde? Ab aliquo igne dubio procul, aut re alia ſimili, cui neceſſariò quædam virtus ineſt calefaciendi & vrendi; nec enim alteri dari poteſt quod nō habetur. Id autē aliud erat nihil præter amorē; amor ergo, & concupiſcentia carnis, ignis eſt & flāma. Ad ampliorē porrò horū certitudinē, adijciamus ſubſcriptionem & ſigillum Spiritus ſancti; qui referēs vt Holofernes amore Iudith tentoriū ſuū ingreſſæ captus, ad eius anhelaret amplexus, ait: *Cor autem Holofernis concuſſum eſt; erat enim ardens in concupiſcentia eius.* Si ardebat, quis dubitet ab igne paſſum? Si igitur amor, & libidinis paſſio ignis eſt & flamma; ardere facit & feruere quos attingit, & q ſe ab eo domari ferūt; qui & peccatores. Exinde cernitis conuenientiam adoleſcentis & luxurioſi, quibus æquè conuenit epithetum & adiectiuum æſtuantis, aut feruidi.

*l. 3. ſuî theatri.*

*Iudit. 12.*

De homine iracundo fuſum non intendo ſermonē, quo probem conuenire feruore cū adoleſcente: vix enim phraſis alia ſine elegātia paſſim occurrit inter Latinos ad exprimendum hominem iratū, quam ſi dicas: *Accenſus eſt ira. Subitas exarſit in iras. Æſtus irarū.* Neq;

vide-

videtur reluctari textus ſacer, iracundiam multis in locis dicens modò ignem, modò ollam feruentem.

Iob. 41. *Sternutatio eius, ſplendor ignis; & oculi eius, ut palpebræ diluculi.*

*De ore eius lampades procedunt, ſicut tedæ ignis accenſæ.*

*De naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque feruentis.*

*Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.*

Ierem. 1. Similiter Ieremias: *Quid tu vides? Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.* Ipſi Phyſici omnes teſtantur choleram eſſe ſanguinem feruentem, ex omnibus corporis partibus collectum circa cor. vnde feruores, æſtus, calores iſti ſanguinis humani, niſi quidam lateret ignis; eo modo foueus & accendens? Strabones & cæci manifeſtè cernunt iram non aliud eſſe quam flammam, dum viſitur iratus vultu accenſo velut ignis, fumus è naribus denſos euaporans, os ſpumans, fulminans verborum horrendorum tonitrua, & ab oculis neſcio quas emittens ſcintillas. Profectò feruentes illi micanteſque oculi, non perſuadeant vnquam interius non eſſe faces, quarum lumine exterius micent & ſcintillent.

Inuidum quoque flammis non torqueri, non dubitem. vultus pallens & extenuatus, quem communiter deprehendo in liuidis, ac ſi ardoribus ſolis penitus eſſet aduſtus, ſatis ſuperque teſtatum relinquit.

Epiſt. 2. *Inuidus alterius rebus macreſcit opimus*, ait Horatius.

Lucret. 3. Lucretius: *Macerat inuidia.* Ouidius:

Ouid 2. Metam. *Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.*

vnde quæſo liuidorum macies iſta corporis? vt æſtus æſtiuus intrante ſole caniculam gramen exſiccat, extenuat, arefacit, vernantem adimit virorem; ita arbitrer, ſplendorem virtutis & gloriæ alienæ adurere corda animoſque iſtorum, & ſuffocare omnem ſpeciem, omnem decorem vultus, pallentes, euauidos, flaccidos efficiendo.

Gulam ſi proferas; digito palpat mundus totus guloſum æſtuare; & neſcio quem rogum in ſtomacho eius foueri, qui ſitim ipſi prouocet extremam, cui iugis refrigeratio neceſſaria ſit, vti fornaci vehementer ſuccenſæ; aſt quæ plerumque maiorem ſuſcitat æſtum; quemadmodum aqua modica carbonibus fabri ferrarij ſuperiacta, ampliorem aſperioremúe producit ignem. Itaque peccator omnis, quemcumque delegeris, poteſt dici æſtuans & feruens; vnde inferimus à Chriſto peccatorem eleganter dici adoleſcentem. *Nunquam ſic homo loquutus eſt.*

Si quæras nunc, qua ratione peccator omnis dici queat libidinoſus (qualem eſſe regulariter diximus adoleſcentem) reſpondeo, peccatorem quoties peccat, toties ſuam comprobare libidinem; cum omne peccatum ſit ſpiritualis libido, per quam miſſo noſtro ſponſo Deo, adulteramur cum diabolo. Hinc peccatores frequenter in ſacris litteris dicuntur adulteri & fornicatores: *Peccatum*, quaſi *pellicatum* dicas, ſecundum ætimologiam latinam. Nunquid Dauid: *Ecce qui elongant ſe à te peribunt, perdidiſti omnes qui fornicantur abs te*? vbi notandum veritatem hebraicam vti dictione ſignante idem, quod *ſcortari*, lupanaria frequentare. Ita Oſeas Propheta monet peccatorem nō exultare quod ſit voluptatibus potitus ſuis, quia fornicatus non ſit cum alio, quam Deo, id eſt, vbi deliquerit; quo in loco eadem voce vtitur Hebræus: *Noli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi, quia fornicatus es Deo tuo.* Certiſſimè, quid aliud honores, opes, voluptates omnes huius vitæ quam pellices omnes & ſcorta, varijs illecebris nos demulcentes vt coniugij cum Deo initi fidem præſtitam ſoluamus? Nunquam legiſtis, *Sponſabo te mihi in fide*, ô peccatores, ô fornicatores? Quis non videat?

Peccator libidinoſus.

Pſal. 72.

Oſee. 9.

Deinde, de ipſorum intemperantia, quis dubitet? Si intemperantiæ eſt non abſtinere à vetitis, aut potiri vtique immoderatè aut præmaturè licitis; effugiatne peccator intemperantiæ notam, amplectendo crebrò ſibi interdicta? Fruens toties permiſſis & licitis tam effusè? Anxiè peroptans innatare & immergi medijs

deli-

delitijs hic infernè, vbi non eſt locus nec conclaue de-
litiarum; non plus quam vita hæc tempus eſt & meſſis
voluptatum? Quod ſi forte moneatur, & carpatur, ob-
trudet, ſe non poſſe deſiſtere : Fateatur potius ſe non
velle, & credimus ei; hac ratione ſe dignum reddet no-
mine intemperantis & petulantis. *Sicut vacca laſciuie*
Oſeæ. 4. *declinauit Iſrael.*

Quid dicam, quod non ſit ſatis ipſi viuere effuſè, &
petulanter quoad ſe; ſed quod (ad malitiæ ſuę comple-
mentum) alios demulceat, vt pertrahat; aut foueat cō-
firmetq; in malitia, quos iā demerſos deprehenderit;
non ſolū factus eis laqueus, lapis offenſionis & petr-
ſcandali fragilitate ſua, ſed volūtate ad hoc delibera-
ta; tā à mente eſt alienus, & tam inſanè amore pecca-
captus? *Inſana & altrix ſcelerum.* Nonne conuenientia
maxima primorum epithetorum & adiectiuorum ti-
tularium adoleſcentis & peccatoris?

Veniamus nunc ad epithetum & nomen potiſſimū
ꝙ ſuperiori cōcione mōſtrauimus cōuenire adoleſcē-
ti, munduſq; totus vno ore ipſis tribuit; nomen inqu-
ſtulti; cōperiemus certè hoc ſolo nomine Chriſtū di-
ſertiſſimè cōparaſſe peccatorē adoleſcenti, vtiq; qui-
bus nihil magis proprium quam ſtultitia. Neque de-
miremini Auditores, me diutius detineri explicand-
ſtultitiæ peccatoris. Namq; in Eccleſiaſte teſtatur Sa-
lomon, ſe aliquando operā dediſſe inueſtigationi ſtul-
Eccl. 1. titiæ & prudentiæ hominum. *Dedi cor meum vt ſcirem*
*prudentiā atq; doctrinam, erroreſque & ſtultitiā.* Notate
Hieron. *ſtultitiā.* Super quibus verbis dicit S. Hieronymus pri-
tom. 7. in mū gradū ſapientiæ eſſe, ſtultitia carere. *Contrarijs co-*
1. Eccl. *traria intelligūtur. Et ſapientia prima, eſt ſtultitia caruiſ-*
*ſe. Stultitia autē carere non poteſt, niſi qui intellexerit e-*
Quare haud abs re fuerit agere de ſtultitia peccatoris.
1. 3. Porrò, omnem peccatorem eſſe ſtultum & amen-
tem, vix aliud quicquam canunt Scripturæ. Non me-
miniſtis eorum quæ dicit Moyſes arguens populum
Deuter. ſuum ingratitudinis & obliuionis beneficiorum Dei
32. *Gens abſque conſilio eſt & ſine prudentia. Vtinam ſape-*
*rent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent!* Quid hoc
abſque conſilio, ſine prudentia, aliud quam aperti-
vm

verbis exprimere ſtultum? Populus autem iſte propter peccata ſua talis comprobatur; ſequitur, ergo peccator eſt ſtultus.

*Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei ſtultitia enim eſt illi.* 1. Cor. 2.

*Vſquequo ſtulti ea quæ ſibi noxia ſunt cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam?* Prou. 1.

*Hæccine reddis Domino, populus ſtulte & inſipiens?* Nõ aduertitis peccatum dici communiter in ſacris litteris ſtultitiam; & nos dicamus regulariter quempiam ſtultè egiſſe admiſſo enormi crimine? Propheta Dauid, agens de adulterio à ſe commiſſo cum Bethſabe vxore Vriæ, & ſubſequuto homicidio, expreſsè peccatum ſuum nominat inſipientiam: *Putruerunt* infit, *& corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*. Et alibi: *Deus tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita*. Igitur, ſi albedo parieti inhęrens parietem denominat album; & AEthyopem denominamus nigrum à nigredine ipſi inhęrente; non enũciabimus peccatorem ſtultum à ſtultitia quæ in ipſo eſt? Intrepidè peccatores omnes pronuntiabimus ſtultos, quãdoquidem hoc nomine eos inſigniat textus ſacer. Quî non iſtiuſmodi dicamus, qui ſe tales ipſi denominant? Etenim in libro Sapientiæ, vbi agitur de lamentis, gemitibus, planctu, geminandis tandem ab impijs reprobis, non verentur apertè ſe fateri tales. *Hi ſunt*, inquiunt, *quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati, vitam illorum æſtimabamus inſaniam.* En teſtimonium quod impij ipſi perhibent de ſe, & de ijs qui laudabiliter ſe habuerunt in hac vita Imò verò Ethnicorum Philoſophorũ gymnaſia, neminem dicunt ſapientem niſi probè viuentem; nullum ſtultum, præterquam peccatorem. Rogatus magnus Socrates quinam dicendi eſſent deſipientes, dixit: Ij qui facilè & leui de cauſa offendunt: ſapiẽtes autẽ ſunt, qui ſecus. Scrutamini quid propriè ſignificet inſipientia, germanam eius proferte definitionẽ ſiue deſcriptionem, mox ſubſcribetis mecum ea redũdare peccatorem; & totius orbis inſipientiſſimum

Deut. 32. Pſal. 37. Pſal. 68. Sap. 5.

concedetis: Lubet audire quid connotet ſtultitia? Ni-
11. hil aliud, vt arbitror, quam defectum & eclypſin ſa-
pientiæ; quo hominis mens ſic retunditur & hebeta-
tur, vt omnes ſuos actus à iure & ratione dimoueat.
Eum quoque dicimus inſipientem, qui hanc patitur
eclypſim, & habenas laxat affectibus ſuis, contra ra-
*Lact l. 5.* tionis dictamen. Iuxta definitionem Lactantij Firmi-
*inſtit. cap.* ni in inſtitutionibus diuinis: *Stultitia eſt in factis dictiſq;*
18. *Macr.* *per ignorantiam recti ac boni erratio*: Et Macrobius in
*l. 1. in ſom.* ſomnium Scipionis: *Eſt politica prudentia ad ration*[is]
*Scip. c. 8.* *normam quæ cogitat quæque agit vniuerſa dirigere, ac n*[i]-
*hil præter rectum velle vel facere; humaniſque actibus t*[an]-
*quam Diuis arbitris prouidere. Prudentia inſunt ratio, in*-
*tellectus, circumſpectio prouidentia, docilitas, cautio.* De-
pere ergo nihil aliud eſt, quam non videre, aut cæcum
eſſe in ſuis rebus. Quid verò cæcius peccatore hab[et]
*Pſal. 81.* mundus? Vates regius nunquid dicit; *Neſcierunt, ne*[que]
*intellexerunt, in tenebris ambulant?* Sapiens Salomo[n]
ſapientis Regis natus, eodem Dei ſpiritu impulſus, c[on]-
ferens iuſtum cum peccatore per antitheſim, con[ſo]-
nans patri, dicit ſapienter iuxta ac verè: *Iuſtorum ſe*[mi]-
*ta quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit vſque ad per*[fe]-
*ctam diem: via impiorum tenebroſa; neſciunt vbi corru*[ant].
Id eſt: In omnibus actibus eorum ſplendet ſapientia,
dominatur prudentia, & ducatum præbet: impij a[u]-
*Prou. 4.* tem cæcutiunt in omnibus. Deus quoque loquens [de]
peccatis Iſraelitarum ſub nomine Ephraim dicit: *F*[a]-
*Oſea. 7.* *ctus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens co*[r],
*Amos 1.* id eſt, *ſine intellectu* (vt legunt nonnulli) *intelligentia &*
*prudentia carens.*

*Ambulabunt vt cæci quia Domino peccauerunt.* Ta[n]-
ta cæcitate perculſus eſt peccator, vt cæci nomen a[t]-
*Iſa. 14.* deatur ipſi proprium, nec cuiquam poſſit alteri [æ]-
*Luca 12.* quam conuenire, ſaltem tam apposite. Sermonem [fa]-
*dicitur* cens Deus de Iudæorum infidelitate, per quam in O-
*auaro:* ceanum aliorum ſcelerum præcipites ibant, inter[ro]-
Stulte, gationem geminat in Iſaia, dicens: *Quis cæcus, niſi ſe*[r]-
hac nocte *uus meus & ſurdus, niſi ad quem nuntios meos miſi? Quis*
repetent *cæcus, niſi qui venundatus eſt? Et quis cæcus, niſi ſer*[uus]
&c. Do[mini]

*Domini*? Sub quæſtionibus & reſponſionibus iſtis, ſentio & conſpicio deliteſcere, magnum *Nemo*; quaſi, ex ſententia & iudicio Dei nemo melius mereretur nomen cæci, quam peccator Ipſi Poetæ, effuſos & excedentes quocumque modo nominant cęcos, animo hebetes & cæcutientes:

*Ariſt. l. 7. Ethic. cap. 10.* eum qui prudens ſit, ſimul & probũ eſſe moribus *ait*.

*O cæcas hominum mentes! O pectora cæca!*

Quis ſcit an opacitas tenebrarum in vniuerſam Ægypti regionem effuſarum, non tam reſpiciat excæcationem mentis ipſorum per flagitia ſua, quam vindictam & iuſtitiam viſibilem Dei, in barbariem tyrannicam Regis? Quid mentis cæcitas, niſi inſipientia mera? Peccatore itaque hac cæcitate icto, nunquid non ſequitur eum quoque verè inſipientem eſſe? vocet in dubiũ cui libuerit; ego verò exiſtimem ſemper, quod quicumque tranſgreditur leges creatoris, aliter denominari non queat quam inſipiens, & mentis inops. *Omnis malus ignorans*, ait Ariſtoteles. Et Salomon: *Errant qui operantur malum.*

*Ariſt. 3. Ethic. c. 1. & 1. Ethi. Prou. 22.*

Ignariſſimi omnium ita ſentiunt, etiam inſipientiſſimi (tametſi eligant malum neglecto bono) qui nihilominus præferunt malum bono; quod ipſorum iudicio videatur præſtare bono quod reijciunt. *voluntas ſecundum naturam quidem boni eſt, præter naturam verò mali: & vult natura quidem bonum, præter naturam verò, & ex mentis quadam euerſione malum.* Ita Ariſtoteles. Cumque nihil ſit noxium magis, nihil infelicius peccato: rurſus, nihil vtilius, nihil beatius virtute: ſequutus ſua deſideria peccator, laxatis habenis poſt peccata velociter currens, atque virtutem, quaſi peſtem, aut contagionem aliam fugiens, iudicio Philoſophi; totius orbis ſententia (dico circumſpectiorum) imò, placito ſtultiorum & imprudentiorum, prudentiorum autem in hac re, peccator, inquam, eſt omniũ ſtolidiſſimus. Quis enim non cenſeat fatuum, componentẽ omnes actus, conatus ſuos omnes præter æquitatem & rationem? Quis inficietur peccatorẽ inſipiẽtem, tranſgrediendo decreta & conſtitutiones Dei ſui, quę aliud quã ius, ęquitas, ratio, quin norma & libella

*Vide Aug. deductionem ſer. de Innocentibus. Ariſt. 1. & 5. III.*

ad quam omnis æquitas conformari & æquiparari de-
*Pſal.* 118. beat? *Omnia mandata tua æquitas*, ait Vates. Quod-
cumque enim ſtatuit & decernit voluntas diuina, non
poteſt non eſſe rectum, & vndique tale, quale voluerit
æſtimare. vt enim in omni genere, quod primum in eo
eſt, eſt norma & regula omnium quæ ſub eodem gene-
*Ariſt.* 10. *Meta.* re continentur; *In omnibus generum ſpeciebus eſt deue-
nire ad vnum quod ſit metrum & menſura omnium quæ
ſunt in eodem genere.* infit Ariſtoteles: ita, ex ſententia
Theologorum Deus creator & opifex omnium, eſt
perpendiculum, linea, regula infallibilis totius æqui-
tatis, ſapientiæ, perfectionis omnis: omneq; quod di-
iuſtum, pulchrum, bonum, tale eſt, & tale credamus
oportet; multo magis quam crederent diſcipuli * Py-
thagoræ theſes & opiniones eius eſſe veriſſimas; imo
diſputandum contenti allegaſſe, αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit
ſcilicet præceptor Pythagoras. Quicquid ergo non
componitur ad ſapientiæ diuinæ perpendiculum, me-
ra eſt fatuitas & inſipientia. Conſtat porrò nihil magis
curuum, nihil remotius à rectitudine ſapientiæ iſtius
quam peccatum; igitur concedatis lubentes neceſſa-
riò peccatorem inſipientiſſimum. Adhæc, ſi amentem
verè iudicamus eum, qui probat & ſectatur quæ pru-
viri non ſolum non quærunt, ſed horrent ſummè, exe-
crantur, & pedibus, manibuſque iudicant fugienda:
ſtatuendum eſt mecum peccatorem deſipere, qui quæ-
rit, ſectatur, amplectitur, ambabus vlnis complexatur
peccatum, quod Deus Creator fons inexhauſtus ſa-
IV. pientiæ iudicat abominandum ſuper omnia. Si ſtoli-
dum, & amentem iudicamus, qui ipſe ſibi cogit, &
V. congregat mare miſeriarum & ærumnarum, quia præ-
ter rationem & inſtinctum naturæ operatur, quo im-
pellimur ad conſeruationem & protectionem noſtri,
& ad inquirendum facientia & neceſſaria in eum finem:
Deus bone, quæ amplior inſania quam committere
peccatum, quod ſolum exiſtimandum miſeriæ miſe-
riarum, vtrique vnica origo, parens, fouens ærumnas o-
mnes, præteritas, præſentes, futuras, omni rationi

cre-

* Tantum opinio de Pythagora præiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret authoritas.

*Vide Cicero l. 1 de nat. Deorum.*
*Valer. Max* 5. c.

creaturæ, tam Angelicæ quam humanæ? *Principio generi animantium omni vt ſe, vitam, corpuſque tueatur,* VI.
*declinetque ea, quæ ſibi nocitura videantur* &c. Quæ rerem libenter ab aduerſarijs, quam ob rem animantia iuncta præter hominem ſint ſtolida, & irrationabilia? Arbitrer hominem omnem ( ni & ipſi irrationales ſint) reſponſurum, potiſſimum quia non meminerunt præteritorum; quia non diſponunt de præſentibus ex induſtria & conſilio; quia nulla ipſis eſt prouidentia, præuidentia, prouiſio in futurum.

Aulus Gellius lib. 13. noctium Attic. cap. 8. dicit Afranium Poetam veriſſimè ſenſiſſe vſum & memoriam eſſe parentes ſapientiæ, quod ſcilicet acta oporteat meminiſſe, & ex ijs ſapere, verſus Afranij: *vſus me genuit, mater peperit memoria, σοφιάν vocant me Graii, vos ſapientiam.*

Publius Mimus: *Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.* Ita eſt. Si ideo dicuntur irrationabilia & imprudentia; quare non adſtruamus peccatorem eiuſmodi, in quo concurrunt omnes eclypſes & deliquia? Quæſo ſapitne, aut rationalis eſt, qui non meminit vnico proteruiæ actu præcogitatæ in mentibus Angelorum, nobiliorum & potiſſimorum miniſtrorũ Creatoris, à
ſummo felicitatis faſtigio, in malorum omnium abyſ- *Iſa.14.*
ſum præcipites datos? Deus bone! Compoſne mentis
is, cuius memoria excidit citiſſimè protoplaſtos ino- *Gen.3.*
bedientiæ actu vnico, eiectos vna cum poſteris paradiſo illo voluptatis, miraculo ſanè hortorum totius orbis, actos in carcerem, & demerſos profundo miſeriæ, ex immortalibus factos morti ſubiectos? Quid obliuio præteritorum, ſi non, quando atrocia ſupplicia ſumpta quondam de peccatoribus non redeunt ad memoriam, quo velis remiſque fugiantur? Ait quidam:

*vel piſcator ictus ſemel ſapit:*
*vel peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit.*
*Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,*
*Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.*

Peccator verò toties increpatus, toties correptu propter peccata, mox vt exigua ſeſe offert voluptas, nullatenus fugit, offendit centies ad eũdem lapidem ſimilis Troianis; qui crebrò decepti & circumuent æſtu Vlyſſis, non valuerunt declinare dolum poſtr mum funeſtum; nempe immenſum illum equum instar montis, quanquam moniti, & Litator Laoco conclamaret:

Virg. 2. ÆEneid.

*O miſeri, quæ tanta inſania, ciues?*
*Creditis auectos hoſtes, aut vlla putatis*
*Dona carere dolis, Danaûm? Sic notus Vlyſſes?*

Quid prudentius peccator, qui (tametſi haud ign ret dolum & aſtum diaboli; ſciat vt fallaces, mend ceſque ſint promiſſiones mundi & carnis; crebrò ſ geratur ipſi, vt aurem non præbeat eorum perſua nibus; nihil ob oculos collocetur præter mala & ſu plicia quibus oppreſſi fuerunt quondã aliqui prop peccata, originem ducẽtia à fraude eorum) nihilom nus audit, & operi mandat placitum hoſtium, po quam amicorum; adeò vt non ſolum lentè & pede tim inſequatur peccatum, ſed, dicente Scriptura, C *runt pedes eorum in malum?*

Sap. 1. *Iniuſtitia, mortis acquiſitio, impij autem man & verbis accerſierunt illam.*

Pſal. 13. *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem*

Pſal. 49. *Si videas furem, currebas cum eo, & cum adulteris p tionem tuam ponebas.* Sicque comprobat peccato verè ſtolidum, ad inſtar brutorum, immemor cala tatum & plagarum quæ euenerunt per peccatum, q ab eis ſummoperè caueret.

Terent. in Eunucho. *Et prudens ſciens, viuus, videnſque pereo.*

Menãder. *Heu! mihi ſacrum eſt omninò malum, Bonum v dere, non vti tamen ipſo.*

Ouid. 7. Metam. *Video meliora proboque, deteriora ſequor.*

Quid eloquar nunc, vt de rebus ſuis præſentib diſponat, in quarum bona vel præpoſtera diſpoſitio elucet maximè hominis aut prudẽtia, aut inſipienti Si huic articulo inhæſero, omnes facilè conceder peccatorem ſtultiſſimum; neq; hoc ſolũ; ſed & plu

qua

quam velim, ſcilicet pluribus eorum, qui ſapientes & conſulti ducuntur in ſummo gradu, ineſſe haud minimam portionem inſipientiæ, quæ plenaria deprehenditur in peccatoribus. An nō perperam rebus ſuis prouidere dicetur ea familia, quæ habita oportunitate adiungendi multas poſſeſſiones ſuis exiguo pretio, & æquiter, nō ſtudebit erogare in eas pecunias ſuas potius quam perdere? Aut ſi ære multo conſtringitur alieno, non contendet eo ſe eximere, maximè ſi ſuppeditetur vnde; potiſſimum ſi certò exploratum habeat ſubſequuturum tormentum, ni fecerit? Omni etenim tempore, omni ætate receptum fuit prudentiam aut imprudentiam hominis obſeruare ex captata vel non captata occaſione faciendi vel non faciendi benè aut perperam aliquid. Probè nouimus verò, ex omnibus poſſeſſionibus, ex alijs bonis cunctis quæ poteſt ſibi acquirere homo, non dari certiora, vberiora, exſpectatione ſua poſſeſſores minus fruſtrantia, quam æterna, de quibus S. Paulus & Iſaias dicunt, quod, *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ preparauit Deus diligentibus ſe*. Scimus quoq; Deū prędia iſta expoſuiſſe auctione publica addicenda, tenuiſſimo pretio, voce præconum, Prophetarū ſuorū; vt ſc. exiguū tēpus labilis vitæ huius & breuis obſequijs eius deuoueamus; quo exiguo pretiolo, non obſtante, quod *non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam*; & nihil ſit collatum ad præſtantiā prædiorum, gratia ſua ſatisfactum ſibi ducit: Non impendit peccator vitam hanc officijs & miniſterijs diuinis: igitur ſuam dementiam comprobat, non arripiendo capillitium anticum occaſionis oportunæ. Seipſe euincit ſenſu & intellectu deſtitutum, malens tempus perdere & decoquere, quam feliciter ad vſuram dare. Perdere, inquam: quod enim non erogatur in adeptionem hæreditatis iſtius, verè perditum eſt, & auolat irreuocabile. Alatum eſt tempus, fulgure leuius fertur, nunquam reuerſurum.

*1. Cor. 5. ex Iſaia.*

VIII.

*Fugit irreparabile tempus.*

*Nec quæ præterijt curſu reuocabitur vnda.*

*Virg 3. Georg. Ouid. 3. de arte.*

*Nec quæ præterijt hora redire poteſt.*

Seneca libro 1. epiſt 1. *Turpiſſima temporis eſt iactura*
*quæ per negligentiam fit. Etſi volueris attendere , magn*
*vitæ pars elabitur male agentibus , maxima nihil age*
*tibus, tota aliud agentibus* . Nihilominus nihili duc
illud peccator , neque vilius quippiam in taberna
contiueri putat : hinc tres, quatuor horæ in crapula
inſumptæ, nihil ipſi ſunt; totidem, riſui immodera
conuiuijs, commeſſationi, nihil: tres, quatuor an
capeſſendæ auræ amaſiæ cuiuſdam, & procando
penſi, potius quam ſtudio acquirendi gratiam Dei,
hil.

Quærit, ô veſaniam! quærit, quibus inſumat te
pus? Qui diem terat? Miſceamus colloquia, inqui
damus, choreas ducamus, ne peius dixerim , do
effluat hora. O veſanum! O prodigum ! Nihil pre
ſius tempore; aſt, eheu! nihil hoc tempore vilipe
tur magis . Effluit & auolat ſalutis dies , & nemo
tendit; quæritur nemo diem fugere, nunquam r
turum. verùm vt capillus ne vnicus de capite pe
hominis; ita ne inſtans , ne momentum tempor
fluat , cuius Deus rationem non exigat ;| aſſcbat
mus, ſanctus Bernardus. *Nil pretioſius tempore: &*
*nil hodie vilius inuenitur Tranſiuit dies ſalutis, & n*
*recogitat: nemo ſibi perire diem & nunquã reditur*
*ſatur: ſed ſicut capillus de capite ſic nec momentum pe*
*de tempore.*

Bern. ſer. ad Scho lares.

Quæris demens , quibus inſumas pretium bea
tudinis æternæ? Petis, quibus tempus per diem
las, quo permutare, aut comparare potes immor
tatis dies? Attende, quid cõmuniter reſpondeamus
pinonibus, decoquentibus bona, quibus primum c
ditoribus ſatisfacere debuerant; rependè miſer, re
de æs alienum primũ; poſtmodum ſplendidius vi
licebit. Cogita ſeriò, quod ſi daretur ęternũ damn
aut purgatorij pœnis adiudicatis in multos annos,
cuperare & inuenire quod perditum cupis, penſa,
quærerent; quibus rebus tranſigemus tempus? Au
quid inſumemus illud? Perpẽde, an nõ iugiter fle

quo tēpore rides:an nō pænitudine tunderent pectus? dū illud obruere ſtudes cōmeſſationum frequētia Arbitrer atrociſſimū omniū tormentū malè habitantiū in altero ſeculo, illud eſſe magni Marci Aurelij, non minus Philoſophi quam Cæſaris, qui in extremis conſtitutus, & iam animā agens, Panucium qui ipſi à ſecretis erat, ſic affabatur: Ex omnib⁹ quæ poſſedi, aſſequutus, quibus potitus ſum, duo mihi ſuperſunt; nempe cruciatus, quia offendi Deos (ethnicus loquitur) & pænitudo temporis profligati, & in vitia impenſi.

*Apophth. de M. Aurel.*

Plutarchus tomo 1. vit. in Catone Maiore. *Tria ſe in vita admiſiſſe dicebat Cato quorum pœniteret. Primum, ſi mulieri arcanum commiſiſſet: alterum, ſi eò nauigaſſet, quo pedeſtri licuiſſet itinere venire: tertium, ſi qua die nihil ſeriæ rei egiſſet.* Et dicis, in quibus ludam otium? Solue quod debes tempore iſto; pende redemptionem animæ tuæ: eroga ingenuè quicquid temporis habes; nec enim ære alieno liberare te quibis in rigore. Ita eſſe Doctor Illuminatus S. Climachus teſtatur dicens, quod ſi perpenderemus peccata noſtra prout æquilibrio perpendenda forent, perſuaſum haberemus nos pro illis ſatisfacere nunquam poſſe; tāetſi mille annis abſtineremus in pane & aqua; quin etiāſi vniuerſum mundum, vt nobiſcū pro nobis lugeret, adduceremus; neque quidem ſi ab oculis noſtris educeremus Jordanem. Quid enim eſſe putas, inſit, offendere Deū, omnipotentē, infinitum, in cuius vultum intueri non audent abſque timore & reuerentia ſumma ſpecioſiſſimi Seraphin & Cherubin? *Leue nunquam eſt, Deum etiam in exiguo contemnere, qui non tantum ad qualitatem peccati reſpicit, ſed etiam ad perſonæ contemptum.* ait Sanctus Hieronymus. *Forſitan paruam æſtimas culpam. Dico tibi; quod nec pro minima culpa totus ſatisfacere mundus poſſet, niſi Deus ex ſua pietate dignetur ignoſcere.* Hoc & D. Baſilius aſſerit in regula. Sententia illa profectò terribilis eſt, & quæ comas obrigeſcere faciat ſufficiens, attamen veriſſima. Et petis, quibus operam dabis,

*Hieron. to. 4. in regul Monach. c. de Obedientia.*

*Ide ibid.*

vt tempus fallas; tu cui non vna ſolum oblittera-
da noxa coram Deo, ſed fortè myriades, non qualium
qualium, ſed ex ordine atrociorum & magis abomina-
darum; *decem mille talenta*, id eſt, *infinita peccata; talen-
ta*, id eſt, *enormia grauia*. Cum non ſit vita tua mille an-
norum, ſed ſis *breui viuens tempore*, quæris, in quibu
tranſigas otium? O prodigioſam prodigalitatem! O
portentoſam veſaniam! Peccator miſer, dicis tere
tempus?

D. Bernardus ſerm. ad Scholares. *O donec pertra-
ſeat hora quam tibi ad agendam pænitentiam, ad ob-
nendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promeren-
dam gloriam miſeratio conditoris indulgeat! Donec tra-
ſeat tempus quo diuinam propitiare debueras pietatem,
properare ad Angelicam ſocietatem, ſuſpirare ad amiſſam
hæreditatem, excitare remiſſam voluntatem, flere com-
miſſam iniquitatem!* Hoc itaque loco euidenter prop-
lat peccator vt ſenſu & mente ſit vacuus, & inept
diſponendis præſentibus rebus, & quas obuias ha-
bet.

Hoc eſt diſſipare ſubſtantiã ſuam.

IX. Quid eloquar amplius? An non veſaniæ argume-
tum, rem omnium calculo digniſſimam, margaritam
pretioſiſſimam, vilibus diſtrahere, & cõmutare in re
nullius pretij? Quotuſquiſque noſtrum non iudicet
Gen 25. deſipuiſſe Eſau, oppignorando hæreditatem, & natu-
rale ius primogenituræ lentis edulio? Quis veſaniæ
non inſimulet protoplaſtos, quod permutarint para-
Gen. 3. diſum totum, & eo contenta (omitto vitam æternã, &
alia plura) pomo, ſibi interdicto? Et vt ad Poetas ve-
niamus, quis non accuſet imprudentię Paridem Regi
Priami natum, qui offerente Minerua ſapientiam
ſingularem; Iunone regnorum & opum claritatem;
Venere, ſpecioſiſſimam adoleſcentem in thori
ſociam, omnibus certatim ſpecioſa ſpondentibus
carnali offuſus laſciuia & concupiſcentia, potius ele-
git promiſſa & munera adulteræ, quæ ſibi & ſuis
exitio tandem fuerunt, quam ſapientiam Miner-
uæ, Iunonis regna, & Veneris virginem? Pro

nun

nuntiemus ſententiam in peccatores, & inſipientiæ condemnemus omnes; fuerint guloſi, vt Eſau, aut protoparentes noſtri; libidinoſi, vt Paris (neque enim Alexandrum dixero, tam ſplendidum nomen immeritum,) & alia omnia mancipia voluptatum illicitarũ. Quî non? Diſtrahunt etenim gloriæ hæreditatem, minori pretio quam lentis edulio, quam pomo, vt potiãtur Helenæ amplexibus. De guloſis dicere lubet cum Jeremia Threnorum 1. *Dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam.*

Plat. 5. de leg. *Nihil terrenum rebus cœleſtibus venerabilius eſt.*

Ibidem: *Totum quod ſuper terram, quodue ſub terra eſt aurum, virtuti compenſare dignè non poteſt.*

De voluptuoſis, qui gaudijs & voluptatibus frui poterant maioribus & honeſtioribus, talibus, vt eorũ celſitudinem attingere nequeat homo notione, ijs ſcilicet ipſis apparatis in æterna beatitudine, reſpuerunt ea nihilominus ſpontaneè, vt cœnum & ſordes amplecterẽtur delitiarum, quid eloquemur, niſi quod idem Vates? *Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in* Thren. 4.
*vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.* vt porcus, vt gallus gallinaceus præfert frumenta & ſordes margaritis, ſic omnis voluptuarius. Ac ita de peccatoribus omnibus in genere. Neque eorum fatebimur amentiam? Profectò, redundant vberi.

Imprudentia illa peccatoris, in præpoſtera diſpo- X.
ſitione & diſpenſatione temporis præſentis tam pretioſi; & puſillus, quem comprobat ſe habere, animus commutatione improportionata eorum, quæ iam diximus, ad memoriam reuocant, vt epitheta, & elegantes tituli, quo adoleſcentes perſequitur Horatius, optimè quadrent in peccatores omnes; potiſſimum hoc loco duo, quos hoc verſu complectitur.

*Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris.*

Eiuſmodi planè eſt peccator, ſibi vtilium tardus Hor. in
prouiſor, prodigus æris, quo ſibi acquirat bona æter- arte.
num perſtitura, nimirum tẽporis vitæ præſentis. Heu, miſeros dementes! vt ipſorum vices doleo! Quid agãt,

ignorant;ignorant ſanè, diſcerpentes eo modo ſcien-
*Luca 23.* tes videnteſque pretioſum tempus. *Neſciunt quid fa-*
*ciunt.* Heu miſeri ! Quî enim vos compellem alite-
quandoquidem potius emitis & charius vanitatē qu
veritatem?potius vmbram & imaginem quam veru
corpus?promptius tranſitorium,quā permanēs. *Ne-*
*Mat.20.* *citis quid petitis.* Si probè noſſes , ô peccatrix anim
quid tibi,quantumq; depereat,iactura temporis pœ-
nitentiæ,comas diſcerperes,quia rem tam pretioſa
nefandè & miſerè diſcerpſiſti Cerneremus te aman
*mœrentem ſtultè præteriiſſe dies.* Si exploratum haber
quāti ſit valoris tempus præſens concreditū,non p
ſtolaueris cuiuſquā monita ; tu te ipſam ſtimulator
ad probum vſum:tibi , tuiq; ſimilibus allegares verb
Redemptoris:*Operamini dum dies eſt,venit nox quan*
*Ioan. 9.* *nemo poteſt operari.* Tibi ipſi prædicares,quæ S. Pau-
*2.Cor.6.* lus Corinthijs:*Ecce nunc tempus acceptabile , ecce nun*
*dies ſalutis In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut D*
*miniſtros.* Si temporis præſentis pretium perpender
non rogatus ſed ſpontè imitareris magnum illum S
lonem legislatorem, dicere ſolitum , quod diſcend
quotidie , ſeneſceret: tu quoque conareris diſce
quod ſalutem tuam promoueret. *Si iuſto pretio te*
pus præſens æſtimares, hoc minus ſedulus eſſes qu
celebris ille Apelles,ſolus & vnicus Alexandri picto
Vt enim diem effugere non patiebatur (quantumu
alijs grauibus curis implicatus ) quo manum pe
cillo non admoueret,& nonnullas ſuper tabulis d
ceret lineas;ita te,Dei imaginem , non fugeret di
quo non educeres obliquam & vitioſam lineam pe
cati à tabula animæ tuæ penicillo pœnitentiæ ; & n
uam duceres virtutis figuram , pro opacis & den
criminum vmbris. Talis talis eſſes, ſi non adoleſcen
& inſipiens,& ſi temporis præſtantiam noſſes. *O ſi ſ*
*res donum Dei* ! Si puſillitatem ſcires & tenuitate
voluptatum mundanarum ; rurſus excellentiam
celſitudinem cœleſtium ; nunquam ( pluris
nim facio ingenuitatem,& magnanimitatem tibi c
ſitus innatam) nunquā ne leniter peccatum attinge
cup

cuperes. Quid ageres, ſi detractis inuolucris nudatam hinc videres peccati fœditatem; hinc virtutis formam? Peccati fœditas tanta eſt, vt ipſum ſolo turpitudinis nomine horruerint Ethnici. Epictetus Stoicus (tametſi ſeruus & paganus) dicere ſolebat: Tametſi cœlites hominesque omnes nunquam peccatum meum ne ſuſpicarentur quidem, neque vltio vlla ſubſequeretur illud, delinquere nunquam vellem, ob nimiam peccati turpitudinem. Refert probatus ſcriptor Aulus Gellius de Philoſopho cui nomen Peregrinus, poſtmodum Proteus cognominato, quem dicit a ſe viſum Athenis, moribus grauem & magnanimem, quæ ſequuntur. Js (inquit) inter alia ſcitè ad nos dicta, aiebat ſapientem nunquam delicturum, etiamſi Deos & homines lateret: nec enim ſentiebat cohibendum à peccato animum timore pœnæ aut infamiæ, ſed amore æqui & honeſti. Vnde colligo arbitratum virtutem eſſe honorandam, & venuſtate plenam; ruſus peccatum huic è diametro oppoſitum, nefandum & abominandum. In hanc ſententiam abit Cicero, Philoſophum agens in Officijs, cuius verba verè aurea ſunt, & digna imprimi frontibus Chriſtianorum omnium. *Satis nobis*, inſit, *ſi modò in Philoſophia aliquid profecimus perſuaſum eſſe debet, ſi omnes Deos hominesque cœlare poſſimus; nihil tamen auarè, nihil iniuſtè, nihil libidinosè, nihil incontinenter eſſe faciendum.* Et paulo poſt, facta mentione Gygis Platonici, inſtat vehementer huic affirmandæ ſententiæ. Vnde conſequitur, peccatum ipſis fuiſſe ſummè abominandum, & cum virtute formoſa, honeſta, amabili directè pugnâs; quam ſi apertam intueri liceret, omnium animos raperet, & in ſui amorem nolentes volentes transferret & compelleret. *Formam quidem ipſam*, inquit Cicero, *M. fili, & tanquam faciem honeſti vides; quæ ſi oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato excitaret ſapientiæ.* Vt accipiter laqueo conſtrictus ſuper aucupis brachio & oculos capiſtro obuolutus, ſi per inuolucrum tranſpiceret aeris ſerenitatem, tã arctè cõſtringi nequiret, quin conaretur volitare, & contenderet totis

XL

*Aul. Gell. l. 12. noct. Att. c. 11.*

*Cicer. l. 3. Offic. lõgiuſculè à Principio.*

*Cic. 3. Off. Plato in Phædro.*

viribus potiri aëtis libertate:pari modo, ſi conſpice-
ret peccator virtutis formam,ſummo ſtudio cona-
tur potiri amplexibus eius ; aut ſi nudatam vider-
peccati turpitudinem,cito citiſſimè procul ab eo di-
fugeret.*A*ſt,miſeriam!Experimento certo comperi-
veriſſimum in receptum prouerbium , quo dicitu
*Nullus amor turpis*:Non enim erat caſtæ Penelope de-
*Hom.Iliad.6.2.* formis Vlyſſes;Et *odienti pulchrum nihil*;æmulo The-
ſitæ denigrante & ſiniſtrè torquente geſta heroica,
præclara facinora Græcorum . Etſi enim pecca-
tua ſint ſpurcitia oppleta , ſint nefanda & deteſtan-
oculis oculatiorum, nihilominus excœcatus amor
veſano, nullam in eis aduertis fœditatem . vt ſci-
priſci Poetæ fixerunt amoris Deum velatum ocul-
Hoc ſymbolo monitos nos voluerunt paraboli-
quemcunque cæca & fœda concupiſcentia impulſu-
ilicò orbari luminibus mentis, & priuari cognitio-
eſſentiæ eorum quæ proſequitur. *Quid deceat, non v-*
*On.ep.1. Heroid.* *det omnis amans*.O doctas pictorum manus ! ſacr-
penicillos mirè diſertos ! qui ſine verborum ſtrepit-
ſermone muto colorum veſtrorum oculis noſtris ob-
iectorum,ceu auribus nouis,inculcatis, quod long-
verborum reſonantium ſeries,& fuſus diſcurſus viu-
narret & perſuadeat!Aduertite mecum, Auditores,do-
ctam eloquentiam pictorum priſcorum in ſuis tabu-
lis. Oculis velatum formarunt , & in ſimilitudine-
pueri expreſſerunt,inſinuantes,carnalium concupiſ-
centiarum ſuarum ſeruos illos , & aliorum omnium
prauorum affectuum , inſenſatos eſſe & amentes.
Ethnicus Poeta quidam,quaſi interpres tabulæ teſta-
tur.

*Prop l.2. eleg.*

*Quicumque ille fuit puerum qui pinxit amorem,*
*Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?*
*Hic primùm vidit ſine ſenſu viuere amantes &c.*

Admonuerunt,illi,huiuſmodi eſſe ſine ſenſu , ſine
conſilio,ſine prudentia vlla,quæ nihil eſt aliud,quam
*appetendarum & vitandarum rerum ſcientia*, teſte D.
*Aug.l.de l.arbit.* Auguſtino.Itaque deſtitutus peccator hac ſcientia &
prudentia,qua bonum à malo ,& de præſentibus con-
ueni-

uenienter diſcernitur; quid aliud eloquar de peccatore, fuerit canus, caluus, rugoſus annorũ numeroſitate, quã quod ſit merè adoleſcẽs, id eſt, amẽs & imprudens, vti & hic adoleſcens prodigus? Veniamus ad dementiæ gradum tertium, qui in eo verſatur, quod nõ præuidentur futura, nec prouidetur conuenienter illis, prout vera prouidentia, & prudentia dictant. XII. Sapientem dicimus & doctum medicum, qui dudum præuidet & prædicit amico ſubſequuturum morbum: belli ducem explorare ſcientem hoſtis inſidias, & occaſionem oportunam conſerendi captare: nauarchum prædicamus peritum, qui procul deprehendit tempeſtatem ſæuam minitari carinæ: aſt qui videt ea ſola, quæ ob oculos obuerſantur, & manibus palpat, indignus cenſendus eſt ſpecioſo prudentis titulo. *Hoc enim ſapientis eſt, omnia quæ futura ſunt, prouidere*, aiebat Plinius quodam loco. Et Cicero: *Id ſapientis eſt prouidere; ex quo ſapientia appellata eſt prouidentia.* Neque, in rigore pronuntiamus perfectè ſapientem & prudentem, qui ſolùm præuidet futura, neque vlterius gradum vrget; ſed vt ſit verè talis, debet quantum poteſt, & patiuntur vires humanæ, occurrere malo, cuius habet præſcientiam. Plures inuenias malum præuidentes; ſed huic contrauenire neſcientes; ſimiles medicis, qui de compoſitione hominis peritè iudicant; ſed medicamina decernere, & remedia applicare non norũt: qui quemadmodum perfecti & abſoluti non ſunt in ſcientijs phyſicis; ſic nec illi verè prudentes. Eſt itaque nota & argumentum imprudentiæ, non præuidere futura; & præuiſis non occurrere. Ab hoc malo improuidentiæ futurorum, anxiè cupiebat liberari Moyſes populum ſuum, dicens: *Vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent!* Videtur autem peccator euidenter non præuidere mortem, certo certius superuenturam, quanquam incertum ſit quo modo, quo loco, quo tempore: neque vt rigidum, diſtrictumque futurum ſit, quod ſubibit iudicium, cum priuatum immediatè poſt mortem, tum publicum & vniuerſale in conſummatione orbis: nullatenus proſpicere ſibi

*Præuidere mala & ijs occurrere eſt ſapientis.*

*Deut. 32.*

ap-

apparata tormenta(quorum ſi conſideretur atroci-
& rigor,ſunt intolerabilia;ſi multitudo, innumerab-
Matt. 25. lia;ſi duratio,æterna)neque ſub finem propter pecc-
ta ſua ſe auditurum à iuſto iudice, *Neſcio vos:* deni-
eiectus à viſione beatifica Dei, quod vltimum ext-
mumque malorum eſt,eundem audiet iudicem in-
uocabiliter fulminantem & intonantem horribili-
te,vt ſe in infernum recipiat ; *Ite maledicti in ignem*
*ternum.* Dicam præuidere hæc omnia,eum qui vi-
congregat,exſtruit,omnia componit tanquam m-
turus nunquam? Qui conculcat pedibus leges h-
manas & diuinas,quaſi iudex, iuſtitia, vltio deli-
rum nulla daretur? Qui omnẽ ſpernit virtutẽ,ac ſi p-
hanc vitã nulla ſequeretur retributio;redolens ni-
falſam fallacemque hęreſim peruetuſtorum Caino-
& neotericorum Epicurorũ? Nam Ionathas Interp-
Chaldaicus dicit occiſum Abelem à fratre, quod-
ganti Caino prouidentiam Dei,infernum,paradiſ-
pœnas malorum,gloriam bonorum & ſimilia,in-
Prou. 7. em ipſe Abel bona fide contradixerit. *Ignorat quod*
*vinculum ſtultus trahatur, donec transfigat ſagittam*
*eius.* Si enim iſta cuncta præuideret, putem nunqu-
offenſurum. Non putem,ſed firmiter credo, inni-
Eccle. 7. verbis Dei,dicentis: *In omnibus operibus tuis memen-*
*nouiſſima tua,& in æternum non peccabis*: vel ſi pec-
bis,non tamen *in æternum*,id eſt,obſtinatus non e-
Aſſero,quod ſi iſta omnia præuideret, nunquam p-
caret. Si peccaret forte;tum cum hæc omnia mem-
ria excidiſſent;aut ſpontaneè ea repuliſſet,obliuioſ-
& ſomnolentum ſimulans obliuione & ſomno no-

Præuidet,aut non præuidet iſta peccator. Si nõ p-
uidet,ſtultus eſt & inſipiens:ſi præuidet, nec proui-
& occurrit,ſed ſe præcipitem dat in illa,furit & in-
nit. Quæ inſania,ſi hæc non ſit,ſeipſum apertis oc-
perdere,exploratis ſignanter modis cauendi,& con-
effectu quoad fieri poſito in poteſtate & libertate-
ſius,qui ſunt,fugere peccatum, & facere benè? D-
enim poteſt qui malum futurum præuideat,ſed ig-
rat qua ratione præoccupandum ſit ne vlterius-

pl

pat;& hic imprudens: alij, media norunt, ſed ad opus
reducere non valent, præpediti poteſtate ſuperiori,
humana aut diuina;& hi non imprudentes, ſed impo-
tentes, & excuſabiles. Poſtremos (qui mala euentura
præuidentes, nec ignorantes media quibus occurra-
tur inconuenientibus futuris, & valentes ea ad effe-
ctum perducere, non volunt omninò ſuccurrere, ſed
ſpontè ſe obrui ſinunt, quia videntès, viuentes in ea e-
xunt) quo nomine percellemus? Imprudentes dice-
mus? Nullatenus. Eſt etenim in ipſorum poteſtate po-
ſitum vti modis & remedijs præcognitis. Non alio ita-
que perſtringam eos nomine quam malignorum & in-
ſanorum. Quæ.n. inſania, quæ malignitas, ſpontè ſeſe
demergere malo iam vt tale præcognito? Namque, ſi,
qui ſe exponũt diſcrimini mali adhuc incerti & ambi-
gui, cuius exſtent coniecturæ nonnullæ (vti perfidus
Simon inſtructus à Græcis vt dolo falleret & circum- *XIII.*
ueniret Troianos: aut ſtrenuus ille dux Proteſilaus,
qui probabiliter cõijciens exitũ rei, auſus fuit pedem
inferre ſolo, conſerturus cum Troianis: vel vt Hector,
quem etiamſi conſuleret & rogaret Priamus parens
in contrarium; genetrix quoque vbera proferens ſup-
plicaret cònixè; quin alias diſſuaſiſſet Apollo, nihilo-
minus prorupit ſæpius certaturus ſingulariter cum
magno illo Græcorum Achille) ſi iſti, & eorum ſimi-
les, exponentes ſe periculo incerto & dubio, ſolum-
modo quia nonnulla exſtat mali ſpecies, habiti ſunt
veſani & amentes; quî non dicamus peccatores fu-
ribundos, ſeipſos voluntariè demergentes in mala
præcognita & certiſſima? Nauclerum illum, cre-
diderim, inuaſit furor, qui præuiſa tempeſtate claſſem
ſoluit, & portu excedit: ſimiliter ducẽ, qui ruit perditè
in hoſtes præcognitis inſidijs Peccantes ergò, ex im-
præuidentia futurorum patiar nominari impruden-
tes: aſt non ignorantes mala quæ poſtmodum oppri-
ment impios, & valentes remedio præuenire, delin-
quunt nihilominus, nõ tam benignus fuero in eos, vt
dixerim adoleſcentes imprudẽtes; ſed inſanos, furio-
ſos, à mente alienos. *Si cæci eſſetis, non haberetis peccatũ:* *Ioan. 9.*

*nunc autem dicitis quia videmus, peccatum veſtrum ma-*
*net*. Quoniam verò haud facilè arbitrer quenquã pec-
care poſſe præcognitis ſupradictis, non coarctabo ſ
preſſè peccatorem; ſatis mihi fuerit dixiſſe ſtultum
imprudentem, quod non præuideat (quomodo ſolo
bet adoleſcens in negotijs ſuis) extrema euentura m
lè viuentibus. Quicumque igitur offendit, adoleſce
eſt, fatuus eſt, inſipiens eſt. *Via impiorum tenebroſa, n*
*cierunt vbi corruant*.

*Prou*. 4.
Obiectio.
*Hier Oſo*.
*6.1. de inſt*.

Dicet aliquis: etiam graues, ſpectati, ſapientes
delinquunt. Adferam quod præclarus vir quidam
ſtri ſeculi alios ſequutus reſpondet; nempe: *Reſpon*
*eos à prudentia deſeri, cum peccant*. Quid vltra profe
Non ſolum deſipit peccator quando offendit; ſed
miſſo peccato imprudentia ſumit noua iugiter inc
mẽta; peccatorem inſipientiorem & ſtupidiorem e
ciens. Ignoratis Adamum & Euam ex ſapientiſſim
eò inſipientię deuolutos, vt putauerint latere ſe p
oculos Dei; neque valerent ſe veſte tegere, ni Deus
infantes in incunabilis veſtibus amixiſſet? Saul
inobedientia patrata, in maiores veſanias & fu
ſenſim ruit. Salomon ille magnus, ab admiranda
pientia dictus quondam ſapiens antonomaſticè,
uolutus cœno ſuarũ libidinũ, quæ ſuæ non reliqu
mentiæ & inſipientiæ argumenta? & (ſi fidem h
mus Poetarum priſcorum fabulis) quis furias O
ſuſcitauit, niſi commiſſum ſcelus, cruentando pa
cidas manus nece matris Clytemneſtræ; quanquam
dulteræ, & peremptricis viri ſui? *Scelerum furijs ag*
*tus Oreſtes*. Noſtis hæc, vos ſtudijs dediti. Quis t
& furore exagitauit Alcmæon, filium *Amphiara*
Eriphile? Lycurgus (non ille Lacedæmoniorum l
fer, ſed Thraſenſium tyrannus) vnde in furorem v
ſus? Peremerat Alcmæon matrem; & Lycurgus deſp
erat potentiam Phæbi, qui tunc temporis (falsò li
æſtimabatur Deus. Crimina, crimina, homines eff
unt à mente alienos & furibundos, infit doctiſſim
ethnicus, fermè Chriſtianus: *Sua quemque fraus, &*
*terror maximè vexat, ſuum quemque ſcelus exagitat*,

Commiſſum peccatum adauget hominis inſipeintiã.
*Gen*. 4.
1. *Reg*. 13.
3. *Reg*. 11.
X*IV*.
*Virg* 3. *Aeneid*.
*Cicer. pro Roſcio*.

*mentiaq́; afficit.* Idem in Piſonem circa medium: *Nolite putare P. C. vt in ſcenâ videtis homines conſceleratos impulſu Deorum terreri furiarum tædis ardentibus? Sua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat. Hæ ſunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces.* O peccata! O furias! Quod ſi ſalubriter monêti fidem adhiberet peccator, omninò imprudentem non ducerem. Verum quidem præſtare à ſe ipſo ſcire (inſit Poeta moralis Heſiodus) vt appoſitè prudenterq́; ſint omnia componenda & tractanda, ac ſibi ipſi eſſe conſiliarium & magiſtrum: — *Idē in Piſ.*

*Optimus ille quidem, qui per ſeſe omnia noſcens*
*Præceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit.*

nec tamen inficianoum, quod dicit Herodotus, nempe parùm differre, ex ſeſe ſapere, aut monêti benè obtemperare. *Idem* (ô Rex) *meo quidem iudicio eſſe videtur vel ingenio ſuo ſapere, vel rectè dicenti obtemperare.* Non ergo omninò imprudēs peccator, ſi ſalutis monita nō reijceret. Verum imponit culmen veſaniæ ſuæ, conſilia bona reiiciēs, vt ait idem Herodotus: *Qui nō ipſe ſapit, neq; credit rectà monēti, hic nullā in parte vtilis erit.* Deſipit igitur planè peccator, & in ſummo gradu, qui ſalubre reijcit conſilium; apud quem palpo & aſſentator gratus; cui veritas exoſa; ſimulatio, & fucatio peccati perplacet; aſt quē admonitio acris, & obiurgatio peccatorum exacerbat ſummopere. *Nec recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea d xeris quæ verſantur in corde eius.* Namque hoc tempore, — *Heſiod. oper & dies.* — *XV.*

*Obſequium amicos, veritas odium parit*. Id eſt quod quærebatur pſaltes vatidicus: *Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, loquuti ſunt falſa. furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet* (alius interpres, *ne cogatur audire*) *vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter*. Fertur aſpis perſentiſcens incantatoris inſidiātis ſibi carminibus & verſibus magicis aduentum, ne carminis dulcedine allecta & ſopita illaqueetur, ſe in gyrum agere, cauda aurem alterā obturare, alteram terræ affigere. Ita peccator, ſuo — *Prou. 8.* — *Terēt in Andron. Acti. 1. ſ. 1.* — *Pſal. 57.*

peccato peſtilentior, quam ſerpens ſuo veneno, a-
uertens probæ vitæ virum gazas ſapientiæ reſerare, ſa-
pienter & emodulatione ſuaui carmen optimum,
documentum ſalubre depromere, vtramque aure
occludit mox, nec audit penitus ; aut ſi audit, ta-
frigidè, vt carmen ſalutare ipſum non ſopiat omnin
quo obliuiſcatur ſcelerum : Non legiſtis moleſ
quærelas quas deponit Deus de populo ſuo Jſrael p
Zachariam Prophetam ſuum, dicens, *Aures ſuas*
Zach. 7. *grauauerunt ne audirent; & cor ſuum poſuerunt vt ad*
*mantem ne audirent legem & verba, quæ miſit D*
*exercituum in ſpiritu ſuo per manum Prophetarum p*
*rum?* Non audiſtis ex actibus Apoſtolorum, eos qui
ſecta erant Libertinorum, & Cirenenſium contin
ſe aures ſuas glorioſo martyre S. Stephano, eloqu
tia Diuina & cœlitus infuſa docente ſalutariter & c
uincente errores eorum, vt ab eis diuulſos in viam
Act. 7. lutis reduceret? *Exclamantes voce magna continue*
*aures ſuas, & impetum fecerunt vnanimiter in eu*
Pari modo complures peccatores miſeri hoc temp
ſimulant ſe ſurdos, obturant aures ad inſtar aſpi
quaſi in eorum maximam perniciem, non autem
ſummum bonum attentaremus eos ſopire & incan
Odyſſ. 10. re? Occludite, & obturate aures ô ſcelerati, aure
cum ſocijs Vlyſſis, aut manibus, ſi ita videbitur, o
cludite, ne per eas hauriatis verſus veneficos C
ces incantatricis noſtri perditi ſeculi; quæ, vt quo
dam nominata illa & celebrata ab Homero, Th
ocrito, Virgilio transformabat comites Vl
ſis in porcos & alia animantia fœda, prout lub
bat)

Virg. pharmaceutr. *Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis.*

Mich. pari modo, transfigurat filios Dei & Eccleſiæ, in fi
Volat. l. 8. uos diaboli, & neſcio in cuius nouercæ Geneuenſis
Geor. tit. lios; præſtatque, vt qui hominem viuebant, id eſt h
Epirus Sirenarum meminit; manè & honeſtè, fiant nunc porci, volutantes ſe
cœno fœditatum ſuarum (de quibus latius poſtm
dum & aptius, vbi ventum fuerit ad prodigum paſce

to

tem porcos)dico hæreſium. Circe iſta ſane noxia eſt, transformans ſocios & confratres noſtros Chriſtianos carminibus & faſcinatione falſæ doctrinæ. Eiuſmodi verſibus obturare aures; obturate, ô hæretici, ſi qui ſunt in hac cócione: ſi nō ſint, vt vtinā tāta nos dignetur gratia Deus! ſaltē vos cōpello ô peccatores, occludite aures carminibus & maleficijs aetiū voluptatum; illecebris blandis yrenum maris huius mundi; quæ(vti fertur Syrenas monſtra marina, partim virginum, partim piſcium ſpeciem referentes, ſuaui emodulatione, frequentamentis vocum ad cytharas, fiſtulas, tibias, compoſitarum ſopire nauarchas in mari Siculo, ac tandem ſopitos profundo demergere) ſopiunt graui ſomno animos miſeros, ac demum & carinam & nauclerum, id eſt & corpus & animam immergunt gurgiti ſexcentorum criminum Talibus Sirenibus incantatricibus, pellicibus(puto deſiderijs, concupiſcentijs, titillationibus carnis, talibus blanditijs & cupedijs mundi) ſeduló aures obfirmate cera; vinciaminique arctè cruci (vti Vlyſſes conſtrictus fuit ad malum nauis, ne per Sirenas periret:) peritis vero incantato• bus Dei veſtri, qui vos ſopiunt, vti medici, vt cauterio adurant putre membrum; ſicuti venefici, vt virus tollant ab aſpide; verſificatoribus iſtis Dei veſtri, qui nihil intentatum relinquunt vt virūs tollant à vobis peſtilentiſſimum peccati, vt quod putre eſt reſecent, aures dilatate, vt de vobis nō enuntietur, quod Pſaltes de idolis: *Aures habent, & non audient.* Aſt ô tempora! O mores! O adoleſcentes peccatores! Patent eorum aures Circe veniſicæ, Sirenibus incantatricibus, de quibus ſupra; nobis vero conſtipatæ ſunt miro modo. Quid quæror conſtipatas? vtinam obturatæ eſſent potius quam patentes; vti ſunt, vt audiant, & non gerant morem, ſed vt exaſperentur & conſurgant in bona conſulentem & ſuadentem! Si firmarent aures, ſolummodò ne audirent & perciperent ſalubria monita & incantamenta, quæ ipſis inculcantur, tolerabiles forent; ſed quid hoc, rugire ad

& addit eſſe loca quædam ac diuerſoria, ad quæ applicantes, ob elegantiā, voluptatemq; feminatum facultates abſumunt & reditus obliuiſcuntur.

*Pſal.* 114.

inſtar leonis, ſibilare cum ſerpente, accingere ſe armis
in eum qui nil niſi bona precatur? *Verbum ſapiens*
*quodcumque audierit ſcius laudabit, & ad ſe adijciet: au-*
Eccl.21. *diuit luxurioſus & diſplicebit ei, & proijciet illud post*
*dorſum ſuum* Id eſt quod cauſabatur Amos, inquiens:
Amos. 5. *Odio habuerunt corripientem in portâ, & loquentem*
*perfectè abominati ſunt*. Meminiſtis Achab Regem a-
pertè teſtatum ſibi exoſum Michæam, dicendo: *Ego*
3.Reg.22. *odi eum, quia non prophetat mihi bonum ſed malum*
Judaica gens, obiurgata à Ieremia, conſurgit in e-
Ierem.18. um dicens: *Et dixerunt: Venite, & cogitemus contra Ie-*
*remiam cogitationes &c. Venite, & percutiamus eum*
*lingua, & non attendamus ad vniuerſos ſermones eius.*
In libro Sapientiæ quoque, inuicem ſe prouocant &
inſtigant aduerſus iuſtum, eo præcipuè nomine, quod
moueat eos in quibus transgrediantur leges Dei cre-
Sap.2. atoris ſui. *Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis*
*eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris; & improperat*
*nobis peccata legis & diffamat in nos peccatum diſciplinæ*
*noſtræ, &c. factus eſt nobis in traductionem cogita-*
*tionum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad viden-*
*dum &c.* Alia quoque multa iactarunt impij in iu-
Lact. l. 4. ſtos corripientes ſe; quæ communiter exponunt Do-
inſt. c. 16. ctores de Ieſu Chriſto, in quem omnigena odia
ſuſcitata ſunt, quia monuit, corripuit, redarguit
peccatores. Quærebantur ſanctiſſimi Doctores Am-
D. Amb. broſius, Hieronymus, & alij complures; nempe
ſuper illud quod veritatem propalantes, parerent inimicitias.
1.Cor.9. *Liberè & ſine adulatione veritatem prædicantes, & ge-*
Vos nobiles. *ſta praua vitæ arguentes, gratiam non habent apud homi-*
*nes.*

Varij varia paſſi ob prædicatam veritatem. Hieronymus ſuper illud ad Gallat. 4. *Ergo inimicus*
*vobis: Hæc eſt conditio veritatis vt eam ſemper inimici-*
*tiæ perſequantur; ſicut per adulationem pernitioſæ a-*
*micitiæ comparantur: libenter enim quod delectat au-*
*dimus, & offendit omne quod nolumus.* Abel Mar-
Gen 3. tyrum ſignifer experimento didicit, cæſus à fratre,
quod eius errores refelleret, (dicente Ionatha Pa-
raphraſte

raphraſte Chaldeo ) Teſtis quoque adueniat Loth mi- Gen. 19.
narum ſibi intentarum à Sodomitis, quos admonitionibus reſtituere contendebat: *Ingreſſus es*, inquiunt, *vt aduena, nunquid vt iudices? Te ergo ipſum magis affligemus quam hos, vimquè faciebant Loth vehementiſſimè.* Prophetę Iſaias, Ieremias, & alij complures teſtantur, vt peccatori moleſtus ſit & parum gratus, qui vulnus attingere vel leuiſſimè attentat. Teſtatur abundè Redemptor, qui ideo paſſus eſt mortem non minus trucem quam ignominioſam: Prodromus quoq; eius S. Joannes Baptiſta, cuius propterea caput humeris præciſum eſt.

D. Chryſoſtomus factus Epiſcopus Conſtantinopolitanus deprauatos mores & nobiliorum viuendi licentiam vehementius increpans, magnam multorũ ſibi peperit inuidiam. Eudoxiam etiam quod eam repręhenderet propter ademptum Calitropæ viduæ agrum inimiciſſimam habuit: quâ nitente in Calcedonéſi conciliabulo eiectus eſt in exilium. Iterum reuocatus non deſtitit, & ludos fieri ad argenteam Eudoxiæ ſtatuam in foro S. Sophiæ prohibuit. Iterumq́ue conſpiratione inuidorum Epiſcoporum coactus eſt exulare.

Ioannes Carnotenſis & alij, in Martyrio D. Thomæ Cãtuarienſis Epiſcopi, Londini in Anglia nati, dicunt eum quoniam Henrico Angliæ Regi ferenti leges vtilitati ac dignitati Eccleſiaſticæ repugnantes, repugnauit, pulſum in exilium, ac tandem in templo horis veſpertinis vacantem trucidatum.

Agamemnon indignatur Calchanti vera prædicenti.

Pyrrhus à Priamo accuſatus crudelitatis, & animi à patre Achylle degeneris Priamum trucidat cum hoc Sarcaſmo: *Hõ Ilia. 1. Virgil. 2. Æneid.*

*Referes ergo hæc, & nuntius ibis,*
*Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta,*
*Degeneremque Neoptolemum narrare memento.*

Socrates à nonnullis propter dictam veritatem putatur perijſſe.

Iuſtinus libro 12. Nullam aliam aſſignat cauſam mor-
tis Parmenionis, & filij, quam quod luxum Alexan-
dri liberius carpentes, illum patris & patriæ mores
ſubuertiſſe querebantur.

Vt Suetonius refert, Nero matrem Agrippinã mo-
dò veneno, modò naui ſubdola auferre è medio cona-
tus eſt, ac tandem ferro ſuſtulit, quod inquireret in vi-
tam eius nefariam, & acrius argueret.

* Quod Senecam præceptorem ſuũ ſolutis venia-
tiam ideo ſuſtulerit, nonnulli autumant.

*Vide vit. Senecæ decerptã ex Tacito & Suetonio per Xichonen Polẽtonẽ.

Silentio pertranſeo numerum infinitum hiſtoria-
rum, euidenter teſtantium ſemper peccatori moleſtos
fuiſſe & inuiſos reprehẽſores, ne vobis ſim tædio. Q
peſſima conditio peccatoris pro me facit plurimum
vt exinde commonſtrem multã conuenientiam quam
habet cum peccatore. vt enim adoleſcens (ex ſenten-
Horatij) quaſi cereus eſt, & a bono in malum faci-
flectitur, nihilominus furit & excandeſcit in prob-
monitores; ita peccator ex omni parte.

*Horat. in arte.*

*Imberbis iuuenis &c.*
*Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,*
*Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,*
*Sublimis, cupiduſque, & amata relinquere per-*

Itaque demonſtrato epitheta iſta & adiectiua con-
notantia, feruidi, æſtuantis, accenſi, petulantis, la-
uientis, libidinoſi, intemperantis, & alia id genus,
doleſcentibus conuenientia, eſſe quoque propria pe-
catori, quod ſit ipſe feruidus & ardens in ſuis deli-
tiis; & peccata penè omnia ſint ignis ardens & con-
inens, ſint perfidia in Deũ, fornicatio cum dæmone
illecebris eius, præter datam fidem Ieſu Chriſto a-
matum noſtratum ſponſo in coniugio contracto
celebrato in baptiſmo: Et ſit peccator ad inſtar ad-
leſcentis verè veſanus & inconſultus, aurem placida
penitus non præbens admonitionibus ſalutaribus
que exaſperetur, vti adoleſcẽs in ſe corrigere volẽ-
deniq; vterq; ſit alteri ſimilis, dicimus Dominũ Ieſu
artificioſiſſimè, eleganti metaphora & trãslatione
duxiſſe in hac parabola nomen adoleſcẽtis à princip

& proprio ſuo ſignificato, vt eo deſignaret peccatorē. Quibus ad amuſſim maturè conſideratis, non eſt, qui, etiāſi canus, rugoſus, decrepitus, dicere queat prodigi noſtri caſum ad ſe nihil pertinere, omnes enim peccatores, omnes adoleſcentes, omnes feruidi & ardentes in vna vel altera paſſione; omnes perfidi Deo creatori; oēs imprudentes; oēs offendimus vno aut altero modo. Cogimur itaque te rogare ſupplices ô Deus bone, & omnipotens, qui in gratiam triū adoleſcentiū fornaci Babylonicæ iniectorum, rogum ardentem, in auram roridam & refrigerantem commutaſti; qui pridem vmbraculo fuiſti Iſraeliticæ genti vianti per columnam nubis oppoſitam æſtui meridiano, vt rore gratiæ tuæ digneris in nobis ſuffocare & exſtinguere ardorem & flammas immoderatarum concupiſcentiarū. Lubrici nos omnes obſecramus te, puritatem ipſam, quatenus nos ſolidiores, caſtiores, fideliores, obſeruantiores, in ſacro connubio ſolemniter iurato & contracto efficias, contra omnem petulantiam & laſciuiā, qualiſcumque ſit. Oramus te cum optimo Rege Salomone (vnâ mecum dicitote voce, Auditores) *Extollentiam oculorū meorum ne dederis mihi, & omne deſiderium auerte à me. Aufer à me ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me. Et animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me.* Eccl. 23. Omnes nos cœci, ſtulti, imprudentes, omnes in genere & in ſpecie petimus Domine, vt quemadmodum ſeruo tuo Tobiæ oculos aperuiſti vt videret, ac aliis plurimis nobiſcum conuerſatus in hoc mundo, illumines etiam nobis oculos mentis; nos cōducas, nos dirigas ceu cœcos, noſtris ſupplicibus precibus victus.

*Notam fac mihi Domine viam, in qua ambulem.* Pſal. 142.
*Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me.* Pſal. 24. Pſal. 12.
*Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.* Pſal. 118.
*Reuela oculos meos & cōſiderabo mirabilia de lege tua.*

Clamamus omnes validè cū cæco, de quo S. Marcus, ab intimis cordis depromimus voces ſonoras, *Rab-*

 *boni,*

*Exod.* 4. *Iſa.* 29. & 35. *Luca* 7. *Mar.* 7. & 9.

* Imperatiuus eſt Chaldaicis, id eſt, apertus eſto; apertas & audientes aures habeto.

*boni vt videam, vt videam.* Aduerſus omnem pecca
inſipientiam, oramus cuncti cum Dauide: *Bonitatem
& diſciplinam, & ſcientiam doce me.* Inſuper rogam
te ſuper omnia, vt qui mutorum linguas ſoluiſti, ſu
dis auditum dediſti plurimis, nobis in aures digitum
mittas, impereſque adaperiri; proferas tantummod
* *Epheta.* futurum mox vt deinceps non obſurdeſ
mus ad exhortationes, neque veritatem exoſam ha
amus. Tu quoque (chara iuuentus) ad incremen
multum honoris & gloriæ tuæ, fuge, caue vitia q
tibi videntur propria. Et tu veneranda canities, n
puceraſcentis, & deliri nomen promereri velis, ſi ſc
& ludibrio non velis eſſe omnibus; ſtude, contende
dulò ne in adoleſcentiæ labaris vitia. Amen.

---

# CONCIO SEXTA.

*Vulgata.* *2.12. Et dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater,
mihi portionem ſubſtantiæ quæ me conting*

*Græca.* *12. καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρί, πάτερ,
μοι τὸ ὑπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.*

*Syriaca.* *2 12. Et dixit ei filius eius minor natu: Pater mi,
mihi partem quæ mihi contingit ex domo*

## ARGVMENTVM.

I. *Diſcurſus ſuper differentia ſcripturarum ſacr
rum & prophanarum. proœmij vice. 2. Refert
doleſcens propriè peccatorem, quia vter que tem
rarius 3. Bellum inferunt Deo temeritate pecca
tores.*

NVnc apertè conſpicio, Auditores, diſtare ple
mum litteras ſacras à ſcriptis profanis, ob

rem doctrinæ & monitorum copiam, quæ ab illis deſumere licet, magis quam ab alijs. Profectò ſcriptura illa ſacra ad prophanam collata, mihi videtur Lia, reſpectu collectaneæ Rachel, vtraque coniunx Iacob. vt enim Lia illa, etſi ſenior, non adeo dilecta erat Iacob, quod lippis eſſet oculis, & aſpectu indecora: Rachel verò natu iunior è contra eleganti vultu, oculis gratis, & vndique micantibus, luculenter cumulata dotibus formæ & vrbanitatis, pellexit Jacob in amorem ſui tam perditum, vt obtulerit & compleuerit ſeptennium miniſterij, aliudque ſeptennium duplicarit vt ſibi in connubij daretur ſociam. Obtenta, ſic placuit oculis Iacob, vt alteram negligeret, & quaſi deſpiceret. Sic Scriptura ſacra in coniugium data hominibus, cum Philoſophorum ſcriptis, vt ex illa & his concipiant & gignant fructum ſalutis, quanquam natu grãdior & omnium prima, quia prima fronte vtcumque ruſtica & inciuilis, quia rutilantes allicienteſue non habet oculos; quia ipſi nulla elegantia, nullus ornatus, fucus nullus exterior eloquentiæ, parum concupiſcitur ab illis; Rachel verò iunior, id eſt humana ſcripta, quia venuſtam præſeferunt faciem, vultus ſucculentam formam, id eſt, comptum ornatum exteriorem, mundum eloquentiæ, quia ſcitè inſtructa coloribus & elegantijs Rhetoricis; appetitur perditè, & deperitur à Iacob, id eſt ab omnibus hominibus qui ſunt Iacob, ſiue veſtigia, ad proſequendũ quaſi odore creatorem. vt verò ineant cum ipſa connubium, potianturque charis amplexibus eius, vt plenariam notitiam, omnimodum aſſequantur intellectum, non ſpondent ſeptennale obſequium, nec illud geminant ſolum, ſed & oblongum ſtamen quantum quantum ſic vitæ ſuæ, excurrentes de regione in regionem, vti quondam magnus ille Plato, qui ſuperatis omnibus in palęſtra Philoſophis docendo Athenis; adepto ſplendido nomine ſapientis, peragrauit vniuerſam Ægyptum, & illam Italiæ partem quæ pridem dicebatur Græcia magna; perſequutus eſt vbique litteras, & ferè vniuerſum perambulauit orbem inſequens fugaces ſcientias;

*Gen. 29.*
Allegoria Lię & Rachelis.

Iacob, id eſt veſtigium.

*Hierony. epiſt. ad Paulin. de omnibus d hiſt. lib.*

vti & Pythagoras, & magnus ille Apollonius (de qu
bus S. Hieronymus, S. Auguſtinus & Valerius Ma
quorum Pythagoras ingreſſus eſt AEgyptum, *vt vi
uerct commentarios, codices priſcos, & myſteria
gionis; inde tranſijt Babylonem, vt ſiderum ibi diſ
ret reuolutiones; inde Cretã; & Lacedæmonem op
daturus legibus tunc tẽporis celeberrimis Lycurg
Minois; vti & hic Lycurgus pridẽ frequentaret C
dios, AEgyptios, & alios (prout de ipſo ſcribit Plu
chus in vita eius, ) quo vberius proficeret in legib
Quâ ſcientiâ mundana obtenta, nouit Deus vt
ra Lia, Scriptura ſacra fuerit neglecta. Quid negl
dico? Jmò deſpecta, ludibrio habita, riſu & cachi
excepta; ſubſannantibus alijs hiulcis faucibus lip
oculos eius, id eſt ſcotomiã, ſeu caliginẽ, ac ſi non
uertiſſet, quę refert eſſe falſa & incredibilia; alijs n
tibus apertè deformitatem & turpitudinem ceu
guo eloquentiæ apparatu inſtructæ. verùm notat
prouidentiam. Jlli quam neglexit Iacob, ſpeciali
tia, fuit fæcunditas conceſſa, & vulua aperta, vt c
ciperet & pareret; altera interim ſterili & infæcu
perſtante. Deſpecta genuit Iacob primogenitum
ben. Ruben ille filius viſionis, eſt ſenſus hiſtoricus
litteralis, aliorum fundamentum & baſis. Ruben, q
nobis ad oculos ponit & demonſtrat iam dudum p
terita. Dico, Ruben filium viſionis narrationem hi
ricam, quod ſit hiſtoria viſionis filia, nec fuerit ge
& antiquitus ſcripta per alium (inquiente S. Iſido
quam per eum, qui interfuit, & vidit, quæ ſcriber
lebat. Lia deſpecta, ſcriptura illa ſacra cõtemptu
bita parit nobis Ruben, id eſt, viſionem filij; illumi
enim nobis oculos & mentẽ, vt oculis fidei videa
filium Dei, ſecundam perſonam in ſanctiſſima Tri
tate. Nobis cognoſcendum proponit; *Illæ ſunt qu
ſtimonium perhibent de me*; cuius cognitionem adip
eſt beatitudo vera & vita æterna *Hæc eſt vita æterna
cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Je
Chriſtum Beati oculi, qui vident quæ vos videtis.*

Neglecta Lia, Scriptura illa ſacra omnium cach

*Val. l. 8. c. de Pythagora.*
*Idem ibidem de Platone.*
*Aug l. 8. de ciu c. 4.*
**Volater. l. 18. Antrop. ex Trogi l. 20. Plut. tom 1. in Lycurgo.*
1. Rubẽ, id eſt, Filius viſionis, vel videns filium.
*Vide Aulum Gell. lib. 5. noct. Attic. c. 18.*
*Verrium Flaccum l. 4 de ſignificatu verborũ.*
Hiſtoria Græcè ſignificat rerum cognitionẽ, pręſentiũ. Tamen græcum ἱστορέω ſæpe pro narro vſurpatur.

nis excepta parit nobis Simeonem, id eſt, audientem, ſiue exauditionem: vbi enim docuit nos primum quid ſit filius Dei, qui loquitur in ſcripturis, qui, & Verbũ, interpres, nuntius Patris æterni, concipit & gignit in nobis paratã voluntatem, & ſedulitatem promptam præbendi aures; præterea efficit in nobis exauditionẽ, id eſt, obedientiã legi diuinæ; quod eſt quaſi exaudire, & concedere quicquid a nobis expetit; qui aliud poſtulat nihil quã vt faciamus iudiciũ & iuſtitiã. *Indicabo tibi ô homo quid Dominus requirat à te, vtiq; facere iudiciũ, & diligere miſericordiã, & ſolicitũ ambulare cum Deo tuo.* Eadẽ Lia deſpecta, tertiũ gignit filiũ Leui, ſiue fœderatum, ſeu copulatum (cum Deo ſcilicet:) nãq; poſt ortum Ruben, aut fidei in nobis; poſt partũ Simeonis, ſiue vbi morẽ gerimus legibus Dei noſtri; quis opportunior ſequatur fœtus, quam Leui, id eſt copulatus & coniunctus Deo; quam eſſe vnum cum eo, amando, nec volendo quicquam quod non velit; quę vtiq; copulatio aliud eſt nihil quam amare Deũ; & ipſius gratiam adeptum eſſe in hac mortali vita; eiuſdem eſſe voluntatis, eiuſdem opinionis; ſitq; coniunctio iſta coniugalis, nato Simeone, id eſt, nobis morẽ gerẽtibus & adhærentibus Deo noſtro exequendo ſacroſancta eius placita. *An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim*, inquit, *duo in carne vna. Qui autem adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt.* Lia itaq; illa ludibrijs omniũ expoſita, egregios hos edidit partus. Quid verò adducam de diſciplinis & documẽtis, quæ ſæpenumerò vtero geſtat neglecta iſta? vt viciſſim enitatur quatuor ſenſus, ceu totidem fætus, quibus eã repleuit & impregnauit gratia ſua Deus? Interim iunior altera Rachel, rutilantibus ſuis oculis, ſucculẽta ſpecie, oris ductu, inſigni cõpoſitione exteriori, egregia corporis forma, habitu & geſtu venuſto ſuffurabatur animum Jacob: ſimiliter ſcripta illa prophana nouiſſimè aduenientia, & à ſacra ſcriptura multis retrò ſeculis adinuenta, nitore ſuæ eloquentiæ, ſucculentis coloribus Rhetorices, omni ſuo decore, interuẽtu quorundam Cupidinulorum, rapiunt & transferũt

ani-

*Marginal notes:*

2. Simeõ, id eſt, audiens, vel exauditus.

*Michea. 6*

3. Leui, id eſt copulatus.

*1 Cor. 6.*

*Vide Polyd. Virg. l.3 de inuent. c. 6. Iuda,*

Prophetauit ſeptimus ab Adã Enoch. Hine collige antiquitatem ſacræ ſcripturæ.

animos, in ſui amorem miro modo compellunt; ta-
men occluſa matrice perſtant infæcunda, nec fructu
vllum producunt momentoſum; aut certè ſærius; &
quem fætum eniruntur tardè, denuò ſterileſcunt de-
ceps non valentes parere. Lia verè noſtra, lippida
ſtra, Scriptura ſacra, nunquam defatigatur à pa
traditionis nouæ; ſemper vtero geſtat fætum, nil
obſtetricem præſtolans vt pariat. Quam ob rem
etiam poteſt fons hortorum, iugiter fluens, & irr
tioni accommodus. *Fons hortorum, puteus aqua*
Cant 4. *viuentium, quæ fluunt impetu de Lybano.* Puteus a
rum, quæ nunquam arent, ſed naſcuntur & renaſc
Pſal. 64. tur, quo magis hauriuntur. *Flumen Dei repletum*
Ptolom. *quis.* Aquæ ſunt, aſt *quæ fluunt impetu de Lybano,* m
li. 5. Strabo l. 16. te excelſo Syriæ ſecundum Ptolomæum: ſcaturit
& fluit è cælis ſacra ſcriptura, dicente S. Joannes in
Apo. 22. pocalypſi: *Oſtendit mihi Dominus fluuium aqua*
*ſplendidum tanquam cryſtallum, in medio plateæ*
*lem, procedentem de ſede Dei & agni.*

D. Bonauentura parte 1. Opuſculorum paruo
principio in libros ſacræ ſcripturæ hunc locum A
calypſis de ſacra ſcriptura interpretatur.

Gen. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad*
*gandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor*
*pita.*

Ioannis 4. *Puteus altus eſt.*

2. Petri 1. *Non voluntate humana allata eſt aliqu*
*do prophetia, ſed Spiritu S. inſpirati loquuti ſunt ſa*
*Dei homines.*

E contra, ſcripta prophana & mundana ſcri
ſunt, puteus arctus, ciſterna diſſipata, ne guttula
quæ continent.

Jeremiæ 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ,*
*foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non va*
*aquas.*

Prou 23. *Fouea profunda meretrix, & puteus an*
*ſtus, aliena.*

Neq; ſolum ſcripturam ſacram dicere audebim
puteum inexhauſtum, ſed & cum D. Gregorio in

pidè adpellabimus quaſi fluuium, altum & remiſſum *Georg. to.*
in quo obambulat agnus tanquam vadans, ſubmer- *1. l. 20.*
gitur elephas: id eſt, ea eſt, vt ſimplex & idiota deſumat *moral.*
vnde proficiat; ſcientia verò diſtentus, anſam fluctuā-
di, dubitandi, quin ſubmergendi, non valens vnquam
tentare vadum. Jlle eſt fluuius, de quo dictum; *Flumi-*
*nis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Fluuius ille eſt, verè *Pſal. 45.*
inexhauſtus, eſt gurges, eſt abyſſus, eſt vaſtiſſimus O-
ceanus, quo dicit Vates vniuerſam terram oppletam.
*Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris ope-* *Iſa. 11.*
*rientes.*

Gregorius lib. 1. homil. in Ezechielem interpretatur
de ſacris eloquijs, tom. 2. *Rectè ſacra eloquia viſioni ma-*
*ris ſimilia narrantur, quia in eis ſunt volumina ſententia-*
*rum, cumuli ſenſuum.* Fluuius ille eſt, de cuius profun-
ditate diſſerens S. Auguſtinus, ait: *Tanta eſt Chriſtia-* *D. Aug.*
*norum profunditas litterarum, vt in eis quotidie profice-* *to. 2. epiſt.*
*rem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vſque ad decrepitam* *3. ad Vo-*
*ſenectutem maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio* *luſianū.*
*conarer addiſcere.* Et paulò poſt: *Tum multa, tamq; mul-*
*tiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca intelligenda*
*proficientibus reſtant, tantaque non ſolum in verbis qui-*
*bus iſta dicta ſunt, verùm etiam in rebus quæ intelligendæ*
*ſunt, latet altitudo ſapientiæ, vt annoſiſſimis, acutiſſimis,*
*flagrantiſſimis cupiditate diſcendi hoc contingat quod ea-*
*dem ſcriptura quodam loco habet: Cum conſummauerit* *Eccleſ. 18.*
*homo tunc incipiet.* Quod aliquando exhibitum fuit *Ezech.*
diuino illi Vati Ezechieli, quando vidit in via templi *47.*
quæ reſpiciebat ad Orientem, aquas redundantes à
latere dextro: deinde, vir egreſſus eſt ad Orientem, ha- *Dionyſius*
bens funiculum in manu ſua, & menſus eſt mille cubi- *in hunc*
tos, traduxitque eum per aquam vſque ad talos; rur- *locum*
ſum menſis alijs mille cubitis, traduxit eum vſque ad *ait,*
genua: & menſis alijs mille, traduxit eum vſque ad re- quoſdam
nes; denique menſis alijs mille, torrentem non po- intellige-
tuit pertranſire, quoniam intumuerant aquæ tor- re ſanctā
rentis, qui non poteſt tranſuadari. An non ex- ſcripturā,
primuntur ibi quæ paulò ante dixi? Aquæ iſtæ, nun- alios aquā
quid non ſunt ſacræ litteræ? Elatio illa prima, qua aſ- baptiſmi,

cen-

cenderunt aquæ ad talos vſque, deinde paulatim,
nec intumuit torrens, vt tranſuadari non poſſet,
inſinuant fortè ſanctam ſcripturam prima front
deri facillimã, ſi quando eã pertractare attẽtemus
quò amplius immorati, & conati fuerimus eam
rire, eò euidentius exhibere ſe, qualis eſt, ſcil
byſſum ſine vadò, & omnicò inexhauſtam!
verò ſic ſentio: ſenſim enim experior in decur
poſitionis huius parabolæ; quam prima fronte
traijcere facilè, immerſus tantummodo ad talo
que; verùm quò vlterius gradum vrgere conor
altius me demergi ſentio, ad genua, ad ren
que; quin tam altè, vt verear ne tranſuada
queam. Quorum gratia, Auditores, ſperem
que veſtrũ indulturum mihi facilè, ſi denuo hodi
morer voci *adoleſcẽtis*, quam leuiuſculè percurre
bitrabamur. Profectò, putabam à me ſufficiẽter
catã; ſed deprehendo me adhuc in limine ferè ha
cõperio ſcripturas ſanctas, & earũ penè ſingulas
ones, inexhauſtas. Dictio hęc vnica ſatis mihi com
bat adagij recepti veritatem; quo ferunt, ſcintil
gua ſuſcitari ſæpè ingens incendium: ſcaturigine
in riuos defluere; riuulum in torrentem emerge
rentem paruum in fluuiũ excreſcere; & ex fluui
uo altũ mare aſſurgere. Dictio enim *adoleſcentior*,
ruit mihi vaſtiſſimum campum; & locum para
ẽdæ fabricæ ampliori, altiori, ſumptuoſori mult
Esther. 10. ſperaueram. *Paruus fons qui creuit in fluuium, &*
Dan. 2. *quas plurimas redundauit. Lapis qui percuſſerat ſta*
Matt. 13. *factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam ter*
Propoſitio concionis. *Granum ſinapis minimum fit maius omnibus ole*
Veſtra igitur venia, quam facilè obtinuero ob li
rum ſanctarum profunditatem, dicemus
hac concione, quæ conformitas exſtet inter pecc
rem & adoleſcentem; deinde tam temerarium
peccatorem vt audeat bellum indicere Deo. D
mus,

AVE MARIA.

2. S

2. Non abſre complures viri graues dixerunt pi-ĉturam & orationem in multis plurimum conuenire. Animaduerto enim (vt alias ſimilitudines omittam, quas fusè nunc proſequi, foret extra rem) quod quemadmodum in picturis nonnullis frequenter plura ſunt intelligenda quam quæ tabula continentur; ſic per ſermones quoſdam aut loquutiones breues, plerumq; plura comprehendimus multò, quam ipſa verba ſonẽt. Ita eſſe de picturis liquet planè ex libris Plinij Magni, qui de imaginibus Timanthis periti pictoris diſſerens, ait: *In omnibus eius operibus* (Timantem intelligit) *intelligitur plus ſemper quam pingitur: & cum ars ſumma ſit, ingenium tamen vltra artem eſt:* Quod dicimus, cernere eſt in Cyclope iſto quẽ in tabula expreſſit; cuius miram altitudinem innuere volens artificiosè, circum circa effinxit Satyros metientes canna pollicem eius. Euidentius verò in effigie tam celebri ſuæ Iphigeniæ, quam cum depinxiſſet ocyus immolandam, vbi apertè & palam luctum & lachrymas proximorum Calchantis & Vlyſſis efformaſſet, inſumptis quaſi & expenſis ſenſibus exprimendo planctui Menelai, aliorumque ſanguine iunctorum; nihil artis ſupereſſe ſibi in taberna ſua ſentiens; *Conſumptis affectibus non reperiens quo dignè modo patris vultum poſſet exprimere, velauit eius caput, & ſuo cuique animo dedit æſtimandum*, inquit Quintilianus. Inſinuans patris luctum tantum fuiſſe, vt penicillo, coloreue vllo dignè non poſſet exprimi. Ita in orationibus & ſermonibus humanis, paucula verba interdum multa & innumera mente diſcutienda proponunt, quæ referre longum aut penè impoſſibile; etiam moleſtum quandoque aurem præbentibus. Sic cum dicit Poetarum anteſignanus Virgilius,

*Et campos vbi Troia fuit:*

Et ante ipſum Vates quidam; *Hi fuerunt illic*; pauculis verbis abſumpſit & deligurijt vrbem illam celeberrimam totam; animoque æſtimanda dedit ruinas fanorum, euerſiones arcium, & baſilicarũ; quin vnico

Picturæ & orationis ſimilitudo.

*Plin. l. 35. cap. 10.*

*Quintil. l. 2. inſtit. cap. 13.*

*Virg. 2. Æneid.*

*Pſal. 86.*

verbo

verbo deraſam penitus & euulſam expreſſit Troian
cuius ne columna, ſemi-ruptus murus, lapis in terra
aut vllum ſupereſſet monimentum. Jd erat conclud
re Jliadem ingentem putamini nucis. Similiter adm
randus ille totius vniuerſi doctor & parens Ieſus ſe
uator, pleriſque locis expreſſit paucis verbis multa,
ſub velo, inuolucroq; paucorum verborum occul
plurima, vt ſermone habito in monte, quem de oc
beatitudinibus dicimus, ſub dictione *beati*, toties q
ties illam repetijt, inuoluit coaceruationem omni
norum bonorum verorum & perſtantium, ex plac
Philoſophi Chriſtiani Boetij: *Beatitudo eſt ſtatus o*
*nium bonorum aggregatione perfectus*. Iſtud Iſaiæ, *Di*
*iuſto, quoniam bene*, tale eſt. Et hîc in noſtro textu,
pellando peccatorem adoleſcentem, dedit, meo iu
cio, æſtimandas plures conditiones & prauas incli
tiones, quam exprimat; elegantiores quoque ad me
phoram, quam ſi vulgato nomine peccatorem co
pellaſſet. Præter conditiones namque peccatoris q
ſupra recenſuimus, ſub velo vocis iſtius deliteſcen
arbitrer velle commonſtrare temeritatem, & im
dentiam effrænem omnium peccatorum; quod co
muniter talis audacia, quæ nil aliud eſt (prout de
Ariſtoteles) quam aggredi omnia, nihil timere, e
vbi timendum eſt, deprehendatur in iuuenibus. *A*
*daxque iuuentus erupit*, inquit Lucianus; præ copia
loris naturalis, qui in ipſis eſt, ſecuritate nimia qu
ponunt in ſuis viribus, & defectu experientiæ, dice
Ariſtotele in Rhetorica. *Qui nihil omninò timet,*
*aggreditur omnia, is audax nimirum efficitur*. Vix e
reperias audaciam, præſumptionemúe notatu dig
tam in ſacris quam prophanis litteris, quam non
erceuerint potius adoleſcentes quam ſenes. Temeri
& facinus audax fuit, attentaſſe ſubijcere denuò pe
dia populum Romanum ſeruituri & Tyrannidi T
quiniorum, quos idem populus libertatis amans,
implacabiliter ſeruitutem odiens vrbe eiecerat; fa
nus inquam iſtud nunquid non attentauit, poti
mum nobilis iuuentus Romana, pertracta ad

& ſollicitata per nuntios Regum eiectorum ? Legite hiſtoriam Romanam, inuenietis, *Erant in Romana iuuentute adoleſcentes aliquot nec ij tenui loco orti, quorum in regno libido ſolutior fuerat, æquales, ſodaleſque adoleſcentium Tarquiniorum, aſſueto more regio viuere,* &c. Audax fuit & temerarium factum Simonis militis Græci, in obſidione Troiæ, ſe ſponte captiuum abduci ferentis à Troianis, & ſiſti Regi Priamo, execrantis proditoriè genus ſuum, vt hac ratione libertate donaretur, ac donatus ſolutuſque, nocte ſuſequête exitum ſterneret clauſis equo portentoſæ magnitudinis; & prior vrbem igni traderet. Quoniam verò tanta temeritas à vero ſimili procul abeſſet, ſi cuidam annoſo tribueretur, ideo ſapiens Vates Virgilius refert iuuenem, tyronem tantum tamque perfidum facinus auſum: *Tit. Liuius vbi ſup.*

*Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctũ,* *Virg 2. AEnei. 2.*
*Paſtores magno ad Regem clamore trahebant*
*Dardanidæ, qui ſe ignotum venientibus vltrò*
*Hoc ipſum vt strueret, Troiamq; aperiret Achiuis*
*Obtulerat.*

Audax fuit Chorœbus; qui adorſurus hoſtem, hoſtis arma ipſe, & ex ſuis pauci effinxerunt & ſimularunt; ſed quem Poeta dicit iuuenem, & Caſſandram depereuntem. Cæteri quoque Poetæ exploratam habentes iuuentutis temeritatem, ſi quando referunt facinus audax & temerarium, penè ſemper iuuentuti tribuunt; vt colorem, probabilitatem, authoritatem dictorum ſuorum faciant; quod in ſene temeritas ſit incredibilis. Ex peritioribus Poetis quos celebrauit antiquitas, quidam, oſtendens quod maneat ſupplicium eos, qui temerè & pro libidine contrectare præſumunt, quæ ſolius Dei prouidentiam, diſpoſitionem, potentiam ſolummodò ſpectant, ait Phaethontem, adoleſcentem effrænem rogaſſe patrem Phæbum, quatenus ſibi liceret ad tempus dirigere equos furioſos & indomitos (munus ſanè tenellis manibus haud committendum, vti probauit exitus;) non valentem autem regere & continere equos ſibi in perniciem ſuam commiſſos, fulmine ictum à Ioue, in ſempiternam ſuam ignominiam. *AEnei.* *Ouid 2. Metam.*

Temerarium fuit Icaro, cereis pennis, non natu-
liter ſed arte affixis, volare liberius per aera, ſol-
propius accedere, eius æſtum non timere; *audaci ga-
dere volatu*; nec fugere quod pennis ſpoliare pote-
& in altum demergere mare; vti & euenit, ſi vera
rant Poetæ. Quia verò ſimile quid vix crederet
ſene; notaſtis, vt ad decentiam ſapienter tribuant P-
tæ iuueni Icaro, non autem parenti Dædalo, qui l-
aliter natum inſtruxerat? *Medioq́ue vt limite cur-
care, ait, moneo*. Cumq́ue temeritatis ægritudo
quens ſit & communis adoleſcentiæ, vox adoleſ-
non ſignificaret quoque temeritatem intoleran-
peccatorum omnium? Nil enim peccatore mag-
merarium.

*Ouid. 8. Metam.* Quid rei veritas habet. vide apud *Diodorũ Siculum l 5. rerum antiq. cap.* 13.

Adoleſcentia peccatoris temeritatem denotat.

3. Quæ temeritas efferatior, quæ inſania furio-
aut quæ furia rabidior, quam ordinare caſtra co-
cælum, contra Deum ſuum; & acie inſtructa proc-
re obuiã Creatori? Quæ veſania caſtra metari a-
ſus Deum exercituum; indomitum, inuincibilem
Creatorem; cuius facinora heroica, præclara, fre-
tia, admiranda? Quis ille furor, omnipotẽtem pr-
care in arenam? Legentes in fabulis ingenioſæ anti-
tatis, genus quoddã ſuperbũ Gigantũ proteruorũ
viribus ſuis nimiũ præſumentiũ, attentaſſe bellu-
ferre cęlicolis, montes ſuper montes coaceruando
bores & rupes in cælũ emittendo, vt raperent, ta-
fruſtra, Jouis diadema, quem cæca Gentilitas falſò
gebat Diuorum Principem; ſceptrum manibus e-
rent, ſolio regio deturbarent, vi & armis Imper-
Monarchiamq́ue cæli terræq́ue ſibi adſciſcerent; ſ-
quam, ad huiuſmodi narrationes, ſolum veriſſi-
ſtant comæ præ ſtupore:

*Virg 6. Æneid. Autor Ætna, vel Verg. vel Cornelius Seuerus Ouid. l 1. Metam. Faſt. 5.*

*Qui manibus magnum reſcindere cælum*
*Aggreſſi ſuperiſq́ue Iouem detrudere regnis &c.*
*Tentauêre (nefas) olim detrudere mundo*
*Sydera, captiuiſq; Iouis transferre Gigantes*
*Imperium: & victo leges imponere cælo:*
*Neue foret terris ſecurior arduus æther*
*Affectâſſe ferunt regnum cæleſte Gigantes*

*Aliaqúe congeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes* &c.

Si legentes, genus humanum poſt vniuerſalis diluuij exundationem in tam cæcam prolapſum temeritatem, vt attentarit propugnacula, valla, mænia, turrem quæ cælo cacumen inferis pedem inferret, exſtruere, aduerſus vltionem Creatoris, contra diluuium alterum, & vt immortalem nomini ſuo gloriam conciliarent volente nolente Deo, ſtupemus. *Faciamus*, inquiunt, *nobis ciuitatem & turrim cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras.* In hebræo dicitur: *vt non diſpergamur ſuper faciem vniuerſæ terræ*, id eſt, *ne diluuium ſuperueniens diſpergat cadauera noſtra ſuper faciem terræ, ſicut prædeceſſoribus noſtris accidit.* Sic Lyranus ibidem. Si non ſit qui non terreatur, tam ſit inſenſibilis, legens tantam hominum audaciam, qua præſumpſerunt ſic inſultare cælis, Creatorem prouocare in prælium, ei ſe opponere, & quaſi chirothecam iacere, ſiue * paludamentum coccinum mittere, in ſignum certaminis; ſi demiremur ſeruum ſimpliciter, & ſubditum moliri defectionem; aut bellum inferre Regi, vti factum vidimus à Mezentio cruento, ab Antiocho ſacrilego, ab Epicuro luxurioſo noſtri ſeculi, (proprio nomine non compello quem probè noſtis; neque verò meretur fax illa funeſta immortalitatem cuiuſpiam ſcriptis, magis quam qui toto orbe celeberrimum Dianæ templum Epheſi incendit vt ſibi nomen acquireret) in Regem Catholicum Hiſpaniarum: ſi non ſit tam puſio quiſquam, qui non iudicet execrandos conatus eius, & temeritate non toleranda infames: quid enim hoc, ſtramineum ſubditum conſurgere in Regem Chlalybeum; aut vas terreum, in æreum? quanto temerarior cenſenda eſt arrogantia peccatoris, audẽtis rebellionem moliri, & deficere à Deo ſuo? Eò certè arrogantior, quo Creator præcellit & excedit in omnibus Reges terrenos, qui collati ad Deum nihil ſunt; & quo poteſtas diuina ſuperat omnes vires humanas. O gigantes! Humanitus loquendo, de monſtroſo illo gigante, turri

Gen. 11.

* De prælij ſigno apud Romanos.

Vide Hieronymum cõtra Eluidium.

1. Reg. 17.

carnea Goliath , ſi hinc conſideremus prægrandem ſtaturam, hinc corpuſculum tenue & lene Dauidis, cu- bitalis, & pigmæi reſpectu illius; hinc, multo experi- mento acquiſitum in bellicis vſum ; hinc tyrocinium, quia inſcitiam paſtorculi in militaribus: illius appara- tum, micantem enſem, clypeum, galeam, loricam, ha- ſtam denique probatam omnem armaturam & inex- pugnabilem; iſtius, adoleſcentuli inermis peram, ba- lum, fundam (ſepoſito auxilio Dei quo cōfortabatur) quis meritò non iudicet temerariū & arrogantē hu- imperitū militem, aptiorē paſcendo gregi, quam con- greſſui cū tanto leone, audentē adoriri tali modo, portentoſam molem? Aſt, quis non maiorem præd- peccatoris impudentiam, conſiderata ipſius fragili- te; per quam ipſe ſub ſe cuniculos agit , ſe ipſe con- dit & conſumit; conſideratis armis ipſius imbecill- natura acceptis, & alijs circumſtantijs, rurſus, ſi atten- damus Deū æternū, infinitū, incorruptibilē, impa- bilē, non ſubiectū plagis & vulneribus (vti falsò a- mat Homerus Jliade quinta , deſcribens Deos m- ſaucios, modò in vincula coniectos; ) ſi, inquā, ſpe- mus eius omnipotentiā, ſapientiam, aliaq; ſimilia, audet ſeſe opponere Creatori ſuo? Fierine poteſt v- ta cæcitas, audacia tam effrons occupet cor homi- Ad tantamne inſaniam deueniet homo ? Jta eſt, pe- cator militē cogit , & acie inſtructa procedit aduer- Deū, toties quoties committit peccatum. Pro hom- confirmatione, nunquam legiſtis in Iob : *Abundant ta- bernacula prædonum , & audacter prouocant Deum; cum ipſe dederit omnia in manus eorum.* Prædones nomi- peccatores, quia Deo honorem detrahunt, & ius ob- dientiæ, quā ipſi præſtare tenentur; quaſi a Maieſta- eius habentes quicquid poſſident. Teſtem audite El- pham Themanitem amicum Iob , qui ratus Iob pec- catorē, exprobat ipſi cor elatū , & accuſat tumen- ſpiritus in Deum: *Quid te eleuat cor tuum , & quaſi ma- gna cogitans attonitos habes oculos ? Quid tumet contra Deū ſpiritus tuus?* Idem alibi apertius docet quod dic- ca elegantia, vt videatur texere voluiſſe hiſtoriā, c-

Iliade 5. Venus à Diomede vulneratur, Mars capitur, Pluto, Iuno ſagittis vulnerantur.

Iob. 12.

Iob. 15.

taminis ſiue duelli Dei & peccatoris; vidiſſe tanquam verus hiſtoricus quæ ſcribit, apparatũ ſuperbũ, greſſum inſolentẽ, vultũ ſpirantem minas, acre certamen peccatoris aduerſum Deum: *Tetendit impius aduerſus Deũ manũ ſuã, & contra omnipotentẽ roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eũ erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.* Quid euidentius deſiderare queam? Quid bellum alteri inferre, ſi hoc non ſit? Quid Deũ prouocare; quid cum eo conſerere velle, ſi hoc non? Nonne videmus omnes has minas omnia iſta bellica facinora vſurpari & patrari in Deũ à peccatore? An non leuare manum ſuam aduerſus Deum, opponere velle humanum, velle diuino; audere quippiam in ipſius æquiſſimas conſtitutiones? Nonne ſuſcitare aggeres & propugnacula, vt ſe ducto vallo cingat aduerſus Deum ſuum, fingere *excuſationes in peccatis*; pallia, tegumenta, inuolucra, latibula peccatis quærere? Pluris facere erraticũ ſuum iudicium, quam Dei infallibile? An non ſe munire, & vires ſuas augere in Deum; conari pellicere & pertrahere ſecũ modò hunc, modò illũ in defectionẽ à Deo ſcandalizando eos, aut perperam ſuadendo in vitam, quam ipſe viuit, effuſam deducere. Nunquid non claſſico & voce preconis conſcribere militem contra Deũ, ac ſi conſortio in peccatis tutus & immunis eſſet ab animaduerſione diuina; quemadmodum agger, vel ſepimentum protegit caſtra ab excurſione hoſtium? An non repellere Deum à mænibus quando irruptionem facientẽ appoſitis ſcalis & machinis, colloquiũ petentẽ, nobis offerentẽ pacis fœdera omnem manſuetudinẽ, omnẽ miſericordiã, per ſeipſum, nos inſpirando & cõmouendo interius; per ſuos feciales & interpretes, Prophetas; per legatos & nuntios, prædicatores, audire renuimus, & à nobis repellimus? *Coniugiũ ita ſuſcipiunt, vt Deũ à ſe & à ſua mẽte excludant*, ait Raphael ad Tobiã: remittimus nuntios eius vacuos re infecta; neq; hoc ſolum, quin interdũ calumnijs & maledictis laceſſimus, præter omne ius bellicum, omni rationi receptũ? Quando rurſum tormẽta bellica in nos collimat & explodit acriter, arietes & machinas, admo-

*Ibidem.*

Vt peccator leuet manus contra Deum.

*Tobiæ. 6.*

 net,

net, quatiens tribulationibus; & afflictionibus; quan
do fame præmit, & omnē annonā præcludit, quo co
da noſtra concutiat, emolliat, & obedientiæ compe
Exodi 9. lat ſubite iugo, non terremur, non pauemus? *Cor Pha*
Iob 41. *raonis ingrauatum eſt. Cor eius indurabitur tanquam la*
*pis & ſtringetur quaſi malleatoris incus.* Quando præ
tea admotis ſcalis & mænibus labefactatis ipſo in
preſſionem faciente, cædente ſparſim tam peſte, qu
ferri acie, & inſequente flamma ferroque, animum
mamus, armamur furore; vt malimus pertinac
perire gladio, quam dexteram eius amplecti, & in
ditionem venire? Quid, Deo inſultare? Quid Dom
ſuum prouocare, ſeſe illi opponere, ſi hoc non? Q
dicam, quod peccator non ſolum dicitur reſiſtere
titer cinctus aggere & vallo expugnanti Deo; quin
iam in ſcripturis ſacris dicitur eo temeritatis aſſur
re, vt ipſe excurſione facta, velitet, imò irruat aſpe
Deum, & dimicet ſingulariter? Legiſtis, ni fallor, in
Iob. 15. ruditiſſimis vaticinijs Iob: *Cucurrit aduerſus De*
Pſal. 2. *impius, erecto collo.* Notate, *cucurrit.* Idem loquuti
genus occurrit in prophetia Dauidis: *Quare frem*
*runt gentes & populi meditati ſunt inſania? Aſtiter*
*Reges terræ & Principes conuenerunt in vnum, adue*
*Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Ac ſi dice
Deus bone! qui fremunt & fremitu ſuo cuncta p
turbant? Qui eò temeritatis & arrogantiæ impelli
tur, vt caſtra mouere audeant *aduerſus Dominum,*
*aduerſus Chriſtum eius?* Fædera paciſci, coniuratio
conſpirationes moliri *aduerſus Deum cœli; adue*
*Deum Deorum; aduerſus principem Regum terræ; adue*
*ſus Regem Regum; aduerſus Dominum Dominorum, a*
*uerſus Dominum & Deum exercituum?* Admirabile,
ue potius incredibile eſt, tametſi veriſſimum, qu
peccator adoriatur Deum; prior irrumpat in eum, ve
bis procacibus laceſſat & blaſphemijs; prout pri
Sennacherib; & hoc tempore blaſphemi noſtri; p
uocet & pertrahat in arenam. Placetne euidente
bis demonſtrem & palpabiliter? An non videtur b
lum inferre, aut inferre velle Regi ſuo, qui poſt fide
pı

præſtitam, & iureiurando promiſſam obedientiam, aduenientibus edictis regijs immediatè à Rege, aut à legatis, ſiue deputatis ab ipſo cum plenitudine poteſtatis, ijsque ſufficienter promulgatis, nihilominus morem gerere renuit, reſiſtit, & opponit ſeſe? Quis II.
dubitet? Nunquid non molitur bellum in Regem, qui non ſolum non exequitur per contemptum & omiſſionem quæ imperat Maieſtas regia, ſed magis directè contraria facit? Certiſſimè Cæſari bellum non III.
denuntiat, qui Cæſarem exuit vectigalibus, tributis, cenſibus ipſi debitis? Non eſt dubitandum. Bellum IV.
in Regem non molitur, qui cum hoſtibus capitalibus eius paciſcitur, dexteras iungit; aut Regem munitionibus pellit; vel intrare volentem non admittit; qui aufert & reſcindit regni partem? Rem dilucidam non negabis vnquam. Deus verò noſter Rex eſt, Cæſar eſt, Imperator eſt omnium creatorum. Nos homines, ſumus bona pars ſubditorum eius. I. Huic Auguſto Cæſari omnes nomina & fidem dedimus; abſolu- I.
tam obedientiam ſacris expiati lymphis iureiurando promiſimus, *Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſti-* Pſal. 118.
*tiæ tuæ*. Edicta ab ipſo immediatè emanantia ſunt leges euangelicæ: conſtitutiones legatorum plenaria poteſtate fultorum, ſunt præcepta Eccleſiæ Apoſtolicæ. Ijs igitur nobis probè cognitis & promulgatis quando reſiſtimus, & opponimus nos, volentes ea opere complere, non cenſebimur perduelles? Si reſiſtere eſt rebellare; & rebellare eſt, dimicando ſe alteri opponere; qui reſiſtit Dei legibus & Eccleſiaſticis conſtitutionibus, non rebellat, non repugnat, non ſe opponit certamine? Nunquid hoc non certare & dimicare aduerſus DEVM? II. Adhæc, ſi opere non com- II.
pleat peccator leges Dei, vt ſunt, opitulari viduæ, patrocinari pupillo, ſuccurrere pauperi (prout per Iſaiam mandat) & alia id genus; quin è contra, opprimit viduas, ſpoliat orphanos, depaſcitur pauperes, viuens in modum Harpijæ, ſiue ſanguiſugæ & intumeſcēs ſanguine, viſceribusq; afflictorū; *Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ nō ingreditur ad illos. Deuorāt ple-*

*De Harpijs vide Virg 5. Æneid.* Triſtius haud illis monſtrū.

*bem Dei ſicut eſcam panis*; non erit hoc leuare ſign
III. & manuum contra Dominum? III. Si non pendet pecca
*Iſa.* 1. tor tributum diurnuum quod debet, vt ſunt grati
*Pſal* 13. actiones, & ſacrificia cordis noſtri &c. IV. Si ſtudi
IV ctatur ambitioſa, ſi fœdus init cum hoſtibus Dei, q
*Exod.* 25. eſt crimen læſæ maieſtatis, *Non inibis fœdus cum i*
*ſeu, & cum Dijs eorum*, non videtur bellum denun
re? Quod vero pacificatur cum hoſtibus, proba
hoc modo: Iurati hoſtes Dei noſtri ſunt princip
nebrarum, qui pridem primam moliti ſunt defe
nem in cælis; qui ſine iuſta querela, ſine vlla ſpec
ſtitiæ ſparſerunt per vniuerſa caſtra cælica ſeditio
tam furibundam, vt neceſſum fuerit Omnipoten
iudicare infinitos morti ciuili, excludere curia ſu
pellere in exilium non minus miſerabile quam i
minabile; qui nihilominus flagello iſto non pro
runt; ſed, ad inſtar lacertæ (quæ minutum diuiſa &
ſciſſa minitantur cędenti, ſæuit amplius, & ingrat
ſuam rabiem oſtendi furioſiorem) ſine pace, ſine i
cijs, rurſum aggreſſi ſunt Deum & gloriam eius, q
cupiunt (etſi in vanum) penitus ſepultam; Eccle
eius, ſub qua conantur cuniculos fodere, conte
tes priuare capite & nauarcho Jeſu Chriſti ca
ſuperſ[e]rere in agro eius zizania falſorum dogma
vnde merentur in Euangelio inimici hominis no
*Inimicus homo hoc fecit*; & a nobis dicuntur per
*D. Ambr.* emphatica, hoſtes noſtri (non canimus in templis,
*in hymn.* *ſtem repellas longius. Hoſtemque noſtrum comprime.* O
*Eccleſia* *nes inſidias inimici ab ea longe repelle*; *Aduerſarius*
*in Orati* *ſter diabolus.*) Quod autem ipſis inimicus ſit Deu
*one.* uimus per maximam vniuerſalem crebrò reper
1. *Petri.* 5. in ſcripturis aſſerentibus DEVM odiſſe im
& impietatem. *Odiſti omnes qui operantur iniqu*
*Pſal.* 5. *tem. Altiſſimus odio habet peccatores. Similiter odio ſ*
*Eccl.* 12. *Deo impius & impietas eius*. Quod ſi de peccator
*Sap.* 14. omnibus priuatis & popularibus, nondum nom
tis a multitudine & enormitate ſcelerum id enu
tur verè; quanto exoſiores ſunt Deo chiliarchæ,
ſignani, tribuni exercitus peccatorũ? Exaſperam
ac

aerius in duces & authores primarios ſceleris patrati,
quam in adhærentes; & mitius agentes cum militibus
ſæuimus in duces & præfectos: vti quondam Quintus
Ciacinnas Dictator primus Romanorum, qui parta *Tit Liu.*
victoria in *Aequios*, anno 296. ab vrbe condita, perijt *decade* 1.
Clulium Imperatorem exercitus, alioſque duces re- *lib*. 2.
uinctis poſt terga manibus ſibi ſiſti; dicẽs ſe non ſitire
ſanguinem Aequiorum, liberoſque dimittens abire
milites omnes: ſimiliter & Ioab Dux caſtrorum Da-
uid, canens receptui confeſſo corde Abſalonis autho- *2. Reg.* 18.
ris coniurationis triplici haſta, vt parceret multitu-
dini: Deus quoque noſter, qui aerius & principalius a-
nimaduertit in exploratores Palæſthinæ, qui falſa re-
latione cauſam dederant obloquendi, murmurandi, *Num.* 14.
rebellandi aduerſus Moyſen; Chore pariter, quod ob-
loquutus fuiſſet Moyſi & Aaron, ac in eum finem ali- *Num.* 16.
os ſuas partes pertraxiſſet, aſperius fuit correptus, vti
libro Numerorum fusè narratur. Sunt porrò diaboli
inſtigatores ſeditionum, & chiliarchæ peccatorum: i-
gitur potiſſimos hoſtes habet eos Deus, certum eſt.
Noſtis vero diſtrictè inhibitum nobis à Deo miſce-
re colloquia cum ipſo, aut vllo modo negotiari; ne-
ceſſitudinem habere priuatam vel apertam; manda-
tumque datam de odiendo eo, & reſiſtendo conatibus
eius. Sacroſanctæ illius Decretalis, quæ habet, *Odio* *Deut.* 15.
*habebis inimicum tuum* non eſtis ignari; vbi ſumitur i- *Leuit.* 9,
nimicus pro diabolo, etiam ex ſententia D. Auguſtini.
Hem! iuratum hoſtem! O aduerſarium capitalem
communem nobis & Deo! Conclametur ad arma; *re-
ſiſte, reſiſtite*, Auditores, hoſti iſti communi *fortes in fi-
de*; Dudum denuntiatum eſt bellum aduerſus eũ. *Ad-* 1. *Pet.* 5.
*uerſarius veſter diabolus, cui reſiſtite fortes in fide. Subditi* *Iac.* 4.
*eſtote Deo, reſiſtite autem Diabolo.*

Nonne hoc ipſum volebat Dominus, cum diſtrictè
prohiberet genti iſraeliticæ conſiderationes, pacta, a- *Exod.* 23.
micitiã, commercium cum nationibus exteris, idolo-
latris, geminans & repetens capite 2. Iudicum & alibi
crebrò eandem conſtitutionem? *Non ibis cum eis* (He-
thæo, Gergeſæo, Amorrhæo, Chananæo &) *fœdus*, *nec*

*Deut. 7.* *miſereberis eorũ.* Peccator verò offendēs Deũ nece
tudine iungitur hoſti, complacet & famulatur ei
quæritur qua ratione peccator denuntiet Deo
feratque bellum? Adhæc, quis neſciat mundum,
dico hanc vniuerſi fabricam admirandam, ſed ciu
incolas eius (ſic compello impios quia ſibi placea
immorentur, non tanquam peregrini & viatores,
quaſi ciues & domeſtici; ſiquidem iuſti non aliter
viantes ſe habent, vti poſtmodum dicetur, fauente
mine, ad eum locum, *Adhæſit vni ciuium regionis*
*&c.*) quis ignorat, inquam, mundum hunc Deo in
cum, non dico, pro inimico habitum, ſed inimic
agentem contra creatorem ſuum? Intrante filio
hunc mundum, non eſt à mundo agnitus; in prop
venit hæreditatem perſonaliter, nec ſui receperu
um, ait Scriptura; tu verò in corde tuo tenui
mittere eum, nonne ibi facta & argumenta
*Ioan. 1.* ſtis? *Mundus per ipſum factus eſt, & mundus*
*non cognouit. In propria venit, & ſui eum non re*
*runt.*

Auguſtinus tract. 2. in Ioannem, per *propria*,
dum exponit. Et epiſt. 120. ad Honoratum, ſicu
nos exponimus. Alias expoſitiones alias oportu
Cyrillo li. 1. in Ioan ca. 11. ex Greg. li. 14. Mor. ca.
de Iudæorum populo videntur tantum intellig
adducemus. Stupendum & dolendum, quod Rex
agnoſcatur in ſua vrbe, ab ipſomet exſtructa; Prin
in ſuo caſtro; paterfamilias in domo. Nihilominu
euenit. O dedecus! O bellum apertum! Filius D
Princeps, Rex pater huius mundi, adueniens non
noſcitur. Venit in propria, εἰς τὰ ἴδια ἦλ, & ſui
non cognouerunt. Quid quæſo inimicum eſſe,
*Tit. Liu.* iuſmodi non ſunt inimici? Tarquinij Romani, oc
*decade 1.* ſis ſibi in faciem portis vrbis ingredi volentibus,
*lib. 1.* iudicarunt aperto Marte certari? Profectò non po
Deus noſter non iudicare aperto, & proclamato b
certari. Verùm, fortè pœnas dederunt, & pacis fœ
reconciliati ſunt? Abſit; quia odium illud mund

Deum incrementa iugiter cœpit ; aggreditur Chriſtum, inuadit aſſiduè qui ſunt eius ; vti fuſo ſermone demonſtrari poſſet, ſi per otium liceret: ſufficiat, quod ipſemet teſtetur ad Apoſtolos, dicens: *Si mundus vos odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur. Si pro quia*. Eſt ergo mundus Deo inimicus: atque quotieſcumque commercium aut colloquium habes, ô peccator, à partibus eius ſtas; mutua inter vos neceſſitudo intercedit; alius haberi nequis quam Deo hoſtis, ex teſtimonio ſanctorum Apoſtolorum Si enim is adblandiri nobis cenſetur, qui adblanditur cani noſtro, iuxta vulgatum illud, *Qui amat me, amat & canem meum:* ita è contra, nequit Deo amicus haberi, qui gratulatur, qui amat iuratum hoſtem eius ; qui complectitur, quod flamma ferroque inſequitur. Amicus ne Pompeio, qui Cæſari adhæret? Amicus leoni, qui vrſu demulcet? Amicus gallinæ qui miluum alit? Amicus lepori, qui venatores fouet? Amicus agno, qui lupum ſuſtinet? vos ipſi quæſo iudicate, Auditores. Quemadmodum Pomponius nobilis Romanus, plagis ex acri certamine liuidus, ductus ad Mithridatem, & rogatus, num neceſſitudine iungi cuperet ei, ſanus factus, reſpondit ; Amicus ero, ſi Romanus tu fueris amicus : ita Deus noſter amicus erit peccatoribus, vbi amauerint quod amat ; aſt inimicus, ſi dilexerint quæ mundus diligit. Memineritis determinationis quam adfert qui præcipuus ipſi à ſecretis erat. *Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo*. non annumeratur ijs qui arcta neceſſitudine ſunt Deo coniuncti. Euidentius alius quidam Apoſtolus idipſum teſtatur dicens : *Neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt Deo* ? Et ſecundum aliam lectionem; *inimicitia ipſa* ? *Quicumque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.* Quid apertius dici queat ? Imò crediderim, quod ſicuti inclytus quidam inter Romanos, dicebat apertos hoſtes quos non videret apertè pro ſe ſtare ; ita ſemper Auguſtus Cæſar noſter,

*Ioan. 15.*

*Eraſ l. 6. apoph. 8a.*

*1. Ioan. 2.*
*Iac. 4.*

non

non ſolum ducit aduerſarios apertè inimicis conſi-
deratos; ſed & quoſcumque neutros, nec calidos, ne
frigidos; aut eos qui apertè non ſequuntur partes
ius *Qui non eſt mecum contra me eſt*; & quicumque
*Matt. 12.* viuit honeſtè, vt exẽplis probæ ſtudioſæque vitæ
alios pertrahat, & adducat ſub iugum obedientiæ.
*Qui non congregat mecum ſpargit*. Inter autem le-
quas condidit ſapiens ille Solon, vna ipſi pecu-
eſt; nec enim aliquando huic ſimilis fuit inſtituta.
iubet, vt ingruente ſeditione ciuili, qui ciuis de-
henſus fuerit à neutra parte ſtare, nec vllatenus
*Plut to. 2. mor tract. de ſera vltione numinis, Item to. 1. vit. in Solo.* communicare, notetur infamiæ. Quam legem
rem inter Christianos reſtitutam in prætenſos
ſtros politicos; ſic enim ſe nominant rei turpi-
honeſtiſſimum nomen tribuentes; qui vana præ-
tia ſtimulati, vtrique ſtudent parti, hæreticis & ca-
licis æquali lance.) Porrò, lex iſta infamem ducit
nem tuemam naturam in ſeditione, & vult omnes
terutri parti ſtudere. Dominus verò Ieſus rigidio-
in hoc caſu cenſor; non ſolum obſcurum & infa-
habet, omnem neutri adhærentem parti, ſed ca-
les reputat hoſtes quoſcumque ſibi non ſtude-
Quin, non vult quemquam ſimpliciter, ſibi adhæ-
taliter qualiter, ſed eo modo, vt nullatenus ad-
rio faueat, nec duabus ſedeat ſellis, vt aiunt, *Du-*
*Sall Orat. in Cicer. volum. 3.* *ſedere ſellis*; non referat ſpeciem leopardi, cui le-
roſtrum, id eſt, Christiani ſpecies; & pantheræ ma-
ſeu variolæ; id eſt, verſutia, dolus mixtum in mo-
varius, non imitetur phocam, ſiue vitulum mari-
qui terra, marique paſcitur; non claudicet in vtra-
que partem; communicando calido & frigido; ne
tepidus; calido, participans Christianiſmo per fi-
frigido, ſectando paganiſmum perditis moribus, &
prauata viuendi licentia; ne tanquam tepidam &
ſeam prouocantem, euomat, & in numerum pel-
proborum, vti huius farinæ cuiquam minitatur in
poealipſi: *Quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus*
*Apoc. 3.* *cipiam te euomere de ore meo*. Peccatores omnes, C
ſtiani ſplendido nomine gaudentes, nihilominus

ſeq

ſequentes inſtitutum, quod Chriſtum non ſpirat, ſed magis olidum, & paganiſmum redolet; qui vtrique parti ſtudet, Deo adhærendo tenuiter per fidem, amplius multo diabolo perditis moribus; quicumque claudicat in vtramque partem, & duabus ſedet ſellis: ignorans Deum auerſari ambidextros & vrinatores, & pro inimicis habere quoſcumque omninò ſibi non ſtudentes, non fatebuntur ſe adoleſcentes, amentes, temeros, temeriores temeritate ipſa, audentes iugi verſari & viuere in inimicitia aduerſus Deum illum omnipotentem? Peccator itaque deſignatur optimè hoc adoleſcente; quod ſicuti adoleſcens turget temeritate & arrogantia; ita nihil temerius ſit peccatore, in Deum inſurgente, haud ſecus quam ſcarabeus in aquilam, aut pigmæi in gigantes. verùm, ô peccatores, ſanguine feruentes, adoleſcentes veſani (quorum faxit Deus non ſim primus) quouſque impetum faciemus in Deum noſtrum, opponentes æquiſſimæ ipſius voluntati, iniquiſſimam noſtram? Eius placito, perditiſſimas concupiſcentias? Aequitati & perpendiculo rectiſſimo ſapientiæ diuinæ, phantaſticas & ſinuoſas opiniones noſtras! Animaduerſioni eius, peruicaciam Pharaonicam?

Vos quoque Hæretici, eos vſque effrænes & effuſi vt ſcommatibus, calumniis, blaſphemijs petere audeatis Deum, & in contumeliam Domini, ignominioſè; & inhumanè excipere famulos, nunquam libidinis audaciæque veſtræ remittetis cornua? *Durum eſt contra ſtimulum calcitrare.* *Act. 9.*

*Ardua res homini mortali vincere numen.*

Nos etiam Chriſtiani, ſæpenumerò ſoluentes fidem in ſacroſancto Baptiſmo præſtitam; qui ieiunia, feſtos dies, aliaque ab Eccleſia in nomine Dei iniuncta non pluris facimus quam aniles, fabulas & deliria; nos qui conuenimus, & prophanum pac ſcimur fœdus cum diabolo primario ipſius hoſte; quibus eſt arctiſſima neceſſitudo cum mundo complice huius; qui tam remiſsè gradimur; qui penitus Deo non adhæremus; omnes agnoſcamus inexcuſabilem noſtram temeri-

meritatem; diſpiciamus quem Coloſſum infimi
homunciones componamus; in quam celſitudinem
Maieſtatẽ inſurgat puſillitas noſtra; quem aggre
mur gigantem nos puſiones, & nani cubitales.
mne bellum maturè diſcutiendum eſt priuſquam
choetur, hoc maximè, antequam in arenam deſcen
tur, & certetur, penſandum & ruminandum venit.
omne bellum perperā ſuſceptũ finem per legatio
& æquas pacis conditiones cito ca iat oporteret
mine eius, qui videt ſe non poſſe occurrere ei qui
viginti milibus (vt loquitur Euangelium) venit
*Luc.* 13. nos, arborum folia, nos feſtucæ aridæ à vento rap
nos nihil (ſi omnimoda potentia decertaret nobi
Deus) ne temere, & præcipitanter arripiamus ar
Deum, ſancto ipſius placito opponendo. Quod
ſumpſimus, aut aſſumamus quandoque temerè, &
conſultè, abſque pondere & matura conſidera
iuuentute & fragilitate humana; ocyus, ocyus abi
mus. Victas protendamus, & demus manus miſeri
*Prouerb.* diæ eius. Subeamus humiliter iugum eius, arena c
Hastā ab- tes; rogemus cum Propheta, obliuiſcatur coniur
ijcere. Da- num, & defectionum à Maieſtate eius per iniqui
re manus. noſtras, confitentes potentiam eius ſemper victri
Ire ſub iu- & inuincibilem.
gũ. Arena
vel cāpis
cedere.

Pſal. 78. *Ne memineris iniquitatum noſtrarum*
*quarum, citò anticipent nos miſericordiæ tua.*

Virg. l. Æneid. *Pacem te poſcimus omnes.*

Jdem l. 12. Aen. *Viciſti, & victum tendere palmas*
*Auſonij videre,*
*vlterius ne tende odijs.*

Ioel. 2. *Parce Domine, parce populo tuo.*

CO

# CONCIO SEPTIMA.

*2.12. Et dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit.*

Καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρί, πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.

*Et dixit ei filius eius minor natu: Pater mi, da mihi partem quæ mihi contingit ex domo tua.*

## ARGVMENTVM.

*1. Geminos illos filios poſſe ſignificare allegoricè Iudæos & Gentiles. 2. Gentiles infideles, & impios dici filios Dei haud abs ratione. 3. Cur Iudæi per ſeniorem deſignētur. 4 Opiniones variæ ſuper antiquitate idololatriæ. 5. breuis diſcurſus in veſaniam idololatrarum. 6. Hæreticos deſignari per adoleſcentiorem demonſtratur.*

1. QVoniam haud exiguus numerus eruditorũ priſcorum præceptorum noſtrorum, nec non pluſimi neotericorum (vti ſuperius diximus) Scriptorum, exponunt hunc paſſum de populis Iudaico & Gentili, adſtruentibus *a* quibuſdam ſic potius intelligendum, *b* alijs poſſe interpretari; attamen magis probantibus noſtram expoſitionem: deinde quia ſpoponderamus elapſis diebus expoſitionem iſtam attingere per otium, quam nonniſi vt allegoriam recipimus; vt fidem liberemus præſtitam, & non reijciamus perdamuſque penitus, quod eruditi maiores noſtri nobis

a. *D. Hier. ad Dam.* totũ textũ interpretatur primò de Ethnico & Iudæo; poſtea de ſancto generaliter & peccatore.

*D Bõ in Luc. c. 15.*

recon-

recondiderunt , diſpiciamus vt appoſitè ſenio[illegible]
lio denotari poteſt populus Iudaicus;iuniore, g[illegible]
lis.

*D. Tho. in Cathen. Diõ. Car. in hunc locum. Eraſm in paraph. D. Am. l. 7 in Lucæ cap. 15. Diõ Car. in hunc locum. Matt. 3. Gen. 6.*

Verùm,notate primum, Auditores, geminum [illegible]
populum ſignari filiorum nomine, *Homo quidam* [illegible]
*bebat duos filios*, conformiter ad morem receptum [illegible]
cræ ſcripturæ , plerumque ſub dictione filij aut [illegible]
comprehendentis genus,tribum,populum,natio[illegible]
totam *Filij Abrahæ ſumus. Filij Iſrael. videntes fi[illegible]*
*filias hominum quod eſſent pulchræ.* Sexcenties o[illegible]
tis in voluminibus Prophetarum populum Iſrael[illegible]
Ieroſolymitanum ſignari nomine filij aut filiæ,[illegible]
aut Ieruſalem.

Thren. 4. *Filij Sion inclyti & amicti auro prima* [illegible]
*modo reputati ſunt in vaſa teſtea?*

Mat. 21. *Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi* [illegible]
*ſuetus.*

Lucæ 23. *Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed*
*volmetipſas flete, & ſuper filios veſtros.*

Pſalm. 44. *Filiæ Tyri in muneribus &c.*

Ezechiel. 26. Filiæ Tyri dicuntur ad litteram ci[illegible]
tes ſubiectæ Tyro in regione illa.

Pſalm. 136. *Filia Babylonis miſera , beatus qui* [illegible]
*buet tibi retributionem tuam , quam retribuiſ[illegible]*
*bis.*

Iob 1 Filij Dei Angelos deſignant.

2. *Si* quæratis, Quare , aut quomodo æqua di[illegible]
one gemini iſti populi adpellerentur filij hominis[illegible]
*Homo quidam habuit duos filios*, id eſt, (vti ſupra [illegible]
mus) Pater æternus, aut *Ieſus* Chriſtus ? Reſpon[illegible]
vario reſpectu quempiam dici patrem; ſcilicet a[illegible]
tura, aut imitatione, aut doctrina, aut cauſalitate [illegible]
ſæ, quæcumque iſta fuerit. Hoc autem loco, non [illegible]
tura; quia Patri æterno natura vnicus eſt filius, [illegible]
Chriſtus; huic nullus. Non imitatione , quia in [illegible]
non poteſt admitti infidelitas vlla, aut aliud quo[illegible]
peccatum, vti in idololatris: ſupereſt ergo, vt d[illegible]
na, aut cauſa efficiente. Potius cauſa efficiente & [illegible]
atione , quod omnes Iudæi & Ethnici pariter [illegible]

**Paternitatis quatuor genera.**

Deo creati;non omnes pariter edocti. *Non fecit taliter* *Pſal. 147.*
*omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Niſi
dixerimus pari modo inſtrunctos Iudæos & Gentiles 1.
à Deo in gymnaſio naturæ. Deinde, Ethnici & Iudæi
ſunt æqualiter filij Dei. Eſt ergo pater binorum ho-
rum populorum & creatione & eruditione *Homo qui-* *Deut. 32.*
*dam habuit duos filios.* *Nunquid non ipſe eſt pater tuus,* *Ioan. Bo-*
*qui poſſedit te, & fecit & creauit te?* Quæ, argumento *em. l. 1. de*
eſſe poſſunt valido & firmo aduerſus falſiſſimam opi- *Gentium*
nionem quorundam priſcorum, delirorum, dicam? *moribus*
an Philoſophorum, fugentium mundum abſque *cap. 2.*
principio, adeoque incorruptibilem; genus hu-
manum eſſe æternum, nec aliquod agnoſcere ſui
initium. Homo iſte eſt principium & pater omni-
um. *Homo iſte habuit duos filios*, duos populos, in-
quiunt Doctores, Iudaicum & Gentilem, omnes om-
ninò populos.

Polydorus Virgilius lib. 1. de Iuuentoribus rerum
c.3. ait Pythagoram Samium, Archytam Tarentinum,
Platonem, Ariſtotelem id ſenſiſſe.

Cicero lib. Tuſculan. de Dicæarcho Philoſopho
Miſenio ita ait: *Hic opinatus eſt hominum exordiū nul-*
*lum exſtitiſſe, tanquam ſemper fuerit humanum genus.*
Similiter aduerſus eos, quibus videtur genus huma-
num & mundum habuiſſe exordium, aſt fingunt neſ-
cio quam hominis generationem; perſuadere conan-
tes ardore ſolis conſtrictam, coagulatam, incruſtatā
quondam terram vliginoſam; ac in hac poſtmodum **Anaxi-**
obortam corruptionem ſeu putrefactionem mem- **mander**
brana tenui obuolutā, quæ putrefactio perducta ad **Mileſius**
ſummum gradum, tanquam partus & enixionis tem- **& Empe-**
pus, toſtâ & ruptâ membranâ, emiſerit & quaſi pepe- **docles in**
rerit primos homines, haud ſecus ac mulier vtero ege- **huc erro-**
rit fœtum. Opiniones iſtæ falſiſſimæ ſunt, ad quas op- **re fuerūt.**
primendas populi illi bini, Iudaicus & Ethnicus, ſub
quibus comprehenditur vniuerſus orbis, generaliter
nominantur filij huius hominis, qui & Deus Crea-
tor, ſiue Pater, ſiue Filius in ſanctiſſima Trinitate; non

filij ſolis, & terræ vliginoſæ, per putrefactionem. Ho
*quidam habuit duos filios.* Hi populi filij eius, non
ſolis & terræ.

Filij dicuntur vterque, quia eorum pater Deus
creationem, & cauſa ſola, primaque efficiens, nō
res radij, vti inſani iſti delirarunt; quamuis rubra
& vuida paulò ante hominem creata, fuerit pro
teria magno illi architecto.

Gen. 1. *Creauit Deus hominem.* Creauit Deus,
ergo ſol produxit.

Joan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo fa*
*eſt nihil.*

*Act. 17. Quidam veſtrorum Poetarum dixerunt*
*us enim & genus ſumus. Genus ergo cum ſimus Dei,*
ſolis, non terræ.

11. Adhæc vterque iſte populus dicitur æqua pro
tione filius hominis iſtius, vt hinc liqueat vtru
ſecundum aliqua æqualiter à Deo diligi. Ego vt
ſentio. Siquidem in omni creatura capaci peccat
D. Thō. 2. ſunt conſideranda; prius, eſſe ipſius quod habet a
poſterius, actus, aut habitus malè cogitandi, ma
lendi, malè faciendi, in quo conſiſtit peccatum
à Deo creatum non poteſt non eſſe bonum, vti
liqua omnia opera eius, vtique procedentia ab
ce optimo; ſicuti fons non poteſt non eſſe bonus
na ſcaturigine manans; & fructum malum non p
Gen. 1. arbor bona facere. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat,*
*rant valde bona.* Ad quæ conformiter audet D. Au
ſtinus: *Diaboli natura, inquantum natura eſt*,
*mala* Rurſus, actus, ſiue habitus peccati, cum nih
non eſt ſubſtantia aliqua, *Quia ſi ſubſtantia eſſet,*
Aug. l. 19. *eſſet*, ait S. Auguſtinus, ſed ſola & mera priuatio, ca
de ciu. c. tia & abſentia æquitatis & iuſtitiæ requiſitæ in
13. t. 5. ſtris actibus. ἁμαρτία ἐστὶ ἀνομία, *peccatum eſt iniqu*
inquit S. Ioannes; non eſt à Deo ſed ab homine
qui ſine Deo non poteſt vllum bonum facere. *Sine*
Ioan. 1. *nihil poteſtis facere*. Sine Deo autem, omnis ge
D. Aug. l. mala; *Sine ipſo factum eſt nihil.* Si conſideremus ita
7. cōf. c. 12 hominem ethnicum, quin execrabiliorem pecca

omni

omnium qui ſub cęlo ſunt, ſecũdum ſuam præcisè naturam; abſtrahendo per intellectus operationẽ naturã, quæ à ſolo Deo eſt, à peccato, quod ab homine ſolo, certũ habetote eũ diligi à Deo tenerrimè ceu filiũ, & quaſi operũ pdtétiæ ſuę canonẽ. *Nihil odit eorũ quæ fecit.* Ruſus, ſi lumina defigas in peccatũ, quod vnicè ab homine eſt, odit ipſum Deus, & flãma ferroq; inſequitur, tanquam nõ a ſe manans, & rubiginẽ, tineãuè perpolitorum ſuorum operum. *Similiter ódio ſunt Deo impius & impietas eius.* Priorũ reſpectu, oẽs habet prouidentiæ ſuæ commendatos, ceu filios, protegit vt filios, fouet & alit vt filios; ſolem ſuum facit oriri ſuper his & illis; imbrem pariter demittit in omnes. *Pater veſter ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Bonus ille pater dicitne peccatores etiam ſuos filios, modò in hoc, modo in altero ſexu? *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, ait paralytico. *Confide filia fides tua te ſaluam fecit*, infit ad mulierem ſanguinis fluxum patientem. Nunquid vt explicet affectum amoremque ſuum in creaturas? Ego ita credo. Atque hinc magnam capeſſunt lætitiam probi, & multam certitudinem infallibilis amoris Dei in ſe; in quibus non offendit ſolum amabilem naturam, creationem & imaginem ſuam, ſed & ſimilitudinẽ, opus ſuũ & hominis ſimul; dico ſanctam & immaculatam vitam, quâ ex ſentẽtia ſacrorum *Doctorum Deo ſimiles efficimur; prouenientem ſignanter à gratiâ Dei, adiuncta ſedulitate & cooperatione noſtra: mitigatur quoq; animi ferociũ quorundã parentũ & ſuperiorum, qui ad effuſos & diſſolutos aliquantiſper ſuos non norunt vti voce *fili, filioli*; ſpectantes ſemper quod ab homine eſt, non quod à Deo.

*Prorſus nullę ſubſtantiæ ſunt, quas tu non feciſti.*
*Sap. 11.*
*Sap. 14.*
*Mat. 5.*
*Matt. 9.*
*Ib. d.*
*Irẽ l. 5. aduer hæreſ. cap. 6.*
*Amb. l. de dignitate conditionis humanæ c. 2.*
*Baſ. hõ. 2. Exam.*
*Chr hõ. 9. in Gen.*

Si hæc non ſatisfaciunt, quis neſciat eos, qui non credunt, dici interdum per anticipationem (vti loquũtur Doctores) filios Dei; quia Deus eos prædeſtinauit? *Prophetauit Caiphas quod Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum.*

*111.*
*Euch. clariſſimè l. 1. in Gen.*
*Ioan. 11.*

3. Verùm duorum iſtorum filiorum natu maior,

ſit nobis nūmus & germana effigies populi Iuda
iunior, Gentilis idololatræ: conſentiūt Doctores o
nes qui hui hunc ſenſum allegoricum attigerunt. D
quiramus tantummodo deinceps , quo argume
ſuadeamur ſeniore Iudaicum, iuniore Gentilem d
gnari populum; cum pridem eodem tempore ſi
producti fuerimus in lumbis progenitorum Ada
1. Euæ. *Quot homines tot ſententiæ* . Dicunt aliqui, q
populum Iudaicum eo dignatus eſt honore Deus,
pleriſque in locis ſcripturæ dixerit eum primog
Exod. 4. tum. *Filius meus primogenitus Iſrael*, ait in Exod Fa
*ſum Iſraeli pater* , *& Ephraim primogenitus meus*
Ierem. 31. cit in Jeremia. Deinde, quodam inſtinctu & im
11. ſu naturæ plus diligimus primogenitos , & co
Gen. 27. promotioni magis ſtudemus, quam iuniorum ;
Gen. 29. Laban plus ſtudebat connubio Liæ quam Rach
Gen. 41. Iſaac ſollicitior erat de Eſau quam Iacob; Joſeph
Manaſſe quam Ephraim. Ita Deus, ſingularem
2. rem, affectum honorem , promotionis ſtud
exhibuit populo Iſraelitico potius quam Ethnic
ſoli datis codicillis, quando in monte Sina legem
dit lapidi inſcriptam digito ſuo, charactere diuino
preſſam; quam gratiam non præſtitit omni genti,
Pſal. 147. cente Dauide: *Non fecit taliter omni nationi & iu*
2. *ſua non manifeſtauit eis*: Miſſis pijſſimis & excelle
ſimis illis patribus, priſcis illis Patriarchis , tot P
phetis longa ſucceſſionis ſerie, ceu pædagogis &
ſtructoribus, aut vt in religione continerentur ,
3. ad eam reducerentur, ſi quando deuiaſſent, data
Beauxa prius quam vlli alteri, de mediatore , & collata
mis in ſ. de tia ipſis antequam Gentilibus ; dignatus ſumere
Prodigo. ipſorum gente carnem humanam , & de ſtirpe na
4. ipſorum præcipuè gratia in mundum venire :
5. primum prædicare Euangelium: in medio eodem
6. perari miracula: *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ pe*
7. *runt domus Iſrael*: Regem Judæorum antonomaſti
8. ſe prædicare; *Dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus venit &*
Mat. 15. *bi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Ex te Bethleem*
Matt. 2. *Dux, qui regat populum meum Iſrael.* Deuique in po
lu

lum Iſtaeliticum, prodigu s ſuarum opum Deus, quaſi
diſſipauit & prodegit (ſi ita fari fas eſt) omnem ſuam *Ibidē ex*
ſubſtantiam; munificam liberalitatem ſuam oſtenta- *Michaa*
uit, vtique in primogenitum ſuum, qualem hoc loco *cap.5.*
dicimus. 9.

Alij primogenituræ rationem elicere conantur ab III.
antiquitate gentis, dicendo Judæos extractos à Sem *Guillan-*
primogenito filiorum Noe; Gentiles verò ortos à Ia *dius ſer. de*
phet natu minore. Etenim extra omne dubium *Prodigo.*
eſt (vti hiſtoriographi noſtri dicunt) à maioribus *Ioan. Ca-*
Judæorum omnes alios populos ducere originem; *rion l. 2.*
tametſi deliri nonnulli, ſupra adducti, qui non refe- *Chrō. tit.*
rant originem hominis in Deum; verum comminiſ- *Media*
cantur falsò Æthyopes gentem omnium antiquiſſi *par. mūdi.*
mam. *Ioā. Boē.*

4. Rurſum, exiſtimarunt alij Judæum eſſe ſeniorem, *l. 1 de mo-*
quod Judaica religio ſit antiquior Idololatria, quæ *rib Gēt. c.*
(vt *a* quidam dicunt indigeſtè ſatis frigidè) exordium *2. & in fin.*
ſumpſit poſt diluuiū: *b* ſecūdū alios ſub Belo Babylo- IIII.
niorum *c* Rege primo, qui obijt anno ducentiſſimo Opinion.
quadrageſimo nono poſt diluuium; & tēpore filij eius de origin.
Nini *d* Aſſyriorum Regis primi, *e* qui cœpit exhibere Idololatr.
honorem & cultum adorationis Deo debitum idolo 1.
& ſtatuæ parentis, ſeuerè præcipiens vt omnes ſicut & a *Puyher-*
ipſe, adorarent effigiem patris Beli, qui dictus eſt *Iupi-* *bāt in ſer.*
ter Babylonius. *Idem* ille Ninus *f* noxam reis confu- b *Cal. Pla.*
gientibus ad idolum patris condonauit. Quapropter *2 par.*
cœperunt tandem homines idolum iſtud pro Deo ha- c *Aug. l.*
bere, & alia multa ſimilia ſibi effingere; appellantibus *16. de ciu.*
ipſum quibuſdā Bel, aliis Baal, aliis Balaim, aliis Beel, *cap. 17.*
Zebud, pro diuerſitate linguarum, vti ſcribit S. Grego- d *Ibid. c. 3.*
rius. Hic Ninus vbi regnaſſet annos quadraginta, na- *& 17. & l.*
tus eſt Abraham, iuxta calculum D. Auguſtini, circa *18. c. 2.*
annum milleſimnm ducenteſimum ante conditā Ro e *Vide Lu-*
mam, anno milleſimo, nongenteſimo quadrageſimo *douicum*
nono à creatione mundi, ſecundū ſupputationem do- *Viues ad*
ctiſſimi Genebrardi, longo poſt diluuiū tēpore; cuius *c. 3. l. 16. C.*
tempore & ante quem florebat religio *Iudaica*: vnde f *Chriſt.*
optimè ſequeretur idololatriam multò recentiorē re- *Maſſ. l. 2.*
*Ch. in fin.*

*D. Greg. in illud Lucæ 1.* In Beelzebud principe demoniorum &c.

ligione Iudæorũ. D. Epiphan. principio Ponati ope
deducit originẽ ſtatuarũ à Thare, qui in Cappadoci
primus arã filij ſui ãnte defuncti imaginem fieri iuſ
ſit. Vixit tẽpore Nini. Ibidem dicit Ninũ ideo dictu
filium Beli, quod filiam eius duxiſſet vxorẽ, & in re
no ſucceſſit. Conſentit de tempore, cum mox citat

*D. Aug. l. 16. de Ciu. c. 17. & 13.*

Quod ſi impijſſimam illam idololatriã referam
ad neſcio quem lunaticũ Saturnum, qui à Poetis me
dacibus fingitur Deorum antiquiſſimus, adhuc pr
cedet vera religio tẽpore idololatriam: cæpit. n. Satu
11. nus ille pro Deo coli tempore Jani, ab ipſo Iano Re

*Ex Macr. l. 1. Satur. c. 7 in prima cauſa Saturnalior.*

*Lact. l. 1. inſt. c. 13. Ouid in Feſt.*

Italiæ antiquiſſimo, imprimente nũmis quos cudeb
hinc effigiem Saturni, hinc nauem, in memoriam
gratitudinem, quod Saturnus ille appulſus nauigio
curiam Iani, docuiſſet eum agriculturam; ac poſtm
dum eodem Iano appellante omnem regionem ſu
ſubiectã imperio, *Saturnia*, nomine deriuato à Satu
no; ac demũ ad faſtigiũ ſummi honoris exſtruente
ipſi, inſtituente dies feſtos tanquam Deo, quos nom
nauit *Saturnalia*.

Xenõ primo Italicarum, tradit Ianum in Jtalia p
mum Dijs tẽpla feciſſe, & ritus inſtituiſſe ſacroru
Apud eundem Macrob. 1. Saturnal. c. 9.

*Lact. l. 2. inſt. c. 14.*

Ludouicus Viues in c. 11 l. 4. de Ciui. Dei. vocat Sa
turnum vetuſtiſſimum Deorum.

Porrò Saturnus ille multis annis natus eſt poſt P
triarcham Noe, ex ſententia Lactantij Firmiani: N
inquit, *non modò Liberum, ſed etiam Saturnũ atq; V*
*num multis anteceſſit ætatibus*. Imò, ſecundum hiſto

*Gen. 10.*

riographum quendã modernũ, Ianus ille primus cu
tor & adorator Saturni deſcendit ab Iaphet filio No
eſſetq; filius ille Iaphet, quem ſacra Geneſis nomin
Iauã. Extra omnẽ controuerſiã eſt Noe coluiſſe vera

*Gen. 6.*

religionẽ; erat. n. *Noe vir iuſtus atque perfectus in gen*
*rationibus ſuis, cum Deo ambulauit*, conformando ſc
licet voluntatem ſuam Diuinæ. vnde conſequitur v
ram religionem adhuc antiquiorem idololatria.

III. Alij ſtatuunt idololatriã paulò vetuſtiorem, ea
que referunt ad Chananæos ducentes pariter ortum

Noe

Noe maledicto Cham mediante, qui cũ vxore & liberis pulſus patria domo, propter nonnullas impudentes & impias nugas, ac neſcio quæ deteſtãda carmina, veniens in Arabia, poſtmodum ex nomine eius dictam Chanaã, & incolæ Chananæi; non inſtructus à parente in ritibus & vero cultu veri Dei, ſucceſſoribus reliquit hæreditatẽ peſſimam, nempe Diuinitatis ignorãtiam, teſtãte Lactantio Firmiano: res certè notatu digna, per tranſennam, quãtum interſit defectus inſtructionis patriæ, aut deſertio regionis in qua viget religio; notanda, inquã, excurſoribus iſtis per regiones, priuſquam religionis fundamenta ſint probè edocti. *Hæc fuit*, inquit Lact. de Chananæis, *prima gẽs quæ Deũ ignorauit, quoniam princeps eius & conditor cultum Dei* Lact. l. 2. *à patre non accepit, maledictus ab eo: itaque ignorantiam* inſt. c. 14. *diuinitatis minoribus ſuis reliquit.*

Aſt, ſaluo honore ſtantium pro hac opinione, nõ ſit ſatis annoſa idololatria, quandoquidem ante diluuiũ eſſent idololatrę ex poſteris Cain. Eruditiſſimus n. Genebrardus tenet idololatriam & cultũ falſorum & fictorũ quorundã Deorum cępiſſe per filios Cain tẽpore Enos; qui ſolus ex tota familia ſua maiorum religionem ſartam tectam retinuit & conſeruauit. Potuit ita accidiſſe circa annum 325 ab orbe condito. IV.

Lyranus in poſtilla ſuper c. 4 Gẽ ſic ait: *Dicunt Hebræi de Iabel fratre Tubal ex patre, quod fecit tentoria ad ponendum idola; & de Tubal dicunt, quod canebat inſtrumentis muſicis coram idolis ea venerando*

Jdem ibidem paulò poſt: *Tunc, dicunt Hebræi, incœperunt homines attribuere nomen Domini creaturis, vt ſoli, lunæ &c.* Quo euidenter videtur ſpectare caput 4. Geneſis, ſic habens de Enos: *Ipſe cœpit inuocare nomen Domini* Jd eſt, cæpit tunc ſeriò, & ardencius ſupra quã alias colere Deum, inuocare nomen eius; orationes & virtus ad precandum Deum inſtituere, alios docens & inducens ad ſimilia, vt quaſi per antiperiſtaſin ſopiret ignem, aut potius ſuffocaret ſcintillam idololatriæ, quæ tum temporis ſerpebat, & pedetentim ſe

vbique diffundebat, euertens veram religionem.

*Lact. l. 2. inſt. ca. 14.*

Porrò & ſi referatur idololatria & ignorantia D (remotio enim à cognitione Dei paganum facit, te Lactantio) ad aliam ſuperiorem originem, ſcilicet C in, qui non videtur multum abfuiſſe ab idololatr vtique cui tam exigua religio, tam puſillus honor Deum, vt offerret ei præ ſordida tenacitate nihil p ter fructus terræ, animo remiſſo, & malè affe quandoquidem etiam atheiſticè auſus fuit in agro eri corā fratre & aſſerere, non dari iuſtitiam neque dicem vllū; poſt hanc vitam ſe non ſperare aliam; n eſſe conſtitutū præmiū benè viuentibus, nullū ſup cium impijs, vti refert Ionathas Chaldæus, cuius t latio Chaldaica magnæ authoritatis eſt apud He os. Adhuc his non obſtantibus religio Iudaica pr dit antiquitate idololatriam, & impietatem idol trarum. Quanquā enim Iudas, à quo nomen Iud dudum exſtiterit poſt idolorum cultum; eius tam des religio vetuſtior eſt, quod talis & eadē fuerit a quā *I*udas eſſet. Siquidē Judæ fides, Iacob fides e cob fidem Iſaac, & ſic Abrahæ tenuit; qui poſt ab tā Chaldæorum impietatē, ab vno vero Deo imm tè fidem & religionē recepit, conformē ei quā ſect tur Heber, à quo Iudæi vocem Hebræus ǝſumi ſententia D. Auguſtini: & procul dubio conformem quā pridē didicit *A*dā ſub eodem præceptore, ſem codē & immutabili, Deo ſcilicet Creatore. Hebr des & religio eſt à Sem & Noe; Noe eadē eſt cū fid nos; Enos & Abel vna eſt; Abelis eſt Adæ & Euæ, puri omninò & immunes ab omni idololatria, vt qui Dei diſcipuli, *A*ngelorum condiſcipuli fuer ſub quo vero Deo nihil diſcerent, nihil hauri directè pugnans cum honore eius (vti idolor cultus, & omnis irreligioſa impietas) nec pote imbui fide oppoſita fidei Abrahæ, ex quo vtr ſymboli & fidei lectionem didicerit & recitar eodem præceptore. Fides igitur & religio H bræorum prouenit ab Abraham, & per tra tionem manat à primis parentibus *A*dam & Eu

*Gen. 4.*

**Errores Cain.**

*Vide Lyr. in addit. 4 ad c. 4. Gen.*

**Iudæi nomē vnde.**

**Hebræi vnde dicti.**

*D. Aug. l. 16. de ciu. c. 3.* Poſſit eſſe opinio, *ait*, vt ex Abrahā tanquā Abrahæi, dicti eſſe videātur; ſed nimirū hoc verum eſt quod ex Heber,

quo

omni idololatria vetuſtioribus, ac exinde concluditur cum eloquente & erudito Lactantio, eos aberrare à via veritatis, qui putant multorum Deorum cultum eſſe à mundi exordio: paganiſmum & impiam idolorum religionem vetuſtiorem diuina & vera fide; quam putant poſtea adinuentam, quod non norint initium & originem veritatis. *Errant igitur qui Deorum cultus ab exordio rerum fuiſſe contendunt, & priorem eſſe gentilitatem quam Dei religionem, quam putant poſterius inuentam, quia fontem, atque originem veritatis ignorant,* inſit Lactantius. Lact. l. 2. c. 14.

Ab his dependentem hanc infero concluſionem; nimirum, quotquot ſtatuerunt in hac parabola de prodigo, ſecundum ſenſum allegoricum, ſeniore deſignari Iſraeliticam gentem, iuniore Ethnicos, appoſitè dixiſſe; obſeruata vetuſtate religionis Judaicæ, quæ longo tempore pręcurrit idolorum impietatem; ideoque ſubſcriptione nominis, & ſigilli appenſione ſententiam iſtam probo & amplector. Inſuper ambabus vlnis complexor & veneror vetuſtam hanc noſtram, priſcam & auguſtam religionem, eandem cum Iudaica, quoad articulum adorationis, cultus, cognitionis vnius veri Dei; nec videre neque ſentire volo nouitiam aliam; vos obſecrans & obteſtans, Auditores, idipſum præſtare & ſapere; *Viuat, viuat cana fides, cede nouella fides.* Pulchra ſane ratio, & meo iudicio, doctrina referta.

Atat, qui altius foderet, & ſe demergeret in antiqua æraria ſanctorum Doctorum, an non aliam magis moralem educere queat? Quæramus & inueniemus. vi. Meminiſtis, à me dictam elapſis diebus, ſenectutem ſapientem, prudentem, conſultam; rurſus, adoleſcentiam ſtultam, veſanam, inſipientem? Ac, vt plurimum, canos illos vertices eſſe quaſi ſanctuaria, in quibus theſauri ſapientiæ reconduntur; è contra iuuenes impubes deſipientiæ pignora? Aduertite quantum interſit firmiter memoria retinere dicta hactenus, ſine quibus ſequentia ediſſeri non queunt abſque moleſta repetitione. Per ſenectutem accipitur ſapientia, per iu-

uentutem ſtultitia. Quis verò ſcit an Seruator no
indirectè notatam velit inſipientiam Gentilium
Athæorum, quam idololatrarum, dicendo eos, a
leſcentiores; nec non ſapientiam verorum fidel
credentiũ in verũ Deũ, colentium vnum ſolum De
quibus diuina lex eſt, nomine ſeniorũ & antiquor
eos ſignando? Ego verò arbitrer ita eſſe. Enimu
ſi quis ſit in orbe honor, ſi quæ ſapientia, eſt cog
Dei, eſt acceptio legum diuinarum à Deo, eſt pr
tium habere verum Deum, eſt ipſi fidele exhibere
*Deut.* 4. niſterium. *Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intell*
*coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc di*
*en populus ſapiens, & intelligens, gens magna. N*
*alia grandis quæ habeat Deos appropinquantes ſibi,*
*Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris,*
*Ioan.* 17. Moyſes ad populum Iſrael. *Hæc eſt vita æterna,*
*gnoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti*
*Chriſtum*, dicebat aliquando Dominus. Quæ m
ignorantia, vel potius veſania, quàm nullum ag
ſcere Deum, factorem, creatorem, patrem? *Dixit*
*Pſal.* 13. *piens in corde ſuo, non eſt Deus*; quod tamen pe
diſcere poſſumus naturaliter, ſi ad nos ipſos con
tamur. Nouimus ſiquidem omnes, à nobis ipſis
non eſſe, neque nobis nos eſſe patres, ſed patre &
tre genitos: *Non enim eramus antequam eſſemus,*
*ri poſſemus à nobis.* Deinde, ſcimus probè pare
auos, proauos ab alijs quoque eſſe vti & nos; & ill
quodam primo, qui ſit radix & origo gemman
baccarum, ni contra naturam abſque termino vll
infinitum eatur.

Ariſtoteles 8. Phyſicorum: *In cauſis eſſential*
*ſubordinatis non poteſt iri in infinitum. Progreſſus in*
*finitum repugnat naturæ. In natura, omnia ordina*
*numero, pondere & menſura; infinita autem in ordi*
*cogi non poſſunt.*

D. Auguſtinus libro 11. de ciuit. Dei cap. 5. ait,
*nes eſſe hominum cogitationes, imaginari loca inf*
*ta, cum locus nullus ſit præter mundum: item cogitare p*
*terita tempora vacationis Dei, cum nullum tempus fu*

*te mundum. Sic ſtultum dicimus procedere in infinitum in generatione hominum, cum ſiſtendum ſit in creatore Deo, qui primum hominum produxerit.*

D. Aug. to. 10 feria 2. Paſchæ, ſerm 41, ait *Platonem libro de conſtitutione mundi, inducere Deum factorem Deorum, facientem ſcilicet Deos caleſtes, ibiq; ſiſtit.*

Tertullianus in apologetico cap 10. *talem Deum vocat mancipem*, id eſt, *ſuperiorem ac potiorem, qui reliquis diuinitatem communicarit. Adeo non eſt progredi in infinitum.*

Primus verò ille, debuit eſſe æternus, aut ex materia æterna, aut ipſe Deus. Quæ cum ita eſſe nequeant, concedendum eſt ipſi principium aliquod & dicendũ productum alio ab alijs modo. Quo autem alio quam creatione? Quis crearet rẽ tam ſublimẽ è nihilo, præter Deũ creatorem omnium? Sicq; ingreſſus tui ipſius ſcholã, à teipſo diſcis neceſſariò ſtatuendũ & credendũ eſſe Deum, contra Athæos inſipientes. Deſipiunt, qui non credunt Deum; adoleſcenturiunt, qui credereq; & confiteri neſciunt factorẽ, rectorem, motorẽ prægrandis huius orbis vnum. O veſaniam! O inſipientiã! Cernere infinitatẽ rerũ exiſtentiũ, nec arbitrari eũ exiſtere à quo ſolo, per quem ſolum, in quo ſolo omnia exiſtunt? *Ecce ſunt cælum & terra*, inſit S. Auguſtinus, *clamant quod facta ſunt: mutantur enim atque variantur.* O ſtoliditatem! Tot tantiſque potiri bonis, nec putare aliquem eorum collatorem! Porcos æmulari, qui glandinibus ventrẽ opplentes, non aduertunt à quopiam concuſſa quercu ſibi demitti! calorem ſentire, nec credere ſubeſſe ignẽ! videre & audire gratũ murmur defluentis iugiter riuuli, & non arbitrari aliquem eſſe fontẽ! Cernere fluxum creaturarũ, nec exiſtimare dari creatorem! Videre celebrẽ & magnificã fabricã, eius conſeruationem tam induſtriam & concinnam, nec credere eius quemquã architectum qui exſtruxit, qui conſeruet, qui præſeruarit à caſu & ruina tot retro ſeculis? Concedere in corpore humano animam, ab operationibus eius manifeſtis; & inficiari in mundo eſſe motorẽ qui moueat, qui regat cuncta, ſpectato

Inſipientia Atheorum nõ credentiũ Deum.

*D. Aug. to. 1. l. 11. conf. c. 4.*

to ordine, & moderamine rerum omnium! Si hor
gium (mentis humanæ miraculum ) attentius c
derans, cernis rotãtes rotas intertextas hac, illac
prio motu ſingulas moueri in gyrum, nulla alia
pediente, inſpicis, luſtras, circumſpicis vt deprehe
mouens primum rotarum omnium; credis enim
non poſſe, vt omn.. moueantur ordine tam conc
& regulato, quin detur aliqua cauſa effectrix mo
iſtorum compoſitorum: Et cum inſpicitur hi
cherrimus orbis, refertus varijs creaturis, comp
ſcitè & regulatus, nunquid inſania mera ar
non eſſe Deum aliquem, motorem & rectorem
logij orbis?

Iſa. 40. *Leuate in excelſum oculos veſtros &*
*quis creauit hæc.*

**Omnis gens credit eſſe Deũ nec vlla penitus athæa exſtitit.**

Rom. 1. *Inuiſibilia Dei à creatura mundi pe*
*facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna q*
*ius virtus & diuinitas; ita vt ſint inexcuſabiles.* T
uidens eſt Deum eſſe, vt nulla natio detur ſub
quæ non ſit imbuta quadam opinione exiſtenti
etiamſi ab omnibus non ſit agnitus clarè & di
ſecundum ſuas proprietates. *Omnibus naturali*
*ſerta eſt cognitio exiſtendi Deum*, ait doctor Da
nus. D. Auguſtinus tom. 9. tractatu 106. in Ioa
tantam, ait, eſſe vim diuinitatis, vt ratione vte
poſſit abſcondi.

Lactantius libro 1. inſtit. cap. 5. *Veritatis ipſi*
*vis eſt, vt nemo poſſit eſſe tam cæcus, qui non vide*
*rentem ſe oculis diuinam claritatem.*

Proclus ille Platonicus in elementatione ſua T
logica, de Deo atque diuinis ſubtiliſſimè loq
quamuis in multis aberret.

Cicero 1. de Leg. 2. de natura Deorum, & 1. T
*Nulla natio eſt tam barbara, nulla gens tam fera,*
*mentem non imbuerit Deorum religio, etſi qualis*
*dus ſit, neſciat.* Quis enim tam à ratione alienus,
inſenſatus, qui ingruente graui periculo mox n
uocet numen: argumentum ſane in nobis impr
à Deo cognitionem diuinitatis tantam, vt in per

ſeſe exerat, velint nolint Athæi? *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine* Gentilitatem igitur incredulam eam, inquio, quæ amplectitur Atheiſmum, clarè repræſentat, iuuenis noſter & ſtultus prodigus. *Pſal. 4.*

**Stultitia idololatrarum.**

5. Aſt mittamus Atheos, negantes principium principiorum, potius, flagellis & pæna excipiendos quam diſputatione dignos. Veniamus ad Idolorum cultores inſenſatos, qui ius honoris diuini Deo denegantes, illud creaturis tribuunt. Quæ maior infantia, dicam? an amentia, quam Jdololatrarum, qui homines adhuc ſuperſtites pro Dijs colunt, aut in ſe, ſi adfuerint; aut in imagine, ſi abfuerint, eoſque omninò ſibi ſimiles, quoad naturam? Non potentiores, non nobiliores ſe, quantum ad communem omnium extractionem? Quodque veſanius eſt, viros & fęminas mortuos venerantur, in anima miſerrimos, flammis æternis æternum addictos & cruciatos? O timorem vanum, ſi timore aguntur! O amorem veſanum, ſi amore impelluntur! O aſſentationem inutilem, ſi ad aſſentationem eas creaturas Diuorum adſcribunt numero!

**1. Adorātiū viuos non meliores ſe.**

**2. Defunctis certè dānatos.**

D. Auguſtinus tomo 6. lib. 22. contra Fauſtum cap. 17. *Ex deſiderio mortuorum conſtitutæ ſunt imagines, atq; inde ſimulacrorum vſus exortus.*

*Ioan Boëmus l. 1. cap. 5.*

Jdem ibidem: *Adulatione diuini honores delati tanquam in cælum receptis.*

*Vide Lactant. l. 1. inſtit. c. 15.*

Verùm ſuper omnes inſanierunt Ægyptij venerantes porros & cepas: item, colluuiem animantium, viuorum & mortuorum, vt eluros, vitulos, ichneumones, alio nomine dictos glires Pharaonis canes, aſtorgios, lupos, crocodylos, & alia multa; neque venerationem ipſorum publicam profiteri, pudori, ſed honori & laudi duxerunt: quin eo vſque ſeſe effundit eorum amentia, & circumgeſtatas per vicos & compita vrbis animantium iſtorum effigies flexis genibus venerarentur. Defunctis bellis ſuis Dijs, pectus tundunt, balſamo condiunt, & in locis ſacris tumulant! O deſipientiam magnam!

**3. Animātia & feras.**

**4. Animātium effigies.**

*O ſanctas Gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis*
*Numina!*

*Iuuenal. ſatyr. 15.*

Non-

§. Solē & lunam. Nonnullam ſpeciem prȩſeferunt recti, præ illis ſolem, lunam, aſtra, tot lumina cæleſtia colunt: rum obſequio, quod præſtant, radiante quam ſpecie; potentibus ſyderum iſtorum in corpora ora influentijs decepti; quanquã ſit quoq; non tenda inſipientia venerari res inanimatas, hom obſequijs deputatas, & ſeruos ſeruorũ noſtrorũ cere. Denique, in genere dicendo, mancipia illa ligneorum, lapideorũ, æreorũ, argenteorum, aur non videntur vobis ſtultiores adoleſcentibus, q inſtar puellarum, necdum infantiæ terminos exc tiũ inuoluunt, comunt, ornant, pectinant, fucant, culantur ſuas pupas; ita curuantur, poplites caput inclinant coram idolis; victimas mactant, & preces offerunt, geminantq;, credendo firm

1\. Idolorum materia, colentiũ arguit dementiã. *Iſa.* 44. ipſis pendere ſortẽ ſuã, proſperam & aduerſam *ligni cõbuſſit homo igni & ſe calefecit, reliquũ autem fecit Deũ & ſculptile ſibi. Curuatur ante illud, adorat obſecrat, dicens; libera me quia De⁹ meus es tu*, qui fitens ſe in opere ſuo agnoſcere maieſtatẽ diuinã men melior eſt artifex Deo ſuo; ille enim huius & cauſa eſt. Quis ignorat quod *cauſa eſt nobilior* *Hæc fere ex Aug. to.8. ſer.2. in Pſal. 93.* *fectu?* Quin, qui non ſculpſit, præſtantior eſt di Dijs, ſiquidem operatur, quæ nõ poteſt ſimulac *Manus habent & non palpabunt, pedes habent* *Pſal.* 93. *ambulabunt.* Quod magis eſt, ipſa bellua præſt eſt omni idolo; quia plura ipſo poteſt: clamare idolum minimè. *Non clamabunt in gutture ſuo enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.* O Deus, quæ quæ ſtoliditas, colere ſimulacra, arbitrari vitul nufacto aliquam ineſſe diuinitatem!

*Tertul. Apolog. adu. Gentes c.* 14. D. Auguſtinus tomó 10. ſer. 97. de tempore: *chra colentium cæca ſtultitia, imò non ferenda dem mortali manu formatum vitulum putare diuinum.*

*Ioſephus contra Appion l. 2. aut potius 3.* Idem alibi: *Nihil tam puerile quam idola colere nihil ſtolidius quam diuinæ legis non obedire præceptis.*

D. Aug. tomo 1. lib. de vera & fålſa religione, ca refert Magnũ illũ Socratem (qui ſui temporis ſap tiſſimus, aut inter ſapientes primus Apollinis ora

eſt habitus ) non magni æſtimaſſe antiquitatis idola; iurando potius per lapidem, canem, hircum, quercũ, & alia ſibi primum obuia, ſi quando iuſiurandum ab eo extorqueretur; quam per ſimulachra ob rationes à S Auguſtino allatas. Quin ſuſpicantur nonnulli veneno extinctum, quod renueret venerari idola ( vt Lactantius Firmianus ) cultum eorum ſublatum volens, vtique qui opera hominum ea ſolum duceret. Quanquanvfalsò putat Caluinus Idololatras priſcorum ſeculorum non fuiſſe tam ſtolidos, vt crediderint ſtruem fruſtorum ligneorum, æreorum, aureorum, & alterius generis eſſe Deos ſuos, non potius rem per ſimulachra denotatā: in quem nunc diſputationē inſtituere nolo, neque velitari; eſt qui aueat eum in fugā vertere, deſumat arma quæ nobis cudit doctiſſimus Matthias Boſſemius, Amſterodamus, in tractatu expreſsè in Caluinum compoſito ſuper hac re.

*Lactant. l. 5. inſtit. cap. 15. Iuſtin. Martyr Apol. 1. & 2. Euſebius: l 3. de præp. Eu. c. 14. Valer. Max. l. 1 c. 11. Libello de Idolol. cōtra Caluinum.*

II.

Amplius; An non mera dementia, Deorum pluralitatē credere? Meminit alicubi Heſiodus triginta millium Deorū, in honore habitorū; & Tertullianus ſcribit à Varrone recenſitos trecentos Deos dictos *Ioues* ſiue *Iupiteres*; omiſſis infinitis alijs, quorum numerum ſi texerem, dies me potius deficeret. Gentiles verò colentes tot numina ſibi inuicē contraria & pugnantia, an non imprudenter ſuam aggrauant ſeruitutē? Multiplicatione dominorū diuerſorū & aduerſorum, ſeſe inuoluunt labyrintho inexplicabili, non valentes omnibus famulari; nec non periculo incurrendi quorundam indignationē, dū toti ſunt aucupandis fauoribus & gratijs aliorū. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.* Id eſt ſpontè ſubire tyrannidē multorū Tyrannorum, ad inſtar Athenienſiū, qui pridem vno eodemq; tempore ſubierunt iugum triginta Tyrannorum. Eſt inſipienter expetere numeroſitatem exactorum implacabilium: eſt appetere emunctores inſenſiſſimos; quærere nouas ſanguiſugas; eſt ſubdi velle pluribus Pharaonibus; quaſi tyrannica vnius barbarie non ſatis diuexarentur.

*Euſeb. l. 5. de præp. Euā c. 15. teſtis eſt 30000. Deorum cenſeri ab Heſiodo. Vide Lact. l. 1. inſtit. c. 16. de numero Deōrum infinito. Tertul. apol. aduerſ. Gēt. c. 14. Lud. Viu. c. 11. l. 7. de ciu. Dei.*

Deinde, ô Deus bone! quæ animi abiectio tenet idololatras iſtos, vt ſubeāt iugum, ſubdāt ſeſe hominib⁹

quan- III.

quandoque ſuperſtitibus , ſibi ſimilibus? Se nou
bilioribus ſi ſpectes originem terreſtrem, omnibu
qualiter communem? Hominibus, inquam, abſ
bus, adeoque ignorantibus officia à veneratoribu
bi exhibita, quæ remunerent ? *Si verò adſint,* im
tentes ſunt; nec valent ſibi litantes eximere à ful
cæleſti, neque ab ægritudine, neque à quouis ali
riculo; vtique qui ſe ipſos tutari non poſſunt ;
magis quam Nabuchodonoſor præpedire pot
auditam ſuam metamorphoſim, tametſi vellet a
ri; nec Alexander Magnus ſe protegere à iaculo,
quam Deus, & Iouis filius haberi vellet : neque H
des à vermibus fædis, interna & externa rodent
nihilominus perferens ſe acclamari Deum; ac c
quenter de omnibus illis Dijs, & Deabus , quo
merus, Virgilius, Horatius, inducunt frequent
cios, in certaminibus & prælijs Troianorum &
corum; quandoque vinculis adſtrictos, vt Martem
decim menſium tempore.

Quę inſania iſta, idololatrare, & ſeruire infam
& fædiſſimis quos vnquam habuit mundus ? Sc
vt Floræ, & Veneri? Adulteris, vt Marti, pro Deo
habiti? Inceſtuoſo Ioui, vxoris fratri, virginũ D
& Europæ raptori? Sodomitæ cum ſuo Ganime
quos honeſta familia renueret in ſeruos adſci
bi? Quæ dementia, venerari tales Deorum fæces,
poſt fata? Quam opem, quod ſubſidium ferãt? Q
ni fallor, Baal tulit ſuis Prophetis, qui importu
moribus ad raucedinem vſque ſeſe dirumpentes,
ſpendio vitæ didicerunt bellos Deos iſtos imbec
res mortuos, quam dum viuerent . An non am
inniti, ſperare auxilium è medico, qui ſibi ipſe m
neſcit? Quærere auxilia, ab eo, cui arduum ſe
protegere? *Ficulnum præſidium, ficulnum auxilium,*
ſecus, quorſum famulis ſuis, imò ſibi ipſis in ne
tate conſtitutis non opitulantur? *Surgant & opitu-
tur vobis, & in neceſſitate vos protegant,* dicitur in D
teronomio. *Si filius Dei es, ſi tu es Chriſtus, ſaluum
temet ipſum & nos;* obijci poſſet.

*Dan.* 4.
*Dan.* 3.
*Iuſtin. hiſt. lib.* 11. *poſt medium,*
*Act.* 12.
Dij, tales, fugas, mortes, & vulnera, perpeſſi apud Poëtas leguntur. Venus apud Homerum Iliad. 5. à Diomede vulneratur.
*Et apud Virg. AEnei.* 2.
*Apud Tertul. apolog. aduerſ. gentes c.* 14. IV.
3. *Reg.* 18.
*Vide adag. chili.* 17. *Cẽt.* 7. *Ficulnus prou. ex Theocrito,* In Ergatinis ficulnum præſidiũ.
*Luca.* 23.

Præterea, quis non demiretur inſaniam colentium ſimulachra in quibus dæmon? Tantæ id eſt prudentię, quantæ quærere ac præſtolari ſuppetias ab hoſte iurato; ac ſi Romani peterent opē ab Hannibale & Carthaginenſibus; barbarus & infidelis a Chriſtianis; Athenienſes crederent , & ſpem collocarent ſuam in Philippo Macedone; ac ſi Catilina, Verres, Marcus Antonius experterēt Ciceronis patrocin ū in ſuis cauſis; ac ſi agnus balans & tremulus confugeret ſub præſidium & tutelā lupi; gallina laceſſita ſecuritatem ſibi quæreret ſub alis milui: vt enim Carthaginēſes implacabile odiū fouebant in Romanos, & vt ait quidā, *Nullus amor populis, nec fœdera*; ſine pace , ſine inducijs flamma ferroq; inſequebantur; nec aliud quærebant quā vt deraſum florentiſſimū Romanum Imperiū ad ſuos transferrent: aut ſicuti Cicero, aureū illud os, aureum dicā? imò potius torrentes aureos fundens eloquētię Latinę, tres illos facinoroſos pro meritis ſuorū ſcelerū excipere capiebat: aut vti natura indidit fatale quoddā bellum cordibus lupi & milui, in agnū & gallinā animantia cicura & infirma; ita apoſtatici illi ſpiritus, non valentes attingere ad Omnipotentē, efferatè impetunt eius imaginem, hominem; nec immortale ſuū odium deponunt vnquam. Atq; , tametſi concedamus, malignos illos ſpiritus (impoſſibile) noſtri commodi tā amantes, quā conſtat aduerſarios; eſt nihilo minus veſania enormis eos venerari, aut vt deuinciantur, aut vt placentur. Etenim famulis ſuis opitulari aut fauere ; rurſus deſpectoribus ſuis non nocere non valent, niſi per Deum verū & ſolum ipſis liceat ; ſimiles canibus vinctis, qui mordere niſi ſoluti nequeunt ; vti legitur in ærumnis Job. Porrò, quemadmodum Deus nonnulla animantia produxit, tam noxia , & nocendi cupida, vt ſi facultas reſponderet prauæ propenſioni, nullum animal cicur & domeſticum tutum eſſet in terra; aſt tam imbecilla & infirma, vt abſque negotio vllo ſuperari & extingui queant , vt ſunt ſcorpiones, aranei, & ſerpentuli quidam, nunquam ferientes quin mortem inferant , ſed qui facillimè perimuntur &

*Virg. 4. Æneid.*

Catilina ex Saluſtio notiſſimus.

Verrem & Marcum Anthoniū, eundemq; Catilinam famoſiſſimos fecerunt Ciceronis inuectiuę.

Dæmonū imbecillitas.

conculcantur: ita pater ille miſericordiarum, …
ratam habens rabiem, & truculentiam ferocem …
ſtatarum & efferatorum moloſſorum, tantam, …
reſtringerentur, oppidò perirent omnes homines …
ita conſtrinxit, & arctiſſimè vndique vinciuit, …
etſi internè ardeant, ferueant, deſpument de…
feruido nocendi nobis, attamen non poſſint, …
quam Deus fræna laxet.

D. Auguſtinus to. 3. libro 11 de Gen. ad litter…
22. *Hoc Deus per ſanctos Angelos facit illo opere pro…
tia quo creatas naturas adminiſtrat, ſubdens …
Angelos malos. Angelis bonis, vt malorum impr…
non quantum nititur, ſed quantum ſinitur, poſſit.*

Idem to. 5. l. 2. de ciu. Dei cap 23 in fine: *Sic…
mali homines in terra, ſic etiam illi non omnia qu…
lunt facere poſſunt, niſi quantum illius ordinatio…
tur, cuius plenè iudicia nemo comprehendit, iuſt…
prehendit.*

Idem tom. 8. in pſal 96 *Princeps dæmoniorum …
lus ſe vindicare non permittitur, ſed tantum fac…
tum permittitur. Nam & Iob tentare voluit, & …
poteſtatē quæſiuit, & nihil faceret, niſi poteſtatē acc…*

Idem tom. 3. libro de Agone Chriſtiano cap. …
*niam ſub Deo ſunt omnes ſancti Angeli, multò ma…
illo ſunt omnes præuaricatores Angeli, quorum …
princeps eſt.* Non meminiſtis perijſſe facultatem …
uangelio, ingrediendi, quin, in gregem porcorum …
*Luca. 8.* *eijcis nos* (aiebant) *mitte nos in gregem porcorum;* …
*Apoc. 7.* Apocalypſi prohibitos nocere, donec ſerui Dei …
rentur? *Angelus clamauit voce magna quatuor An…
quibus datum eſt nocere terræ & mari, dicens: Noli…
cere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque ſig…
ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.*

*Pſal.* 104. *Nolite tangere Chriſtos meos* Quemadmodum …
*Gen.* 37. mitis Eſau, impatientia tabeſcens, quod Jacob, …
minor præuentione ſurripuiſſet patriam benedi…
nē primogenituræ annexā; & iurata fratris cæde …
ſtricto ferro inſequens, potiſſimū cū à Meſopo…
armentis & gregibus diuiti, redeunti iter præcl…

geſtiret; ei ne in minimo nocere potuit Deo non permittente: & ſicuti Saul pari inuidia ſtimulatus in Dauid ſucceſſorem, & mortem toties ipſi molitus nihil effecit, Deo omnes ipſius conatus eludente, & expectationem in nihilum reducente: ita myſtici illi Eſau, Deo reprobi, multa ſubtiliter & variè machinantur in veros Iacob, potitos benedictionibus quæ ipſis deperierunt; & proiecti Saules à facie Domini æmulatione tabidi, excogitant noua, innouant priſca ſtratagemata, quò inuoluant & implicent Dauides, futuros ſucceſſores (gratia Dei) ipſorum coronis, deperditis, ingratitudine ſua; *Quia vidit hominem aſcenſurum vndè ipſe deciderat, vidit & inuidit, cecidit & eiecit*, dicit quidam Eccleſiæ Pater; aſt in vanum cælum & terrã moueant & inuertant, vt noceant nobis, ni Deus numellas ſoluat, nunquam offendant; nequeunt niſi facultate à Deo accepta; non poſſunt, imò nolunt opitulari ſuis cultoribus, ꝙ ſint infeſtiſſimi humani generis hoſtes. *D Aug. to 10 ſer. 10 de reſur. Domini.*

Concludamus cum D. Gregorio: *Formidari ergo non debet, qui nihil niſi permiſſus valet.* Quod ſi aliquando, vna vice pro millibus famulis ſuis auxilientur permittente Deo; vt poſtmodum grauius noceant: ſicuti auceps fiſtula dulciter canit, vt volucrem viſco oblinīat: vti venatores prædam in via exponunt, vt feram prædę inhiantem illaqueent: vt piſcatores hamum eſca obducunt, vt piſcem aduncent: vt veneſici calicis oras ſaccaro melloq; obliniunt, vt gypſo enecent: vt Sinon iurat in Troianos, vt eos in manus Græcorum tradat, *D. Greg. to. 1. l. 2. Moral. c. 6.*

*Aut vlla putatis* *Virg. l. 2. Æneid.*
*Dona carere dolis Danaum? Sic notus Vlyſſes?*
*Quicquid id eſt timeo Danaos & dona ferentes.*

VI.

Denique, & verbo vno, quod euidentius delirium, quam creaturas omnium viliſſimas colere, ſpectato peccato eorum? Infeliciſſimas & miſerrimas ſi conſideres eorum pœnas tam intolerabiles quam intermi nabiles? Imò (ſalua veſtra reuerentia) ceu numen reueteri flatum ſeu crepitum ventris, vti narrat S. Clemens? *D. Clem. ad Iacobũ Adelphoteũ. l. 6 recogn. Plin l. 1. cap. 7.*

VII.

Silentio lubens prætereo nunc fœdas, quas patrãt,

inſolentias,modò diebus Baccho ſacris , modò
turno,modò meretrici Floræ, alias in feſtis fuga
(vt vocant) verè *fugalia pudoris & honeſtatis*, inſit
*Aug. to. 5. l. 2. de ciu. c. 6.* guſtinus; & alijs multis feſtis,dicā? an peſtibus
ſacrilegis;pudendis impudicitijs & ſcurrilitatibus
pletis;pertranſeo nunc leuiter , de his latius
poſtea,in illud, *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo*
*xuriosè.*

VIII. Quid? Nonne verè adoleſcentes & inconſulti
lorum cultores iſti,qui ad ſummum ſuę ſtoliditatis
ſtigium, offerunt quandoque Hecatumbam;
molant boues centum ſacrificio vno compr
Dijs? Nonnunquam rati Numina ſua non
ta & propitia cæde cruenta brutorum; victimam
crudelem, ô Phalaricam deuotionem ! potioribus
ſtis homines ipſos; quin quandoque iugulant
niones in victimas propriam ſobolem; de quibus
poſtea fuſius. Itaque merito,ratione tantæ de
& ſtoliditatis,poſſumus etiam Ethnicos interp
*Chryſ. ſer. 5 de Exod.* per adoleſcentiorem: *Iudaicum populum ſeniorem*
*dentia legis fecit; Gentilem paganitatis ſtultitia*
*iuniorem*, ait Chryſologus.

Adoleſcē tiore prodigo,etiā denotari hęreticos.

6 Supradictis cōtentus quoad Gentiles idolola
redeo nunc ad ea quæ ſpopondi haud intacta
ctorum,nempe,vt hæretici deſignari quoque
per hunc adoleſcētem. Atat,vereor,Auditores,
curſus mei prolixitate abutar patientia, humana
que veſtra. Verùm bono eſtote animo, ſi vel mod
aure dignemini me placida , expediam oppidò
ſupereſt dicendum. De vobis itaque,ô hęretici fra
(nec alio vos compellare queo nomine;enimuero
gratia Dei gremio matris Eccleſiæ contineat Ro
næ,vos vero exieritis,& eiecti ſitis,prout prodigus
mo quondam egreſſus eſt paterna;non ideo ſubla
& oblitterata fraternitas priſca generalis: equide
ſtis creaturæ Dei vt ego;homines,vt ego;regenera
ue renati in Chriſto,vt ego;Chriſtiani,vt ego;ac
Catholici,vt ego;fratres vos cōpello,tāetſi frater

or noſtri prodigi ſuperciliosè dedignetur ſub finē Euāgelij, cū vocare fratrē; parēs verò vult fratrē dici, *frater tuus reuixit frater tuus inuētus eſt*) de vobis, inquam, fratres hæretici, interpretandus venit hic adoleſcens. *Poſſunt*, inſit S. Auguſtinus, *dici filij mali etiam hæretici, qui ex eodē Euangelij ſemine & Chriſti nomine procreati.* Porro, quomodo ne dicam nunc, & quare defeceritis à patre noſtro communi, dico, patre patrum, Pontifice Romano, ne effuſam veſtram & incæſtuoſam vitam perſtringam, qualis fuit noſtri Prodigi; inſiſtens ſolūmodo voci adoleſcentis, dico, ſi ſecundum ætatem ſumatis, vos iuniores & poſteriores catholicis; licentioſam veſtram ſynagogam, recentiorē Eccleſia Romana, vera filia obedientiæ Ieſu Chriſto Eſt Eccleſia Romana ad inſtar annoſæ, & à ſenectute reuerendæ matronæ, humiliter grauis, & grauiter humilis; veſter cōuētus ſimilis eſt comptæ adoleſcentulæ pellici, ita eſt, *filiæ veſtræ compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi;* inſtructæ ſunt & mundo muliebri ornatæ inuentiones veſtræ, vti idolum fani cuiuſpiam, concedimus: verùm vniuerſa ſunt fucus; formoſa videntur, at ſpecies iſta leuis, inconſtans, inutilis eſt, & quæ ſalutem vobis non adferat. Sermonis autem ſimplicitas, qua regitur veritas Chriſtiana, morū noſtrorū ſimplicitas gratiam nobis cōciliabunt coram vero Ioſue, vti quondā panniculamenta & lappæ, veſtimenta trita, & calceamenta lacera Gabaonitorum ſaluti cōſuluerūt. Chriſtiani Catholici ſunt vobis *antiqui dierū*, ſunt maiores veſtri; vos Chriſtiani hęretici, eſtis *nouellæ plantationes;* eſtis, *in iuuētute veſtra*, eff. ęni & inſipiēti: ſunt vobis adhuc fatuæ plumæ (vt aiūt) multis retrò ſeculis ab ortu noſtro lucē hanc ſubijſtis. Seniores ſumus, vos adoleſcentiores. Sumus ſterilis, tandem fœcūndæ fœtus primi, prima germina virginitatis eius; vos poſtremi, & quaſi abortiui. Nos, fructus verni, vos autumnales, & gelid. temporis fruges. Pronati ſumus æſtate amœna ætatis ipſius; vos, rigidæ, funeſtæ, moroſæ hyemis proles: ſumus merum generoſum & defœcatum; vos vina

*vid. Hier. in pſ. 143.*

*Pſal. 141.*

noua, & turbida: Denique, ab omni tempore ſum
vos ab heri & hodie. Truncus ſemper ſupponitur
baccas; vitis ante palmites; matrix ante fœtũ. Eſt
cus permanens, Catholicus; vinea Domini Sabao
matrix noſtrũm & veſtrũm; eſtis rami inutiles; pal
tes infrugiferi; adulterini, & deficientes à fide ma
veſtræ: ſumus ergo priores vobis; ſeniores veſtri;
adoleſcentiores.

Aut, ſi nobis ſeniores eſſe contenditis; exhibete
ſtrorum antiquitatem; retrogredimini, recenſu
nus veſtrum, & originem primam. Quæro cum ma
illo Tertulliano, ô rami ſylueſtres, baccæ emor
ſtirpes emarcidæ, qui eſtis, vnde, & quando aduen
Quonam in angulo, in foramine petræ delituiſtis
to tempore?

Tertul lib. de præſcript. *Qui eſtis vos, vnde & qu
do veniſtis? vbi tamdiu latuiſtis?*

Optatus l. 2. contra Parmen. *veſtræ cathedræ*
*nem oſtendite.*

D. Auguſtinus contra Donatiſtas libro 3. de bap
mo cap 2. *Vnde Donatus apparuit? De qua terra ge*
*nauit? Ex quo mari emerſit? De quo cælo deſcendit?* Q
tum interceſſit temporis, ô Lutherani, à quo o
ſumpſiſtis in Luthero veſtro? apoſtata? vos Caluin
in veſtro Caluino, loquaci? Et ſic de cæteris veſtri
libus, aut prædeceſſoribus; à quot diebus; poſſu
quidem adhuc receſſeri, lucẽ ſubijſtis? Prodijt è ca
nis & ſcrobibus tenebroſis, veſtri cerebri tenebroſ
gma veſtrũ, intricãdis popularib⁹? Tot ferè effluxe
dies, quot annorum ſumus, aut circiter. Ecquis L
therus veſter, ô Lutherani? Homo nouus; nuper ig
tus. *Homo nouus Arpinas*, ait quidam, *qui Rempub*
*ram habet ſcilicet; neque terrore neque gratia commo*
*tur* Vah Heliam Germanicum, *quem Iupiter in co*
*lium Deorum admiſit.* O nouum Paulum! Quis ge
Caluinus veſter, cum ſuis diſcurſibus phaleratis, fuc
tis, loquutuleis? *Homo nouus, adoleſcentior.* Aſtruo
mum de omnibus, hactenus ne quidem ſolo nom
*Deut. 32.* notos fuiſſe; neque maioribus ſuis æſtimatos. *Noui*

*anteſq; venerunt quos non coluerunt patres eorum.* **De Næuio**

Næuius apud Ciceronem: *Oratores noui, ſtulti, ado-* *vide Au-*
*leſcentuli labefactarunt Rempub.* Quin, ſi libuerit ſe *lũ Gell l. 1.*
niores eſſe, eſtote. Diabolus, qui ab initio aliud nihil *Noct.*
præſtitit, quam mentiri, *Mendax enim eſt ab initio*, vti *Att. c. 24.*
vos; *Et in veritate non ſtetit*, vti nec vos; eſtq; Patriar *Ioan. 8.*
cha vniuerſalis omnium hæreſiarcharum, impoſtor, &
mendax, vti & vos; à quo tẽpore eſt? Et Chriſtus, caput
omnium noſtrûm Catholicorum, quanto tempore
ſtetit? Anteſignanus veſter, quantumuis eius ætatem
protendatis, non eſt prior & antiquior primo die mũ-
di, quo Deus primam illam lucem creauit. Noſter autẽ
æternùm ſtetit *Egreſſus eius ab initio, à diebus æternita-* *Mich. 5.*
*tis. Ante ſolem permanet nomen eius*. De ipſo loquitur *Pſal. 71.*
per Vatem Pater: *Ante Luciferum genui te. Ab initio &* *Pſal. 109.*
*ante ſecula creata ſum Nondum erant abyſſi, & ego iam* *Eccl. 24.*
*concepta eram.* Non retrocedatis, quin Chriſtum Ieſum
authorem fidei noſtræ & parentem, non inueniatis
ſemper priorem & antiquiorem ſuſcitatore veſtrorum
errorum, diabolo. Catholici ergo, ſeniores; hæretici,
adoleſcentiores ſunt Eſtis vos, ita eſt, *nouiſſimi viro-*
*rum*; nouella eſt doctrina veſtra; noſtram profitemur
à multis annorum centurijs. Quotuſquiſque veſtrum
dicat & fateatur, quod de ſeipſo efferebat reprobus
Saul: *Nunquid nõn filius Iemini ego ſum de minima tribu* **1. Reg. 9.**
*Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de*
*tribu Beniamin*? Etiam Caluiniſtæ, ita hæretici noſtræ
tempeſtatis, minimi eſtis, de minima ſtirpe hæretico-
rum: ſectæ veſtræ (ô huguenottæ) nouiſſimæ ſunt, &
minimæ de tribu Beniamin; de conciliabulo ſe-
ctariorum, verè Beniamin allegoricorum. Beniamin,
Rachelis poſtremus fuit filius; hæretici nati ſunt &
venerunt nouiſſimi ab Eccleſia. Beniamin dictus eſt
matri *Benoni*, id eſt filius doloris, quia maximis in *Gen. 35.*
anguſtijs & doloribus eum peperit: ſic hæretici,
non prodierunt in lucem quin acerrimis doloribus
diſcruciarint matrem Eccleſiam. Beniamin, naſ-
cens, mortem intulit (inuoluntariè licet) for-

moſæ Racheli: hæretici, ſimiles viperis , ſponte, v-
luntariè, adeoq; non ſine crimine fœdè dilacerarun
extinxerunt charam parentem in nõnullis orbis pa
bus. Iacob æger decumbens & fato proximus; voca
Beniamin lupum rapacẽ: quid aliud hæretici qui
*Gen. 49.* *Mat. 7.* *trinſecus lupi rapaces.* Iacob vicinus morti prædu
iamin mane rapturum eſcas, veſperi diuiſurum ſp
vos hæretici, mane & ſummo diluculo dogmatum
ſtrorum quẽ non ſpoliaſtis? Cuius tẽpli, ſanctuar
ratorij non rapuiſtis opes? Quorum altarium, ta
noui Nabuchodonoſores, tanquã Antiochi redi
ti, & Dionyſij Siculi ab inferis reuocati, non tuliſti
ripuiſtis, prophanaſtis ornamenta & vaſa ſacra? A
monaſterio vi r õ abſtuliſtis ſubſtantiã ſuã? Qu
virginum velatarum, & Deo ſacratarum contum
ſe non rapuiſtis pudicitiam, etiã in fanis & locis ſa
quandoque; vti quondam Aiax Caſſandræ Troian
*Virg. 1. Aen. Ou. in Ibin.* tẽplo Palladis: digni ſane, pari perire fulmine? A
prouincia non tuliſtis ſpolia? Quot animas nobi
ſtuliſtis; nõ nobis, ſed vero paſtori Ieſu Chriſto! Be
*Tert. de præſcript.* min crudeles! Lupi rapaces! Faxit Deus ſitis tan
Beniamin ſub finẽ! Ex lupis oues: ex miluis, colum
*ita pacem receptur⁹ Marcion, ſi quos perditioni erudiſſet, Eccleſiæ reſtitueret.* Vtinam veſpera & finis veſtrorum [illegible] rum aduen
vt ſpolia veſtra (conuerſione & miranda metamorp
ſi veſt. ũm) nobis, vtique noſtra, reſtituerentur an
veſtræ ſignanter, & illæ, aut aliæ earum vice, quas p
ditæ & exitialiter vobis & ipſis rapuiſtis ex ouili
Chriſti. O Beniamin! ô ſectarij, priſci & neoterici;
mnes tamen vt Beniamin nouiſſimo loco nati! Eſti
fortè virgines illæ fatuæ, quibus etſi eſſent lampa
non erat oleum, quæ nouiſſimè venerunt, & ab i
ſponſo excluſæ fuerunt à nuptijs, de quibus Domi
in Euangelio? Quis ſcit an de vobis non intenderet
*Mat. 25.* qui Dominus? *Nouiſsimè venerunt & reliquæ virg*
Dicuntur fatuæ, neque vos ſapitis. Initio iunctæ fu
runt prudentibus, aſt poſtea ſeparatæ; ita & vos pr
cipio per baptiſma nobis coniunxiſtis; ſed poſtm
dum nouum condidiſtis orbem.

1. Ioã

1. Ioan. 2. *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum.*

1. Tim. 4. *In nouiſſimis diebus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritui erroris.*

D. Greg. 1. lib. 20. mor. cap. 9 in illud Iob. *Nunc autem derident me iuniores tempore: Omnes hæretici, ætate vniuerſali Eccleſia ſua comparati iuniores tempore congruè vocantur; quia ipſi ab ea, non autem ipſa egreſſa eſt ab illis.*

Nihilominus, ô dolendum ſpectaculum! turma cānarum & iuncorum inconſtantium rapi & obtineri ſe patiuntur a nouis iſtis Veneris cultorib. deſerētes (noui vtique & nouitatis cupidi) venerandā antiquitatem, vt amplectantur linguacem nouitatem. *Miror quod ſic tā citò transferimini in aliud Euangelium, quod non eſt aliud.* O vt verum eſt Latinis receptum prouerbium; *Natura hominum eſt nouitatis auida!* vt verè, potius propheticè quam poeticè cecinit magnus ille Homerus libro primo Odyſſeæ:

Gall. 1.

Hominū natura nouitatis auida.

*Cantio enim hæc hominum eſt longè celeberrima vulgò*

*Et gratiſſima, quæ nuperrima venit in aures.*

Cornelius Tacitus 1. hiſt. *Facilis ciuitas ad credenda, accipiendaque omnia noua.*

Senec. l. 3. Rhetoricæ ſuæ: *Acrior enim cupiditas ignota cognoſcendi quam nota, repetendi. Hoc in hiſtrionibus, hoc in orationibus, hoc in omnibus denique videmus Regibus accidere; ad noua homines concurrunt ad noua adueniunt, adeo vt quicquid inſolitum eſt in turba, etiam notabile eſt.*

Oui. l. 3. de Ponto. *Eſt quoque cunctarum nouitas gratiſſima rerum.*

Tit. Calphurnius Ecl. 7. *Vilia ſunt nobis quæcumque prioribus annis*

*Vidimus & ſordet, quicquid ſpectauimus olim.*

Conciones nouellæ, diſcurſus nuperi, blandiloqui & demulcentes, tanquam muſæ & choreæ nouæ, ab heri & hodiè compoſiti, modò placent, arrident, dele-

Antiqua nouis prę feruntur.

ctant, vt nihil magis; celebrantur miro modo, ade
veneranda antiquitas doctrinæ catholicæ ſordeſ
temnatur. Mirum, quod quò antiquior ſit gen
veſtri nobilitas, ô Nobiles, eò pluris eam æſti
tis.

Ouid. de Pōt. Sall. Orat. in Cicer & in coniurationem Catilinæ.

*Si genus excutias*, iactatis crebrò, *Equites ab orig*
*longa, Vſque per innumeros inueniemur auos.*

Mirum, quod etiam Romanis dici nouum homi
*Nouus homo Arpinas* turpe & infame duceretur; q
exprobratum aliquando fuit Ciceroni ſæpius, p
ſertim à Salluſtio nobili Romano, qui eum crebrò
minem nouum Arpinatem; nouiter in ciuem Ro
num adſcitum obtrudebat: dogmata autem nouo
iſtorum Palęphatarum falſidicorum, eò eſſe accep
ra, quo conſpiciuntur recentiora; Catholica verò
ctrina luna ipſa ferè vetuſtior, eò contemptibil
habeatur quò antiquior. Quæ ratio iſta; totis con
bus obſeruabuntur, & ſarta tecta cuſtodientur pri
gia priſca, leges, mores Prouinciarum, vrbium, opp
rum; nec vſquam ab ipſis detrahi quicquam per no
rum introductionem feretur (vti Ariſtoteles & e
præceptor Plato ſuadent & monent ſeruari, nec q
quam leuiter immutari;) è contr... ...ſca fides, p
religio à Ieſu Chriſto manans, mo..., vſus, ritus, le
& conſtitutiones antiquæ Eccleſiæ, ab Apoſtoli
traditionem vſque ad nos deuolutæ, per præcip
animo & temerũ heri aut nudiuſtertius in lucem p
deuntem, mutabuntur, remutabuntur; alterabun
mutilabantur, ſupplebuntur? Appoſitè profectò, n
in pretio erunt vetuſtiſſimi nummi vndique deroſ
midirutæ pyramides antiquę, ſermo Latius priſcor
Ciceronum, aliorumque ſimilium; doctrina au
priſca Catholica ſola aſpernabitur? volumus in ſer
ne, & non in inſtituto vitæ redolere honorandam
tuſtatem. Pluris fiũt dudum exercitati in bello du
quam nouelli; veterani milites, quam tyrones, vti
aptiores conſilijs dandis, & ſtudio cõſeruationis c
porum: in cauſa verò fidei, ſalutis aut perditionis æ

Fuit Palęphates ſcriptor quidam fabuloſarum narrationũ, quas ad hiſtorias trãsferebat.

*Ariſt. l. 2. Politicor. Plato 7. de legib.*

næ animarum, nouiſſimi, nouelli miniſtri præferentur & exaudientur Vina antiqua & defœcata iudicantur præſtantiora & ſalubriora, adeoque auidius expetita nouis, & heri expreſſis (etiamſi noua ſapore præualere videantur.) *Nemo bibens vinum vetus ſtatim vult habere nouum, dicit enim, vetus eſt melius*, inſit Dominus: panis heſternus reputabitur ad ſanitatem facere magis, quam recens furno eductus: animæ autem exquirentur doctrinæ recentiores, dogmata nouiter è torculari expreſſa. Occaſione ſtellulæ nouæ Arcturum ſiue vrſam antiquum & fidum nauigantium ducem mittet Nauclerus. Adueniente blaterone nebulone, & nefariè prorumpente in antiquam fidem, omnes cum ſtupore & admiratione clamabunt; Hem, *Quæ eſt hæc doctrina?* Si æquum eſt, iudicate. *Lucæ 5.* *Act. 17.*

Virg. 4. Aene. *Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?*
*Quem ſeſe ore ferens? Quam forti pectore?*
*Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe Deorum.*

Si nouitatis amor, ô Auditores, potiſſimum in cauſa religionis, vitio[illegible] & noxius non eſſet, doctiſſimus ſcriptor Plutarch[illegible] non referret, ceu quid ſummo honore dignum, de nobili & generoſo Amilio Paulo, Romano, quod aſſūptus in numerū ſacrificorū, quos Augures vocabāt; è quorum re erat per volatū & garritum auiū, per ſigna aëris, & præſagia cœli de futuris diuinare; totus fuerit in diſcendis & obſeruandis ritibus & moribus muneris iſtius, à maioribus traditis, *& nihil noui moliebatur.* Et patronus Muſarum Mœcenas nunquam diceret Auguſto Cæſari. *Eos qui in Diuinis aliquid innouant, odio habe & coerce.* O, vtinam hac noſtra tempeſtate reuenirent & renaſcerentur legiferi priſci! O vtinam Rectoribus omnium Rerumpub. idem eſſet animus qui Lacedæmonijs, de quibus dicitur: *Non patiebantur quemquam priſcæ muſicæ modum egredi.* O Deus, vtinā nobis reuixiſſent, *Plut. to. 1. vit. in Aemilio Paulo.* *Mœcenas apud Dionē Caſſ. lib. 52.* *Vide Val. Max l. 1. c. 3. tit de peregrina religione reiecta.*

Epho-

*Et Plat. l. 4 de Rep. poſt initiū Plut. 1. mor. tra. de inſt. Laconic. Timoth. Mileſius, teſte Suida addidit 10. & 11. chordam.*

Ephori priſci, qui cytharœdum acriter mulctar
Terpandrum; aulædorum ſui ſeculi facilè princip
heroicorum facinorum Magnatum Vatem; cyth
ſpoliarunt; & palo publice affixerūt ad ignomini
nō quod ſeditionem ſuſcitaſſet, adulterium aut p
cidium patraſſet; non quia perfidus in patriam,
propter quoduis aliud crimen atrox; ſed quia (vti re
Plutarchus) cytharæ ad alternationem & frequen
onem vocis ampliorem, præter ſolitas & ordin
chordam vnicam addiderat. O ſi nobis remitter
Ephorus iſte, qui (perſonante Timotheo perit
tharædo modulos in cythara, inuentore decimæ
decimæ chordæ, vt propoſitum præmium in dic
adipiſceretur) arrepto cultro quæſiuit ab eo qua
te, ſub aut de mallet reſcindi fides, quæ ſeptena
ſolitum excederent? O ſi noſtra ætate reſurgerent
ci illi, quibus omnis nouitas ſummè exoſa? Arb
eos omnes qui contendunt cytharam priſcę doct
Catholicæ renouare, adijciendo aceruum nou
articulorum, ceu totidem nouas fides, nouas & d
nas; nunquam hactenus auribus Catholicis aud
vereturos ſibi meritò, ne palo vel cruci cum noua
doctrina, vti quondam Terpandri cythara affige
tur; etenim hoc loco periculū m[illegible] longè eu
& maius. O ſi hac luce denuo frueretur primi illi A
nieſes, qui vrbe eiecerūt, & in exiliū egerunt Prot
ram Abderitem, quod propoſuiſſet quęſtionem
tatam quaſi dubius; An ſcilicet Deus eſſet: abeger
etiam Diagoram Mileſium, communiter dictum
theum (vti ſcribit Cicero) & talentum promiſerun
qui proſcriptum perimeret, quod atheiſmum nou
cæpiſſet diffundere Athenis. Iidem, * *Socratem dam
runt, quod nouam religionem introducere videbatur.*
tinam renaſceretur lex iſta Locrenſium, quæ
(vti refert Demoſthenes, dum perſuaderet Atheni
ſibus non admittere leges Philippi Macedonis) vt c
omnis nouam legem & religionem introducere
lens, exponeret, promulgaretque eam publicè in c
cione, laqueo in collum iniecto, vt ſi non legitim
minimè admittenda deprehenderetur, ocyus ſuffo
rem

*Lact. l. 1. inst. c. 2. Philoſtr.*

*Cic. l. 1. de Natura Deorum.*

** Valer. Max l. 1. cap. 10.*

ſetur! vtinam reuixiſſent Principes Locrenſes, qui animaduerterunt in viatorem, quod appellens quæſijſſet quid nouarum rerum ferretur ibidem, prout narrat Plutarchus! O ſi vita denuò donarentur ſapientes illi nouitatis hoſtes, non plantarent in medio noſtri Atheiſmum noui noſtri Protagoræ & Diagoræ, vti faciunt! O ſi concederetur mihi reuocare vos ab inferis, ô priſci, repellendis his nouitatibus curioſis! Interim, quia non placet diuino numini ſuſcitare Principem eiuſmodi, iuratum hoſtem peſtilentis nouitatis hæreſium; obſecro vos, Auditores, per ſalutem veſtram, vt cùm adoleſcentes illi, neoterici, nouitij, concionatorculi, miniſtri illi noui, cœperint aures veſtras demulcere, memineritis dictorum à S Petro: *Venient in nouiſſimis diebus illuſores.* Memineritis vetuiſſe Deum in lege Moſaica, audiri tales deliros *Si ſurrexerit*, ait Dominus, *in medio tui propheta, qui dixerit ſe viſionem vel ſomnium vidiſſe*, id eſt, vti exponit Vincentius Lyrinenſis, doctor grauis & antiquus; Si quis conſtitutus Doctor in Eccleſia, exiſtimatus ab auditoribus docere per reuelationem quæ docet, & pridem ſigna demonſtrarit & iudicia boni vel mali euenturi, *acciderítque quod prædixerat* (loquitur de quodam magno magiſtro inquit idem Vincentius) vt videatur à ſectatoribus ſuis non ſolum humilia & humana cognoſcere, ſed etiam præcognoſcere & præuidere poſſe tranſcendentia cognitionem hominum; quales habiti fuerunt & acclamati à diſcipulis Valentinus, Donatus Photinus, Apollinaris, alijque eiuſdem farinæ; *ſi dixerit, Propheta iſte, Eamus, ſequamur Deos alienos quos non nouiſti, & ſeruiamus eis*, id eſt, ſecundum eundem Vincentium, credamus & ſequamur errores exteros, nouos, inauditos; quid addit Deus pro periodo finali diſcurſus iſtius panygerici? *Non audies verba Prophetæ eius, aut ſomniatoris.* Memineritis quoque Apoſtolum S. Paulum monere ſeriò ſuum Timothæum; *Deuita*, inquit, *profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ.* Sibi chariſſimos etiam Romanos, vt obſeruent & fugiant eos qui ſeminant diſſenſiones,

*Plut to. 2. mor. tra. de Curioſitate.*

*2. Pet. 2.*

*Vinc l. ad uerſ. hæreſ. prope init.*

*1. Tim. 6*

ver-

verba oſtenſionis , qui doctrinam Apoſtolicam redolent. Imitamini Romanos primos, initio cõ gentis Romæ, de quibus eruditus quidam ſcriptor ait:

*Nullà cura fuit externos quærere Diuos,*
*Cum tremeret patrio pendula turba ſacro.*

*Proper l. 4 eleg. 1 vbi laudat initia creſcentis Romæ.*

*Actor. 17.*

Si quando auditis garritum aquilonarium iſt volucrium, dicitote cum Athenienſibus: *Quid ſem tor verborum hic vult dicere* ? vel vt vertit Eraſm paraphraſi. *ſpermologus*, id eſt, *rabula. Nouorum d niorum videtur annuntiator.* Obturate aures, vt ſes ſuas cera occluſit contrà Sirenes, & aſpis ob præſentiens carmina; ne fallaci eorum voce, & c num ſuauitate allecti ſopiamini. Et ſicuti ſapie lyſſes, ſe ipſe alligauit obtruſis cera auribus, mal uis, ne audiens Sirenum cantum periret ; ita vos, ſtringite, alligate catinæ Sancti Petri : & deceptoribus obtrudite: *Cantica lyræ tua non aud*

*Amos 5.*

Galat. 1 *Licet nos , aut Angelus de cœlo euang vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis ma ſit. Licet nos,* id eſt, *etſi omnes Apoſtolorum cho anathema,* id eſt. *ſit ſeparatus, ſegregatus, excluſu*

Sic Lyrinenſis loco ſupradicto. Vas illud elect gentiũ magiſter, tuba Apoſtolica, totius orbis rerũ cœleſtium ſecretarius, phœnix ille ſacri Apoſtolorũ, clamat ad omnes, & clamores ſuos nat ſemper & vbiq; per litteras, quod ſi quis a doctrinam nouam, Euangelium nouum , cu author eſſem ego, vel Petrus, vel Andræas, ſiue nes, imò ſenatus totus Apoſtolicus , quin Ang de cælo, totus ſanctus, omninò beatus euangeli rit ſecus, quam nos, anathema ſit. Quanquam ra læ moleſtæ, muſcæ illæ importunæ (ſcilicet hær ſtrepant & coaxent ad aures veſtras, dicentes: Re te quod pridem ſectabamini: tenete, quod nuper pellebaris, nunc à nobis illuminati , edocti, d cti : exulet à vobis deinceps priſca fides ; inſt patrũ, depoſita maiorum ſileant; hanc nouam ſuſc tote veritatem; ne fidem adhibeatis; dicite: *Cantica*

*Sic exponit Vinc. Lyr. lib aduerſus hæreſ.*

*Amos. 5.*

*ra tua non audiam.* Ne ſequamini Athenienſes quoſdã, *Act.17.*
quorum omne ſtudiũ in audiendis, recẽſendiſque cu-
rioſè nouitatibus vertebatur. Reueremini vetuſtatem
fidei Catholicæ; ſit vobis ſemper ſuſpecta nouitas.
Quam ſectamini antiquitatem in multis alijs & vene-
ramini, ne contemſeritis in cauſa fidei. *Si nouella ali-*
*qua contagio, non iam poetiunculam tantum, ſed totam* *Vinc. Lyr.*
*pariter Eccleſiam commaculare conatur, tunc prouidebit* *l. aduerſ.*
*Chriſtianus Catholicus vt antiquitati inhæreat, quæ pror* *hær. prope*
*ſus iam non poteſt, ab vlla nouitatis fraude ſeduci. Inter* *initium.*
*roga patres tuos & dicent tibi ſeniores tuos & annuntia-* *Deut. 31.*
*bunt tibi.* Ne præbeatis aurem, Auditores, nouis iſtis
adoleſcentibus, nouiſſimè aduenientibus (allegoricè
denotatis in noſtro Prodigo) ſed exporrectis auribus
audite doctores illos Catholicos, vetuſtiſſimos & gra-
ues, *boues illos laſſos, fortius figentes pedem, non vitulos*
*iſtos laſciuientes,* Perſtate iuncti Sanctæ Eccleſiæ Ro-
manæ, columnæ firmæ & immobili veritatis, vti Vlyſ-
ſes, arbori nauis; dicite, repetite frequenter ore & cor-
de cum S. Hieronymo: *Illam ſenex tenebo fidem, in qua*
*puer natus ſum.*

Cicero l. 2. de Diuinatione: *Maiorum inſtituta tueri* *D. Hier. e-*
*ſacris cæremonijsque retinendis ſapientis eſt.* *piſt. 18. ad*

Ariſtoteles Rhet. ad Alex. *Patrios ritus migrare aut* *Aug. l. 1,*
*violare vbiq; gentium nefarium habetur.* *edit. Ca-*

Valerius Maxim l. 2. c. 6. *In minimis quoque rebus, o-* *niſiana.*
*mnia antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda.*

Sed quo me rapi ſentio? Regrediamur, & inſtitutum
iter repetamus. Cernitis vt adoleſcens noſter etiam
deſignet hæreticos, ſi vox adoleſcens ſpectet ætatẽ. Si
verò ſumatur vt denotat imprudentiam, temeritatẽ,
aliasq; ſimiles ęgritudines adoleſcẽtibus frequẽtes, v- *Vide Hi-*
ti ſuperiorib. diebus à nobis dicebatur; & hoc modo *lariũ ini-*
adoleſcẽtes erũt ijdem hæretici, id eſt, imprudentes & *tio pſalm.*
arrogantes, vtiq; plus ſe ſapere putãt ſolos quam Ec- *vbi agit*
cleſiã vniuerſalem, conantur impetere victorioſè Ec- *de claue*
cleſiam, obliti quod *Portæ inferi nõ præualebunt aduer-* *& introi-*
*ſus eam.* Quandoquidẽ arbitrentur à ſe melius intelli- *tu in 1 pſ.*
gi ſcripturas quã à ſummis Põtificib. Nõ meminerũt *Matt. 16.*

Deum

Deum promiſiſſe illis & *dediſſe claues regni cœlo*
*Apoc.3.* Obliti ſuntne ipſorum eſſe claues veri Dauidis, q
*perit & nemo claudit claudit, & nemo aperit?*

*Vide Margaritum Philoſophia, l.5. tract. de muſica practica, 2.3. 49. 10.*

Non recordantur ſummorum Pontificum, D.
ſucceſſorum eſſe claues ſcripturarum; claues, q
ingrediantur conclaue, & occultum intellectum
Clauem Muſices, & emodulationis harmonicæ l
tarum ſacrarum? Claues cantus ſacrorum Biblio
claues initiales, claues finales, claues demonſtra
ſecreti vocum, cantuum, & tonorum? O claues c
datas Sedi Apoſtolicæ, nec alteri cuipiam! *Tibi*
*dabo claues regni cælorum.* Papè, quantus Papa ſol
*Matt. 16.* non temerarij & veſani, rati alibi quã in manibu
inueniri claues iſtas? Temerarij, audentes eas æ
& falſificare. Aſt, quid non attentent impuden
cum audeant adulterare litteras Spiritus ſancti!
præſumunt ſigilla aſſimulare Jeſu Chriſti, ma
Eccleſiæ tradita & commiſſa, dico ſancta ſacra
Adulterare monetam congruam comparando
diſo opera bona? O fallaces hæretici! O temera
verò patientia veſtra abutar (quæ tamen ad lo
diſcurſus ſtamen texendum me allicit) vnico d
verbo; an non adoleſcentiæ impudentis & ſup
nem modum temerariæ in hæreticis argume
quod ipſorum nonnulli audeant paludament
chirothecam mittere Deo Creatori, & in aren
cendere cum eo; prouocare & pellicere ad cer
contumelijs & iniurijs, dicendo eum infirmum,
ferendo ipſi Omnipotentiam; otioſum, ſubtra
ab ipſo cum Epicuris prouidentiam; dicendo ta
litiari eum requie in cælis, vt nihil prorſus infer
moderationem curet, ac ſi, *Non vacet exiguis reb*
*Ouid. 2. triſt.* *eſſe Ioui:* Nunquid impudentia & temeritas mag
lympo Epiſcopo Arriano, Carthagine in con
multorum deprompſiſſe blaſphemias plurimas
quaſi exſpuiſſe in faciem filij Dei, docendo & ef
do repugnantia puræ doctrinæ de diuinitate J
Chriſti; & perſonis ſubſiſtentibus in eſſentia di
Quæ iſta temeritas ô Olympe, non ſine cauſa O

pe, ſuperbe, arrogans, magne, elate in corde tuo, ad in- *Iſa 4.*
ſtar excelſi mentis Olympi? O ſuperbe Olympe! O *Horat.*
mons ſuperbiæ! *Omnis mons & collis humiliabitur. Fe-* *Paulus*
*riuntque ſummos fulmina montes.* Ideoque, in campo *Diac. &*
illo certaminis quod Deo indicebat triplici fulmine *Sigebert.*
cælitus miſſo miſer æternùm periit, conſumptos igne *in Chron.*
cœleſti exuuiis & in fauillam redactis, prout cōplu- *Sabell. l. 2.*
res teſtantur hiſtorici. Ita Deus vindicat ſe de temeris *Ennea. 8.*
illis hæreticis. *Qui habitat in cœlis irridebi eos, & Do-* *Pſal. 2.*
*minus ſubſannabit eos.* Nunquid Deum impudenter & *Baptiſta*
temerè impetebat Iulianus apoſtata, Imperator iſtius *Fulgoſ. l. 1.*
nominis ſecundus, libertatem faciens, Iudæis in de- *Matt. 24.*
ſpectū religionis Chriſtianæ reædificandi & reſtituē- *Mar. 13.*
di ruinas templo, quod Chriſtus prædixerat vaſtandū *Luc. 19.*
& demoliendum à Romanis (vti euenit Titi ſtrenuita- *& 21.*
te) quaſi volens contumelioſè reſtituere eos, quos *D Chr. t.*
vindex Chriſtus iuſtè humiliarat; fruſtra tamen. *Qui* *2 hom 9.*
*habitat in cœlis irridebat eos.* Deus etenim temeritatem *in Matt.*
iſtam vindicans, non minus quam Olympi, *Omnis* *col 24.*
*mons humiliabitur*; iactis primis fundamentis, terram *poſt prin-*
concuſſit motu miro, quæ voces & mugitus horren- *cipium*
dos edens, & denſas flammas è viſceribus ſuis educēs, *habet i-*
euomuit & eiecit cæptos muros; perpendicula, mal- *ſtud mira-*
leos, ferramenta; aliaque inſtrumenta penitus abſum- *culum.*
pſit; peremptis artificibus non paucis. *Qui habitat in*
*cœlis irridebat eos, & ſubſannabat illos.* Ac ſi dixiſſet: In-
ſania eſt iſtud attentaſſe; pro voluntatis meæ arbitrio
res ſuccedet. *Conſilium meum ſtabit, & omnis mea vo-* *Iſa. 46.*
*luntas fiet.* Deinde, quæ arrogantia eiuſdem Iuliani, &
alterius cuiuſdam hæretici, nomine Celſi, dicere, in
maximam Ieſu Chriſti ignominiam, nihil infelicius
accidere poſſe homini quam Chriſtianum eſſe, &
Chriſti legibus ſubdi? Chriſtianos perſtringere nomi-
ne ignarorum, aſinorum, ſtolidorum, ineptorum?
ipſis interdicere diſciplinas & ſcientias liberales, re-
ferente S. Auguſtino: quomodo quondam Philiſthæi *D. Aug. l.*
interdixerunt Hebræos fabris, ne ſibi haſtas, clypeos, *18. de ciu.*
enſes cuderent ad defenſionem? His omnibus ſuis co- *Dei c. 52.*
natibus ſe aperto Marte certare in Ieſum confeſſus eſt *1. Reg. 13.*

*Theod l.3* infœlix, aſt in vanum, miſeram agens animam, V
*hiſt Eccl* *Galilae, viciſti*, exclamans. Si victoria, ergo præl
*21 Vide &* ſi prælium, ergò hoſtis: vbi enim non eſ
*Policrati* ſtis neque certamen, nulla datur victoria. I
*cū l 8 de* *lum ſine hoſte certamen, nulla ſine congreſſione victor*
*curialiu* it S. Leo. Inimicus autem ille Dei, alius non erat
*nugis c 21* liano. Adoleſcens itaque, inſanus, præceps te
*Leo ſe.35.* rius erat Iulianus, Deum impetens, *atque impu*
*Pſal. 2.* *greſſus Achylli* verum, *qui habitat in cœlis irriſit*
*Dominus ſubſannauit illum.* Omnes ipſius cona
tuſi fuère omnipotenti manu Dei, qui in bello
Parthas ſuſcepto, ſpiculo ſeu haſta blaſphemum
fodit, in mercedem intolerabilis ipſius temerita
mabo, Auditores, Hæretici, & perſequutores fi
Dei, non videntur vobis bellum inferre Deo, & 
lariter congredi cum ſumma ipſius maieſtate? N
giſtis quod ſextus ex ſeptem fratribus Mach
Tyranno Antiocho, cuius iuſſu torquebantur
lenter, quod à patriis legibus deſilire nollent,
fidei, legumque diuinarum terminos transgred
*2. Mac. 7.* ter proponebat? *Nos enim*, aiebat, *propter noſme*
*hæc patimur peccantes in Deum noſtrum, & digna*
*ratione facta ſunt in nobis. Tu autem, ne exiſtimes*
*punè futurum*, *quod contra Deum pugnare tenta*
Notate iſta, *contra Deum pugnare:* apertè enim
Antiochū in Deū pugnaſſe, dum in populum De
delius deſæuiret. Annon euidentia teſtimonia qu
arguuntur Tyranni & Sectarij Deo bellum infer
*Alph à* non ſufferendam inſolentiam Deum petere, in D
*Caſtro l.1.* inſurgere, bellū aduerſus Deū mouere! Quid a
*de iuſta* centia, deſipientia, temeritas, ſi non iſta? Haud in
*pun hære-* gruè itaque doctiſſimus noſter Alphonſus à Caſt
*ſic. c. 21.* licubi ſtatuit adoleſcentiore deſignari hæretico
tis ſint iſta. Pro veſtra patientia, & alto ſilentio,
ô Auditores, grates refero; Itote in pace.

CO

# CONCIO OCTAVA.

2\. 12. *Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit.*

2\. 12. Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.

2\. 12. *Pater mi, da mihi partem quæ mihi contingit ex domo tua.*

## ARGVMENTVM.

*1. Excuſatio prolixitatis concionum ſuperiorum proœmij loco. 2. An prodigus omnem ſuam ſubſtantiam aut eius partem petat. 3. Inuectiua in eos qui dominus & domina, non pater & mater à prolibus vocari volunt. 4. Quibuſdam indicijs liberos demonſtrare in pueritia quales ſint poſtea futuri. 5. Cur Deus ita permittit.*

1\. QVemadmodũ fontes tenues in principio decurrunt in riuulos maiores; & riuuli iſti intumeſcunt in magnos & altos fluuios oceano ſimiles: ita ab exiguis vocibus νεώτερος & *adoleſcens*, vidiſtis aſſurrexiſſe quaſi à ſcaturigine parua vaſtos & diſtenſos fluuios ſermonum ſuper deſipientia & inſolentia peccatorum. Exinde fluxerunt Nyli & Oceani, ſuper puerilitate & demẽtia Idololatrarum; ac deniq; ſuper nouitate, impudẽtia, temeritate hæreticorũ. Porrò, ſicuti fluẽtes aq̃ tramite recto decurrẽtes, etiã replent quos habẽt in lateribus ſinus obuios, & vacua; ita, arbitrer, me percurrere ſtudẽtẽ tramite recto textus noſtri ſeriẽ

immoratum repletioni multorum ſinuum, vt qui adoleſcenti peccatorem per omnia ſimilem m ſtrauimus ; Idololatras & Sectarios perſtr mus.

Gregorius tom. 1. epiſtola ad Leandrum Epiſc c. 2. in expoſition. libri Job. *Sacri tractator eloqu rem fluminis debet imitari &c.* Aſt vereor, ne æquo lixior & effuſior fuerim: blandus fauor veſter, pro grates habeo, eò meo allectum impellebat; ne campi quos expanſos, vaſtos, ridentes, delitiarum nos cernebam, me inferre pedem compulerunt; compellerent Laconicos & Salluſtios ſeſe ing quo obambulare & philoſophari in eis amplius ret. Ignoramus viatorem, cito pede iter peragen viderit vrbem inſignem, optimo loco ſitam, Babylonicis cinctam, numeroſis turribus & p gnaculis Thæbanis munitam; fanis magnificis E ſinis & Ieroſolymitanis conſpicuam ; monime ſepulchris, qualis fuit Cariæ Mauſolæus; labyr Cretenſibus , alijſque innumeris rebus ſplend defigi nonnunquam curioſitate, adeò vt reſidui tis peragendi videatur oblitus? Scitiſne eum qu tum amænum ingreſſus, floribus varium & dec quorum alij coloris ſucculentia, alij odoris fra tia præſtant, omnes per areas miro artificio d ſunt, ſic æmœnitate eorum allici, vt ignoret q dem efferat? Idipſum volenti progredi mihi a Eſt celeberrima ciuitas Dei ſcriptura ſacra; eſt pa ſus terreſtris amœniſſimus; eſt hortus honeſtæ v tatis. Quapropter indulgeatis quæſo ſi huic area tius inhæſerim. Adhæc ideo inhæſi, vt vobis ſe ponerem, leucoion, lilia, belidem, chryſanthe legerem, quas vobis flores porrexi. Mitto nunc, & tergredior aream iſtam. Equidem relinquendu comiter poſteris, qui ſuper hac parabola deſudar luerint quidpiam . Lex quoque vetat ita demet grũ, vt ſpicæ non poſſint poſtea legi vllæ. Perti

*Propoſitio dicẽdorũ.* nunc vocẽ adoleſcẽtis; ad libellũ ipſius ſupplicẽ ſuolo, ſubſcripturus eidem ſi promereatur: a

diſ

diſcuſſurus quid protendat: poſtmodum eum accommodabimus ad peccatores præcipuè, ac ſub finem ad hæreticos. Jnuocemus gratiam cœlitus.

AVE MARIA.

Vidiſtis vnquam caballum ventrioſum, fœcundo paſtum pabulo, cui dorſum defatigatum nunquam equite armato; qui ad gloriæ palmam & propoſitum præmium Domino ſuo acquirendum, nunquam in palæſtra & agone curſus velocitate ad ſudores & laſſitudinem vſque certarit, quam inſolenter & faſtuoſe ſe habeat in equitio; vidiſtis etiam habitum & geſtũ adoleſcentis prodigi in patria domo. Vt enim reſultat, vngula terram premit, fræna mandit equulus;

*Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.* Virg. 3. Georg. Idẽ 4. Æneı.

*Collectumque premens voluit ſub naribus ignem*

*Ac fræna ferox ſpumantia mandit;*

ignorans tempus quo exſilire & curſitare pro arbitrio poſſit: ita hic adoleſcens (qui quaſi gemma in auro in domo patria patri in delitijs erat) otio torpens & benè & fortunatè viuere deinceps non valens, innumera conſilia anima verſat, quo patris excutiat iugum, & datis equo habenis citato curſu per agros voluptatis feratur. *Non ſit pratum quod non pertranſeat luxuria noſtra*: non continetur oculo parentis, ſuper moribus ſuis vltra quam cuperet vigilantiore: remiſque fertur in noxiam libertatem; ac tandem ſecum ipſe deliberans hoc præ cæteris iudicat conſilium præſtantius, vt ſcilicet canonicam hanc orationem patri proponat: neque enim ipſi per otium licet multis agere, de more Attico, aut Aſiatico, nequaquam, vrget nimium flagrans libido à iucundiſſima patris ſeruitute. *Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit.* *Quæſtio* An petat totã hæreditatẽ cõtingentẽ, an totius partem?

2. Diſcurſus ambiguus, iuxta verſiones communes: neſcitur namque (vt hoc etiam proferam in gratiam ſenſus litteralis) an totam hæreditatem ſe contingen-

Contingendi verbo cũ accuſatiuo vtitur Vlpianus dicens: Si cũ aliquo cõtigeret locatio, id eſt, ad aliquem attineret. Cuius datiuo iunxit, dicens, Pars pretij contingens alicui.

tem; an ipſius partem petat; prout quandoq; ad[...]
centes noſtri; peragraturi exteras regiones. Siqui[...]
latiuũ *quæ*, poteſt referri pariter ad portionem[...]
ſubſtãtiam, vtiq; eiuſdem generis cum pronomi[...]
latiuo, *quæ*. *Da portionem quæ me contingit*, id eſt, [...]
tam ſubſtantiam quæ me contingit. *Aut*; *Da p*[...]
*ſubſtantiæ illius quæ me contingit*, id eſt, da partem[...]
us; da aliquid eorum bonorum quæ exſpecto: [...]
quid, da partẽ totius relinquendæ hæreditatis. [...]
feratur pronomen quę ad ſubſtantiam, petitio[...]
cumque ciuilis erit: ſiquidem partem aut modi[...]
ius peteret, cui per naturam & leges poſtmodum[...]
cederet. Si vero relatiuum *quæ* portionem ſpec[...]
deri poteſt petere omnem hæreditatem ſuam; [...]
mihi probabilius videtur.

I. Enimuerò, videtur hic prodigus in eum fine[...]
preſſus, vt ſit profligatorum in ſummo gradu [...]
Hinc inducitur ſuperſtite & ſoſpite patre præte[...]
& leges, vſus omnes & conſuetudines, præter o[...]
æquitatẽ efflagitans poſſeſſionem, non alicuius [...]
patriorum bonorum, quod foret magna equide[...]
ſolentia; ſed ad complementum malitiæ, & [...]
animi ſui, omnimodam abſolutè ſubſtantiam; [...]
ducens, num patri decrepito, forte impotenti, & [...]
orbato res ad manticam redeat; modò inexple[...]
libidini fiat ſatis.

II. Deinde, interpretatio Syriaca me in hac ſen[...]
trahit, quæ in hanc partem propendere videtur, [...]
*Pater mi*, *da mihi partem quæ mihi contingit* [...]
*tua*; non partem eius quod me contingit, ſed p[...]
quæ me contingit.

III. Confirmat præterea textus Græcus, fons ver[...]
primus huius Euangelij: ſic verò habet: *δός μοι* [...]
*βάλλον μέρος τῆς οὐσίας*: id eſt, ad verbum; da mihi p[...]
nem ſpectantem ad me de ſubſtantia tua; ſub[...]
am dicens facultates & opes, ſine quarum op[...]
ſubſiſtit homo. Adeò vt vox *pars* ſiue *portio*, non [...]
ciat partem ipſius totalem patrimonij, quod [...]
ſum deuolueretur poſtmodum; ſed dicit *portion*[...]

partem, reſpiciens ad totum quod poſſidebat parens, & alteram dimidietatem fratris, cui ad minimum æqua portio erat, aut potior, vtique ſeniori. Totum, aut nihil, ait. Potiar omnibus facultatibus meis; experiar num meo ſtudio & induſtria augere queam hæreditatem; *Iuſtum eſt vt prouideam aliquando domui mea.* Gen. 30.

Amplius; fratris malè affectus animus, de quo ſub finem, perſuadet obtinuiſſe portionem totam. Si enim prodigo ſuperfuiſſet ius aliquod in patrias facultates, quorſum exclamaſſet concoctam omnem ſubſtantiam, *Diſſipauit omnem ſuam ſubſtantiam viuendo luxurioſè*; ac ſi parens diſſipatorem humanè excipiendo ſummam ipſi feciſſet iniuriam ſumptibus & diminutione partis & exſpectationis ſenioris? Totum petit. O miſerandum parentem! Atque, ne malignitati ſuæ quicquam deſit, dicit ad ſe ſpectare, ſuam eſſe, quæ adhuc pendet ab arbitrio & conſtitutione genitoris; qui meritò ab ea exhæredare eũ poterat, ſpectata profligata eius vita, *Me contingit* infit. Ignorabat omnium nationum legibus concedi parentibus liberos emancipare & excludere à patria hæreditate diuerſis de cauſis. Eheu? Lapſus eſt ætatis tyrocinio; necdum legibus, vt reor, operam dederat.

*In authenticis collat* 8. *vt cum de appellatione cognoſcitur* § *Aliud quoque*. Ne verò vos falli contingat, ô chara iuuentus, ſcitote lege Imperiali permitti parentibus eiuſmodi ius varijs de cauſis. *Quib de cauſis exhæredari poſſunt liberi.*

1. Si graui affecerit iniuria filius parentem.
2. Si ſceleratorum ſceleratus ipſe conſortio fuerit vſus.
3. Si inierit conſortium & fœdus cum gladiatoribus (*arenarios* vocant) aut hiſtrionibus; perſeueretque in opinione.
4. Si percuſſerit patrem aut matrem.
5. Si criminis accuſauerit eos, quod non ſit in Principis, aut Reip. exitium.
6. Si inſidiatus fuerit vitæ patris vel matris; vti Nero mortem machinatus eſt matri; gypſo, aut *Suet. in Nerone.*

alio quouis modo. Alias multas cauſas adferunt
periti.

Abdicandi rationem vides apud Lucianum, vbi
dicatus ſic ait:

*Quod obſequium, quam curam filio dignam praeter*
*Quando foris cubui? Quas intempeſtiuas potationes*
*commeſſationes obijcis? Qui luxus? Quis leno pulſau*
*Quis accuſauit? Nemo profectò. Atqui hæc ſunt*
*præcipuè, lex permittit abdicare. Gloſſa ſuper capit*
*Quintauallis. Extra de iureiurando*, vbi quatuor
cauſæ exhæredationis filiorum aſſignantur, vide
Quis ſcit, an nō meruerat exhæredari prodigus?
dubitet perditis ipſius moribus dudum laceſſitum
trem? Nec enim credidero hanc effrontem poſtu
onem primum ipſius facinus Modico tempore
tam peruerſitatem non deuenitur. Nec veriſimil
tantam excurrendi libidinem animum eius inceſ
ni prius maligno conſortio deprauatus fuiſſet.
pedetentim ad tantā morum corruptionem de
tum, *ſucceſſiuè fit motus*. Nihilominus intrepidè
expoſtulat; & poſtulat quaſi ſibi debitum. *Iam*
*non eſt gratia. Da partē quæ me contingit* μέρος
partem ad me pertinentem. Patre nondum mo
pro hærede gerit omnia. Verū, laudauero, in eo
laude dignum occurrit: vti nec malitiæ eius indul

3. Laudabile hoc habet ipſius poſtulatio, quod
exordiū, & capeſſendam patris beneuolentiam,
eorum, quæ ſui muneris erant, præſtaret aliquid,
ſit oblitus patrem nomine patris compellare, tam
ante diſceſſum, quā poſtmodū reuerſus, dicēdo, *Pa*
*peccaui in cœlum &c.* ac vbiq; occurrente mētione
tris, non dicat Dominū, ſine additamēto vocis pa
prout nūc receptū eſt liberis nobiliū, qui (arbitr
in ſermone nobilitatē ſpirent) patrē & matrē nom
Dominum, dominā, & mammā; mirum quod non
millā proferant adulteratores iſti idiomatū & pro
rum morum; ſuppreſſo nomine genitoris & genitric
Quod ſplendidius nomen habet mundus quam

tris, ô nobiles, qui iubetis aut patimini, aut gaudetis nomine Domini? Quid honorificentius nomine patris, quo Romani decorabant vrbis primates, nominando *Patres conſcriptos?* Protectores & ſeruatores Patriæ dicendo *Patres?* Non legiſtis in Iuuenale, *Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit?*

Vox patris, amoris; Domini timoris.

Octauius Cæſar Jano clauſo, id eſt, pace reddita, dictus patriæ parens. Js fuit ſub quo Chriſtus natus.

4. *Regum.* Naaman princeps militiæ, à ſuis pater vocatus.

Jgnoratis Ethnicos, vt falſorum ſuorum Deorum primarium colerent, cohoneſtaſſe eum Jouis nomine? *Iupiter, quaſi iuuans pater.* Nunquid quotidie Deum dicitis patrem? *Pater noſter qui es in cælis.* *Matt. 6.*

Quo verò nomine efficacius moneantur parentes muneris & obligationis ſuæ in natos; aut horum animi magis teneteſcant in parentes quam patris & matris? An forte quia non tam amari quam timeri appetitis? Alterum enim monet amoris, inſerit amorem, rigat & fouet amorem, nimirum patris; alterum timorem gignit, Domini nempe. Meminiſtis dictorum à Deo?

Malachiæ 1. *Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Multis terribilis caueto multos,* ait quidam.

Non aduertitis quod extolli & honorari volentes nimium deprimatis proles veſtras, eos ſeruos efficiendo? Enimuero ſi ipſorum Domini eſtis, ipſi ſerui veſtri erunt; quod eſt morem Perſarum imitari, apud quos patris imperium tyrannicum eſt, qui vt ſeruis filijs vtuntur. *Ariſt. l. 8. Eth. c. 10.*

Seruius in illud Æneid. 6, *Nec veriti Dominorum fallere dextras. Fecit,* inquit, *iniuriam Auguſto & Cæſari ſi eos Dominos dixit, quod apud maiores inuidioſum fuerat: Nam patres patriæ dicebantur.*

Nunquam audiſtis in Academijs, quod, *Dominus eſt ſerui Dominus?* Si ego tibi Dominus, tu mihi ſeruus, Quare, liberi tui dicentes te Dominum ſuum, profitentur ſe tibi ſeruos, non proles. Si auidè ambitis ho-

noris & timoris titulos, quî vtrumque terminum iungitis docendo proles dicere, Domine pater, Domina mater? Deinde, non aduertitis in hac nobilitatis cens introducta, præter timorem moleſtū, & vilem ſeruitutem, nonnullam generationis legitimæ ſuſpicionem? Sic enim ratiocinetur puer: Si filius eius, quem ſum patrem non compellabo? Si non, vt quid me ... Prætergrediamur iſta; alias fuſius pertractatum. Repetamus ſeriem primam.

4 Eia, Auditores, cernitis vt prodigus aueat ... ius omne poſſidere patris facultates, antequam ... ræ conceſſerit: videtis vt totum obtinere geſtiat, ... contentus portione moderata. Aduertitis, vt dicat ... nia quæ petit, ad ſe pertinere; parum demum ... quin de prædonū more loculos vi extorqueat. Ope... ge! Mirū, ſi ingratus hic prologus, gratiorē nobis ... liceatur vitæ tuæ epilogum. *Quis putas puer iſte erit*

*Luca.* 1.

Quemadmodum ſpicæ ſuperſtites poſt meſſem ... grum prioris aut fertilitatis aut ſterilitatis ſunt ... mento: ex cauda cognoſcitur vulpes: comprobant ... næ qualis fuerit ſtructura; aurora præſagit futuri aëris qualitatem: ita per tyrocinia pueri, haud diffi... eſt conijcere futurum decurſum vitæ.

*Homer. Odiſſ.* X. 21.

Iuuentus plerumq; præſagit ſenectutē.

Prou. 20. *Ex ſtudijs ſuis cognoſcitur puer, ſi munda ... recta ſint opera eius.*

Prou. 22. *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ... nuerit, non recedet ab ea.* Vide Petri Pauli Vergerij li... lum de ingenuis moribus, initio libri, tit. Quâ ratione in pueris ingenia cognoſcantur &c. Item examen ... rituum.

Si ex fronte, alijſque corporis figuris physiognomi... aſſerunt iudicari de ingenio & inclinatione hominis: vnde noſter quoque Cicero dicit frontē *animi ianuam* ... qua ratione Alcibiades iudicium tulit de Socrate.

*Victruuius libro* 3. Si per Mathæſim comprehendi poteſt dimenſio & proportio corporis; prout Pythagoras expreſſit quantitatem Herculis, ex longitudine loci, quem idem Hercules certo paſſuum ſuorum numero menſum palæſtræ exercitio deſignarat.

*Lucianus in hæreſibus* : Si nobilis ille ſculptor Phidias, ex vngue certo iudicauit de dimenſionibus leonis, & ad viuum effinxit feliciter ex exemplari & prototypo vnguis:

Si medici, vnius arteriæ pulſu, vrina, iudicant plerumq; certitudinaliter de complexione hominis; ſi ex modico vino, aut oleo quod prælibamus! de toto dolio ſententiã dicimus: ſi vt diſcas mare ſalſum, nihil opus totum ebibere; qui fuerit difficile iudicare ex ingenio & moribus iuuentutis futurã hominis aut theoriã ſiue ſpeculationem, aut praxim, toto tempore vitę.

*Plutarchus tomo 1 vit. in Themiſtocle* Qui vidiſſet magnum illum Themiſtoclem impubem adhuc, agitatum celſis motibus; intellectu valentẽ; in rebus ciuilibus totum; & rebus facultates ſuas excedentibus implicatum; nunquam ocioſum; nunquam laſciuire cũ coætaneis; ſed apud ſe iugiter meditantem, & componentem orationes, modò accuſatorias, modo defenſorias condiſcipuli, quaſi pro, aut contra verè reum: qui obuium habuiſſe noctu, non vt procum amore malè affectum, ſed gloriæ & honoris auidum; qui audiſſet reſpondentem quærentibus, quamobrem noctu vrbẽ perambularet, Trophæa & victorias Miltiadis ſibi ſomnum interrumpere; nonne obyus præſagijſſet, quod & præceptor eius, futurum nimirum haud mediocrem, aut optimum, aut peſſimum; vti exitus comprobauit; fuit etenim vniuerſæ Græciæ decus? Quis ex Cicerone non audiuit, *Quis clarior in Græcia Themiſtocle?*

*Plut. in vita & apopht. Et Valer. l 8. c. Itẽ Plut. tom. 1. vit. in Theſeo: Val Max. l. 9. c. 3. de Annibale nouenni. Æſchines de Demoſthene.*

Marcellinus Græcus author: *Thucydides Athenienſis hiſtoricus recitante quondam Herodoto ſua ſcripta magno cum auditorum aſſenſu permotus, & ipſe laudis æmulatione flere viſus eſt Quod Herodotus animaduertens, ad patrem ait: Deduc puerum ad diſciplinas.*

*Ælius Donatus in vita Virgilij* Qui audiſſet grauem illum Virgilium verſus ſuos bucolicos dulciter reſonantem; & vt ait quidam, *ſua verba reſonantem*, quid efferret niſi quod Cicero. * *Magna ſpes altera Romæ*

*alias *Magna.*

Qui

Qui magnum illum Herculem, adhuc infantulū ſtringere & premere quaſi frementibus dentibus diſſet tenellis manibus angues binos, & ſuffocant ter articulos digitorum infantilium: Qui vidiſſe, ait *Virgilius Æneid.* 8. *Vt prima nouercæ*

*Monſtra manu, geminoſq; premens eliſerit angues,*

haud diu cunctatus reſpondiſſet quærenti, *Quantus puer ille erit ? Monſtrorum domitor*; qualis po fuit.

Plautus in Amphitheatro ſub finem: *Altera app hendit eos manu perniciter, citus è cunis exilit, facit in angues impetum; puer ambos anguis enecat.*

*Vide Virgilium libro* 8 *Æneidos de laboribus Herculis. Eiuſdem opuſculum tit. de laboribus Herculis. Boetius de conſolatione Philoſ. libro.* 4. *metro* 7.

Qui lachrymantem vidiſſet Alexandrum Magnū adhuc puerulum; ſi quando recenſerentur patris Philippi partæ victoriæ; & interrogatum cur fleret reſpondere audiſſet, vereri, ne parens omnibus partis nihil ſibi relinqueret ſubiugandum, ocyus prorupiſſet in milia: *Hic erit magnus.* Q. Curtius in ſupplemento libri primi.

*Titus Liuius Decade* 1 *l* 1. Qui vidiſſet puſillos Remum & Romulum, gemellos, Romæ futuros fundatores, in prima adoleſcentia non ſolum inſectari feras, ſed etiam, vti ſcribit hiſtoriographus Romanus, *in latrones præda onuſtos impetum facere, paſtoribuſque rapta diuidere*, quid aliud dixiſſet, præſagijſſetué, quam Remo *cum fratre Quirinus*

Virg. 1. Æneid. *Iura dabunt.* Quod & euenit, etiam renitente Amulio.

*Vide Plutarchum to.* 1. *vit. in Alcibiade*, de Alcibiade mordenti colluctatorem, ne apprehenſus cadere cogeretur, & de reſponſo acutè retorto. *Item de eius* faciem ſuam voluntario caſu ante plauſtrum oppoſitum, ne plauſtrum progrederetur.

*Plutar. to* 1. *vit. in Fabio Max.* ait, illum Fabium Maximum ideo ſolitum appellari ouiculam à pueritia prima, quod placidæ eſſet naturæ, conſtantis, facilis ob-

obedientis familiaribus, ac taciturnæ.

Prognoſticis huiuſmodi innumerabilibus refertæ ſunt Ethnicorum hiſtoriæ; nec in noſtris vllatenus deſiderantur.

*Gen.* 25. Quid portendebat Iacob & Eſau geminorum, materni adhuc vteri ergaſtulo clauſorum lucta; quam ſubſequuturas inimicitias?

*Lucæ* 1. Quid inſinuabat S. Ioannes Baptiſta reuerenter ſalutans Chriſtum ex vtero in vtero, viſitante virgine Maria cognatam Eliſabeth?

*Lucæ.* 2. Quid polliceri ſublime videbantur altum ſilentium, & ſubtiliſſimæ quæſtiones Jeſu Chriſti in medio Doctorum?

*Ioſephus libro 2. Iudaicarum Antiq. cap.* 5. Nunquam legiſtis Moyſen infantulum aquis ereptum à filia Pharaonis, nunquam labra papillæ admouere voluiſſe cuiuſcumque mulieris exteræ, cum plurimæ tentaſſent paruulum ablactare, donec applicatus fuerit vberibus maternis? Eundem paruulum Moyſen Pharaonis vlnis à filia impoſitum, vt paulatim inſinuaretur in gratiam eius, ac Pharaone demulcente, & complexante amanter puerum, vt placeret natæ, ac tandem vertici eius diadema impónente; ipſum petulantia puerili capiti detractum in terram proieciſſe ac conculcaſſe? Quid portendebant iſta? *Quis putas puer iſte erit?*. Nunquid non probabile argumentum, contempturum aliquãdo (quod & euenit) honores regios & gazas? Humiliaturum celſitudinem regni Pharaonum? Ideoque paruulus Moyſes in ſummo vitæ agebat periculo, extemplò iugulandus, ni Thermutis illæſum præſeruaſſet, non reluctante Pharaone, Deo ſic permittente. *Mox ille ſacrorum ſcriba, qui natiuitatem eius Ægypto cladem allaturam prædixerat, puerum occidere volebat, vociferans: Rex, puer iſte per cuius necem nobis ſecuritatem Deus pollicetur, vaticinium iam confirmauit, inſultando tuo regno, & diadema calcando. Hoc interempto, tam Ægyptijs metum, quam Hebræis ſpem & fiduciam adime;* ſcribit Joſephus fidelis hiſtoricus.

Euſebius l. 6. cap. 3. & 36. *Origenes etiamnum puer*

*paren-*

*parentem ſuum Leonidem qui Epiſcopus fuit, ſepiu-*
*ditis ſcriptura ſerſibus interrogauit. Mox adoleſcen-*
*ingreſſus tanto amore martyrij flagrabat, vt Marty-*
*tribunalia ductos ſequeretur, ſeque vna accipi ...*
*Cum pater eius in vinculis eſſet, & adire eum non p-*
*ſet, ſcripto eum in carcere ad conſtantiam eſt ...*
*tus.*

Sozomenus libro 2 cap. 17. Et Ruffinus libr-
14 *Athanaſius ille magnus, puer adhuc in agmine ...*
*rum ad mare Epiſcopum ſe eſſe finxit, Epiſcopi mor-*
*zauit: alios Diaconos, alios Presbyteros ordinauit &c.*

*Ioannes Diaconus, & Metaphraſtes in vita S. Ni-*
*& Breuiarium Romanum.* Ieiunia quæ ſeruabat Ni-
colaus, ferijs quartis & ſextis ſemel ſugens vbe-
tris ſub veſperum: ſimiliter abſtinentiæ alterius Ni-
lai Tolentinatis, fuerunt quaſi dilucida conſ-
aurora, præſagiens ſplendidum micantemq; ...
ſereniſſimi diei totius reſiduæ vitæ.

*Ex vita D. Bernardi libro 1 cap 3.* Quod S. Ber-
dus deuotus & mellifluus Doctor, etiamnum a-
cens, mulierem hoſpitem (vti alter Ioſeph) in-
pſum depereuntẽ, quę nocte quadã tertiò eius p-
tiam labefactare & expugnare tentauit, toties ...
rit, clamans valida voce *Latrones Latronos*, ...
gregium ſpecimen futuræ ſanctitatis? Rurſus, ...
alia ipſi furtim concumberet, & cum tactibus ſo-
taret, nec tamen vincere poſſet, quod argume-
iſtud?

*Ex vita D. Thomæ per Ioannem Garzonem.* Q-
Doctor Angelicus S. Thomas Aquinas in prima a-
leſcentia reiecit à ſe titione infamem p licem, ...
ctam vt concuteret firmitatem caſti propoſiti ...
quid vobis videtur, nunquid euidens iudicium ...
continentiæ?

*Surius to. 3. folio 365* Quod S. Bernardinus fulg-
illud & micans ſydus, alterum decus Ordinis no-
ſtri, tanta teneritudine cordis amaret virginem ...
(Ecquis quæſo te non diligeret ô Regina cęlorum ...
ter Angelorum, mater Dei, aduocatrix mundi, ...

Vnica cordis mei Domina! Amor ita me fari cogis!) vt annos ſeptem vel octo natus, crebrò repertus ſit à matertera Diana genua flexus, proſtratus, ſuſpirans, gemens, lachrymis perfuſus totus coram imagine B. Virginis; ſingulis Sabbatis Dei & ipſius amore ieiunaret; eleemoſynarum tam cupidus eſſet largitor, vt prandiolum cum pauperibus diuideret; quin deficiente aliquando pane, mallet incœnatus quieti ſe dare quam pauperem dimitti vacuum; an non portenta & ſigna, non componendis Calendarijs mendacibus, ſed eliciendis certis prognoſticis futurum eum aliquando, qualem vniuerſus orbis nouit fuiſſe ſuo tempore, imò noſtro ſeculo, etiamnum fragrantiam virtutum eius redolente?

Ne verò vos diutius detineam, concludamus ingenuos pueritiæ mores eſſe argumenta futuræ bonæ vitæ; tametſi fallat nonnunquam regula iſta.

Rurſus futuros profligatorum malos mores etiam cernimus in primordio vitæ? An non vbi latrunculos videmus ſuffurari poma, pyra, acus, calamos, codicillos &c. futuros eos prædones, pyratas, iudicamus tandem in crucem agendos, aut torrendos vili rotæ affigendos? propter immania latrocinia? *Didicit capere prædam*, inſit Ezechiel. Mali ſigna prodeunt in iuuentute, futuræ ſuæ malitiæ. *Ezech* 19.

*Æſopus apol 82. editionis Plantin. anni* 1593. Non legiſtis apologum moralem quem refert Æſopus ſubtilis de quodam, qui mox in crucem agendus matri aurem dentibus detraxit, quod non maturè caſtigaſſet, furtula exercentem, & condiſcipulorum libros ſurripientem? *Didicit capere prædam*.

Qui truci, cruentaque manu homicidium patrare audet, vt plurimum in teneris annis iracundus, impatiens, præceps & arrogās eſt: adſtat & intuetur ſine horrore cædes; vti S. Paulus adoleſcens, futurus Eccleſiæ perſequutor ſpectabat imbrem ſaxorum demiſſum in ſacroſanctum caput; cuſtodiebat, ſecus pedes ſuos depoſitas veſtes & ſarcinas carnificum lapidātium S. Stephanum, primam Chriſtianiſmi victimam. O Beniamin! *Manè rapax, manè, à teneris*. Cernitis quoque

que eos,qui tandem luxurioſi euadunt, vt Epic[illegible] Sardanapali,primis annis exoſculari puellas,aff[illegible] rum conſortio &c.quamuis adhuc innocentes.Ci[illegible] mè itaque ex vnguibus cognoſcitur leo qualis[illegible] rus; ab oculo aquila; citiſſimè generoſus equus, [illegible] ſonitum armorum exſiliat: Virgilius 3. Georg. [illegible]

*ſonum procul arma dedêre*

*Stare loco neſcit* &c.

Citò ex moribus & propenſione pueritiæ, qu[illegible] turum ſit reſiduum vitæ. Portò memineritis re[illegible] iſtam non ſemper infallibilem; rarò autem falle[illegible]

**Cur Deus permittat malitiam aut probitatẽ morũ futuram colligi in iuuẽtute.**

5. Arbitrer verò optimum Deum, qui diſpo[illegible] nia ſuauiter, talia pati indicia futuræ vitæ demo[illegible] à pueris & adoleſcentibus, in eundem finem q[illegible] mittit veriſimilibus coniecturis colligi intem[illegible] aëris, vt confuſione & perturbatione notabili q[illegible] temporum; ſterilitatem terræ, per intenſum fri[illegible] nimium æſtum radicalem ſtirpium humorem p[illegible] abſumentem; aut abundantiorem humorem q[illegible] focantur; prædici ægritudines, perturbatione[illegible] mentorum, per frigus intempeſtiuum, per aëris[illegible] infectionem, ſine quo reſpirare non licet; præſa[illegible] ctas ſeditiones, defectiones, bella, ambitioſa[illegible] per corruptionem aëris, per non ſymboliza[illegible] menta, quibus ſpiritus redduntur turbulentio[illegible] opaciores, gignuntur morbi acres, & feruidæ [illegible] animis hominum: præuideri tempeſtates ſignis [illegible] munibus, ne inopinatè deprehendantur naucle[illegible] horum moniti, conemur medijs congruis occu[illegible] vtq; ſibi à perfidis machinationibus caueant R[illegible]

*Greg. hõ. 35. in Euang.*

*Vt eò minus perturbent venientia mala quò fuer[illegible] ſcita. Minus enim iacula feriunt quæ præuidentur: [illegible] tolerabilius mundi mala ſuſcipimus, ſi contra hæc p[illegible] ſcientiæ clypeum munimur*, infit S. Gregorius.

1. Arbitrer quoq, permittere vt adoleſcẽtes no[illegible] la ſigna vitæ futuræ oſtendant, ne contingat p[illegible] dum Reſpub. falli, admittendo eos ad adminiſt[illegible] nem muniorum publicorum, quippe qui hacte[illegible] ſummo diluculo imprudentiæ ſuę præſagia reli[illegible]

OD

O Deus, ſi noti fuiſſent Saules & Nerones, ante eorum promotionem & inaugurationem! Nunquam tu, ô paſtorcule Dauid, nec populus Jſraeliticus; neque tu ô Roma, triumphis clara, tot mala perpeſſi fuiſſetis ſub tyrannico corũ imperio. Mich. Volater. libro 28. tit. de Stultitia; Metellus Pius, in iuuentute continentiſſimus, in ſenectute luxurioſiſſimus. Salomonem talem libri Regum depingunt.

Deinde, putem ita fieri in gratiam parentum, & ipſorum liberorum; vt illi quaſi ſubolentes & aduertentes quâ propendeant tenelli rami, poſſint pedamine fulcire ingenia dum adhuc dirigi & flecti poſſunt; quanquam ſemper teneantur id præſtare, aſt multò magis *vbi abundat delictum, vt ſuperabundet gratia*; vt obſtent primordijs prauarum inclinationum; *Principijs obſta* ait quidam: vt Deum inſtanter orent, & ab alijs probis preces fundi rogent pro eorum conuerſione & mutatione, in ſimili caſu compertum eſt ſe habuiſſe pro ſuo Auguſtino S. Monicam. II. *Rom. 5.* *Ouid. de Remed.*

Amplius, anne ſcitis ſaluberrimum & conuenientiſſimum ægris, vt vlcera putredine plena citò intumeſcant, antequam inualuerint; ſimul pro medico facere; vt minori dolore ægtorum, minori ſtudio & labore medici, malum euellatur? *Ita* quandoque, ô parentes, plurimum vobis conducit, ne nimius vos diſcruciet dolor; & prolibus, vt explorata eorum in malum propenſione, facilius & maturius occurratis. III.

An forte vt diuturniore tormento & ſupplicio miſeri parentes torqueantur; quibus ſpes alia nulla quam quod malum tyrocinium finis peſſimus ſit ſubſecuturus? Jdque, aut vt caſtigentur iuſtè, aut merendi deſumant anſam. IV.

Quod ſi iudicia prima bona fuerint, & bonorum præludia, ideo, vt parentibus & patriæ, de qua quidam, *Patrem ortus noſtri patria vendicat*, cumulatius gaudium accedat dum quaſi dulcia catapocia, optimam conceptam ſpem ſub lingua fouent. vt enim agricolæ accedit germinata lætitia, dum maturè videt aſſurgere gramen fœcundum, prognoſticon vberis *Cicero 1. Offic.*

ſubſequuturæ meſſis; animo verò demiſſo eſt &
bri, ſi quādo ante meſsē nihil pulluler quo ſpes
ueatur: ita parentibus nonniſi duplicatum g
accedere poteſt, dum optimam concipiunt ſpē
libus, in tenellis annis. Conijcite, quam ſpem
peret Jſaac videns ſuum Jacob, pacificam tranq
que in tabernaculis ducere vitam? *Iacob autem*
*Gen.25.* *plex habitabat in tabernaculis*, alius vertit, *integ*
plex integer erat; *Integer vitæ, ſceleriſq; purus.*
animo qui poteſt, quam caperet voluptatem
*Gen.37.* filio Joſeph, maturo & graui in primis annis,
*Lucæ 2.* *in ſenectute genuerat eum*; vel, vt Hebræi dicunt,
*eſſet filius ſenectutis*: id eſt, *ſenex & maturus*;
Chaldæus Paraphraſtes, *quod ſenilem prudentiam*
*ret*? Quantum gaudium virginis Matris mētem
pabat, inuento filio in medio Doctorum, interr
tam doctè, & reſpondente tam ſapienter, quod
*ſtupebant, qui eum audiebant, ſuper prudentia & re*
*eius*? O Maria, quis ediſſerat lætitiæ tuæ cumul
*per prudentia & reſponſis eius*?

Rurſum repeto, indicia iſta & præſagia inte
fallere. vt enim pueri facie decori, deformes e
facti viri, ſolis æſtu, labore, piloſitate deforma
verò, qui nati recens ſpeciem monſtri referebant
curſu temporis ſic reſtituuntur naturæ beneficio
cuſos dixeris, & de ipſis efferas, *Facies digna imp*
faciei animi viciſſitudines ſunt & metamorphoſ
nimuerò quorundam adoleſcentia ferox tem
ſucceſſu mirum in modum ſe conuertit ad ampl
dum virtutem: nec enim à conſtellationibus, a
quopiam pendet moralis hominis vita, ſed à vol
tate liberi arbitrij & gratia Dei.

Franciſcus Petrarcha lib. 2. de remedijs vtriuſ
tunæ dial. 44. *Multorum ferox adoleſcentia p*
*temporis ad virtutem mirificis prouectibus flexa eſt*

Cicero Orat. in Catilinam. *Multos vidimus &*
*uimus cùm totam adoleſcentiam voluptatibus de*
*ſe ad frugem bonam recepiſſe, homineſquè graues f*

Quis neſciat magnum illum Themiſtoclem
Gr

Græcorum omnium decus ) iuuenilibus in annis tam perditis & profligatis moribus fuiſſe, vt ideo eum genitor exhæredarit, & abdicarit, genitrix ægrè patiens vitam laqueo ſibi ademerit. Dolor patris, deſperatio matris, non fuit poſtmodum exſpectatio Athenarum, quies & tranquillitas patriæ?

*Aulus Gellius lib.6.noct. Attic cap.* 8. Senior Scipio, dictus Africanus in adoleſcentia prima mirum diſſolutus, demum à ſe totus mutatus, verus patriæ ſcipio & fulcrum fuit, contritæ, conſumptæ, laſſatæ diuturnis bellis.

*Valer. Max lib. 6. c* 9 Quis ignoret horrenda primordia Quinti Fabij cognomento Maximi, & alterius Fabritij, quorum exitus optimi?

4. *Reg.*21. Atque, ne antiquitatum noſtrarum non recordemur, Rex Manaſſes initio truculentior Lycaonicis, & Buſyris, ſicarius & carnifex crudelis Prophetarum Domini, *donec impleret Ieruſalem ſanguine innoxio vſque ad os*, tandem omninò alius, & melioris voluntatis euaſit.

*Actorum.* 9. Nunquid S. Paulus primum perſequutor atrox, *ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini*; deinde protector inuincibilis Chriſtianorum?

*Luca.*7. Magdalena, mulier peccatrix, demum Lucretia caſtior?

*Poſſidonius Calamenſis in vita*: S. Auguſtinus, primum hæreticus, luxurioſus,* latrunculus, quid non? luxurioſus vſque ad ſuſcitationẽ prolis nomine Theodati, extra coniugium; poſtea nonne malleus hæreticorum?* *Hæreticos nullo paſſus eſt loco conſiſtere:* corpore & mente tam caſtus vt numquam cohabitare voluerit ſorori, neque ex fratre nepti; nec impreſſam imaginatiuæ gerebat vllam mulieris aut adoleſcentulę idæam.

* Gerardus Noringus in vita D. Auguſtini.

*D. Aug. l. Confeſſ. de ſe ipſe fatetur.*

* *Poſſidonius in eius vita.*

Hem Deus bone! Quot etiam boni diluculò vitæ, ſub meridiẽ & veſperum peſſimi euasêre? Quis ignoret mutationẽ Neronũ Romanorũ, Saulum & Salomonũ Hebræorum, & aliorum innumerorum; per quos conſtat nõ ſemper dirigi ad iſtam regulam cõiecturas no-

*Vide Sueton. in vita Neronis.*

1.Cor.10. ſtras? Quare, *Si quis exiſtimat ſe ſtare, videat ne*
Ego verò, ô Domine, ſupplex rogo a te protegi
ciri, ex quo tot ſplendidæ lunæ, tot ſoles micant
clypſim paſſi ſint. *Saluum me fac Deus, quoniam*
*Pſal.68.* *ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs ho*
*Apoſtro-* *num.*
*phe pa-* Interim quis tibi vultus, quis ſenſus (ô dolend
*thetica* nitor quicumque fueris prodigi iſtius) quis tibi
*ad patrē* mus ſuper effronti libidine & impudentia fili
*prodigi.* *Quis tibi nunc cernenti talia ſenſus?* Quid exſpe
*Virg. 4.* audiens vſum reteneraſcente nomine patris pro
*Æneid.* mio? O pater! O ſanctum, ſuaue, ſacrum, mellitum
men patris! Rebaris veniam precaturum de inſol
*Pſal. 24.* patratis? Exſpectabas dicturum, *Pater, delicta iu*
*Iob. 13.* *tis mea, & ignorantias meas ne memineris: Pater,*
Cicero in *ſumas me in peccatis adoleſcentiæ meæ? Pater, lapſ*
*Salluſt.* *ætatis tyrocinio? Pro peccato magno paululum ſuppl*
*Terent.* *tis eſt patri?*

Franciſcus Petrarch. l. 2. de remedijs vtriuſque
dial. 44. *Pater in filio etſi non virtutem, ama quod*
*ſi ne id quidem, at quod homo eſt; ſi nihil eſt quod*
*miſerere.*

Audito nomine patris, (ô deflende pater) non
bas ab eo huiuſmodi ſupplicationem? Aut reba
poſiturum honeſtam petitionem, aut gratiam
di cælibatum, erumpente è labris eius nomi
tris?

Ouid. l. 1. Metam. *Da mihi perpetuâ genitor chari*
*virginitate frui?* Arbitrabaris cōqueſturum ceru
impar impoſitum iugum? Namq; per vocē patri
iuſmodi quærimoniæ ſunt inchoandæ, prout Ch
*Mar. 14.* exorſus eſt in monte Oliueti, *Abba pater, omnia*
*poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc à me.* O ſuauem
tris vocem! Per quam ipſe Deus voluit à nobis
omnes poſtulationes noſtras. *Pater noſter, qui es*
*lis.* Dulcis eſt erumpens prima vox prodigi; ſed,
quæ mox immediatè ſequitur? *Da mihi;* dictiones
*Matt. 6.* profectò vbique non gratæ & acceptæ. Quid?
*ſubſtantiæ. Iuſtum eſt vt aliquando domui meæ pro*

Quo iure? *Quæ me contingit*; quæ ad me pertinet; id enim ſignificat vox græca ὑπιβάλλον O prodigum!

Iſa.1. *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum mixtum eſt aqua.*

Thren.4 *Mutatus eſt color optimus.*

O diſſimulate nebulo, vt modicum meri patri propinaſti, patrem dicendo; vt verò aqua diluiſti; poſtulãdo ſubſtantiam eius! O adulterator monetæ! Modico auro multam ſcoriã permiſcuiſti! O pictor turbator, vt vernanti colori quo tabulã oblinieras tuæ orationis, fuliginẽ ſuperinduxiſti! O pharmacopola doloſe; vt exiguũ mellis, drachmã vnicã; dictionẽ ſolã patris, miſcuiſti libræ aſperitatis! Quãt⁹ rigor *Da mihi*! Quãta aſperitas *Da partem ſubſtantiæ*! Quantus dolor, *Quæ me contingit*, aut ad me pertinet! Quam modica infuſio roſacei liquoris & ſaccari, tãto ponderi aluminis & aloes! Quid animo verſares, quid effareris deplorande parens, extorquente nato loculos ad inſtar militis? Filium à patre efflagitare marſupium; Eheu, tam blando patre, tam facili; indulgente, obliuiſcente, excipiente comiter prodigum diſſipata cuncta ſubſtantia, & contra omnium cauſidicorum oppoſitiones protegente? O pater! O fili! Qualis pater! Qualis filius! O omninò bone! O perditè malè! Bonus parens, malus natus. Filium, tanto patri; annoſo fortè etiam tum lugenti vxoris funus recens, quis ſcit? fortè doloribus & alijs multis ærumnis graui, eam ludere cataſtrophen! Alibi vbique fermè, qualis pater, talis filius?

δός μοι & δὸς à verbo δίδωμι, id eſt, do, concedo, permitto, trado, communico, Accuſ.

Virgil. Eclo.1. *Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos, noram.* Hoc loco ſecus: non qualis pater, talis filius.

Virgil.1. Æneid. *Qui te talem genuêre parentes?*

Ezechiel 19. *Mater tua Leæna inter Leones cubauit, in medio leonculorum enutriuit catulos ſuos.*

Virgil. 4. AEneid. *Duris genuit te cautibus horrens Caucaſus, Hyrcanæque admorunt vbera Tygres.*

O monſtrum! O portentum! O hominem genitum præter ordinẽ naturæ, ſolitum, quæ cõmuniter geni-

toribus natos profert ſimiles!O quam malus fru
Matth.7. bona arbore producitur præter naturam ! *Non p*
*arbor bona fructus malos facere.* O vt optima vinea
Vide Chryſ hō. 47 operis imperſ. in Matt. tulit labruſcas!Ac vtinam ſolus ipſe ! Heu,plur
reperias huic perſimiles , quorum triginta, d
probis non æſtimem!Parum foret expoſtulare p
turè omnem, quam ſperaret, hæreditatem , eti
ipſum multum; aſt,ô miſer parens , qui pertuli
Pſal 54. ſtrepentem ad ſe pertinere quod petebat?Amabo
* In textu eſt *inimicus.* rumpebantur tibi viſcera præ dolore , cum vi
lumbis tuis eductum eo modo tecum agere? *Si*
*nus,ſuſtinuiſſem vtique*. Non ſuffundebatur vul
bore,pudoreque, præſumente de te filio tuo, ſu
Teren. in And. Act. 1.ſcen.1. la tua adhuc conſtituto talia, *Dum ætas, metus,*
*ſter probibebant ?* Non verebaris etiam ab alijs
tum,ne ignominia in te retorqueretur, obtrude
que correctionis ſubtractione talia euenisse? S
non conſtringebatur algore? Sudor gelidus non
pauit omnia membra,& loquelam tibi ſtupor n
emit?Crediderim. Non cauſabaris decennio tib
Gen 35. ra acceleraturum? *Beno ni. filius doloris mei. De*
Gen. 44. *nos meos cum mœrore ad inferos.* Quæ prognoſtica,
futurorum præſagia,de ipſo, de vita eius, in poſt
de tali conſtellatione morum & verborum me
finxiſſes? Quid ad eiuſmodi ænigma reſpondiſſ
tibi quis ſupererat ſpiritus,ſi quis ſermo, non
Lucæ.1. mabas, *Quis putas puer iſte erit?*

Virg 1. Æneid. *Quod genus hoc hominum? quæue hunc ta*
*bara morem*
*Permittit patria?*

1.Reg. 18. Quod ei ſupereſt niſi ſolum regnu
liud ſane, Auditores, mihi perſuadere non valeo,
quod quaſi cornua aſſurgerent annoſo parenti ,
ſtupore & admiratione nouitatis inauditæ & in
tæ; penſum prægrande colo appenſum deprehe
anxium, ſuper reſponſo dando; dubium , vt rem
ceret ad exitum. Quocirca, Auditores , per no
ret aliquantulum quæſo anceps ſenex; vires re
mente voluat reuoluatque qui his finem dabit.

rim perſcrutabimur nos, vt hæc petitio peccatoribus conueniat; verum in ſubſequentem craſtino die concionem. Hodie mihi aliquantulum reſpirare concedatur.

Itote in pace.

---

# CONCIO NONA.

2.12. *Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit.* *Vulgata.*

2. 12. Πάτερ δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. *Græca.*

2.12. *Pater mi, da mihi partem quæ mihi contingit ex domo tua.* *Syriaca.*

ARGVMENTVM.

1 *Quid ſignificent voces* οὐσία *&* ſubſtantia. 2. *Publicanos iſta petitione poſtulaſſe libertatem & opes.* 3. *Peccatores omnes per* Da mihi *&c. petere à Deo animum rationalem, vtque petere queant nondum exiſtentes.* 4. *petere libertatem.* 5. *ſcientiam.* 6 *opes.* 7. *Optimè diuitias dici contingere, monſtratur.*

Diſpiciamus hodie, quandoquidem ita promiſerimus, Auditores, quidnam poſtulent à Deo peccatores, dicendo cum prodigo, *Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit:* etenim diximus ſupra prodigũ referre ſpeciẽ peccatoris. vt verò congruo ordine expediatur cuncta, dicemus quid ſignificet dictio οὐσία, qua vtitur Græcus, quid *ſubſtãtia*, qua Latinus. Tu verò ô Domina virgo Mater, quæ vtero geſtanti eſſentiã omnium eſſentiarum, Verbum ſubſtãtiuum & diuinũ, ſubſtantiam ſuſtinentem omnem aliam ſubſtantiam, fer opem. AVE MARIA.

*οὐσία pro eſſentia.*

*Quint l. 3. inſt. c. 6.*

1. Quidam mihi charus & doctus Præceptor, p
tione in tertium librum ſententiarum ſect. 3. pr
bat, ſi memini, dictionem οὐσία ſignare naturã &
tiam; οὐσία quoque, & *eſſentia*, voces, aptius conu
Deo quam naturæ: nec malè. Enimuerò Quintil
Flauium ſequutus adſtruit vocem οὐσία ſignifica
ſentiam; nec aliter aptius latinè reddi poſſe;
dictio eſſentia, & calamo & linguæ Ciceroni
uſitata fuit. Itaque per eam intelligatur eſſe
ma rei.

Ariſt. 4. Metaph. *Quod quicquid eſt, id eius eſſen*
*citur.*

Idem l. 4. Met. c. 8. *Eſſentia eſt rei forma, cuius ra*
*fini io eſt ac id eſſentia cuiuſque dicitur.*

Exodi 3 *Ego ſum qui ſum.*

*οὐσία pro vita*

*Matt. 2.*

Nonnunquam οὐσία *eſſentia, eſſe*, ſumuntur in ſ
ris, vt connotent vitam.

Ierem. 31. *Vox in excelſo audita eſt lamentatio*
*ctus & fletus, Rachel plorantis filios ſuos: & nolent*
*ſolari ſuper ijs, quia non ſunt*; id eſt, non viuunt, tru
ti ſunt.

Pſalm. 36. *Vidi impium ſuperexaltatum & eleua*
*ſicut cedros Libani, Et tranſiui, & ecce non erat.*
ſignificatione ſumi poteſt hoc loco. Namque
poſt, volens quaſi exponere textus græcus p
dictionem, οὐσία per aliam conſequutiuam, ſub
βίος, quod nomen ſignificat vitam: ac vbi inte
noſter Latinus vnicam habet dictionem duobus
cis repetitam, *Da partem ſubſtantiæ; Diuiſit ſub*
*tiam*, Græco textui ſunt diuerſæ οὐσία καὶ βίος;
ſubſtantia & vita; dicendo, primum periuiſſe fili
patre ſubſtantiam; deinde, patrẽ diuiſiſſe filijs vi

*Eraſm. annot in hũc locũ.*

*οὐσία pro opibus.*

*ἀβίους ἄνδρας*, inopes & egenos vocat *Lucianus.*

*Eraſm. vbi ſup.*

Doctiſſimus iuxta ac ſedulus Budæus in comme
quando grece dicitur, ἀποφαίνειν τὴν οὐσίαν, *dare comm*
*tarium ſeu iudicem bonorum*. Tum Græcus ſi
rijs ait ſumi aliquando pro facultatibus & diuiti
opes voce βίος; quod, dicente Eraſmo, opibus vi
uatur. Iſta ſint ſatis de dictione Græca; ad latin
*ſubſtantia*, tranſeamus.

Ludouicus Viues lib. 1.. de concordia & diſcord. *Quęcumque poſſidemus, domos, agros ſeruos, ſuppellectilē, veſtes, pecuniam, non ſolum fecimus noſtra, ſed noſipſos, nempe ſubſtantiam noſtram; ita enim & Latinè appellamus, Gręcos ſequuti, qui* ὀυσίαν. *Adiuuamur veteribus dictis, vel ab imperitia vulgari ortis, vel à Poetis ſenſu & fama multitudinis pro duce vſis, pecuniam eſſe cuique vitę vice.*

Sumitur porrò variè nomen ſubſtantia: aliquando pro re per ſe ſubſiſtente, non ſuſtentata alio ſubiecto, vti accidentia; re non dependente ab alia. *I. Subſtantia per ſe ſubſiſtēte.*

D. Thom. par. 1. quæſt. 3. art. 5. ad 1. *Subſtantia nomen ſignificat eſſentiam, cui competit per ſe eſſe.*

*Subſtantia eſt res per ſe exiſtens, accidentibus ſubiecta,* inquiunt Logici.

Interdum nomen ſubſtantia accipitur vt ſignificet materiam, firmitatem, neruum rei. *II. Pro firmitate & vigore.*

Pſal. 68. *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.*

*Subſtantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacem,* infit Plinius quodam loco.

Adhæc, vſurpatur plerumque pro bonis & facultatibus. Dicuntur autem opes ſubſtantia, inquit Albertus Magnus in hunc locum, *Ad ſubſiſtendum in ſubſtantia indiuidua perſona hominis, & ad ſubſtandum in domo.* *III. Pro facultatibus.*

Prou. 3. *Honora Dominum de tua ſubſtantia,* id eſt de bonis tuis.

Gen 13. *Abrahę & Loth erat ſubſtantia multa nimis.*

Gen 31. *Tulit Deus ſubſtantiam patris veſtri & dedit mihi.*

Luc. 8. *Mulier quę erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, erogauerat omnem ſuam ſubſtantiam in medicos.*

*Vt plus ſubſtantię filio meo relinquerem,* ait Quintilianus quodam loco; opes dicendo ſubſtantiam; quas Græci quandoque vocant *hypoſtaſin*, interdum ὀυσίαν.

Deinde,notate obiter,quod vbi habemus in vulg nostra verſione; *Da mihi portionē,* pro dictione p Græcis eſſe *μέρος*, pro qua alij Interpretes ver *pars*;quæ quandoque idem deſignat quod portio as principium,tam Græcis,quam Latinis.

Virg. Aeneid. *Pars mihi pacis erit, dexteram te tyranni.*

*Hreg.* Οἷς μέρος ὡσιβίας δοξῃ λόγῳ βαλλέ ιν]ὸν ἀρι- ]ςῶν

2. Nunc ediſſeramus,quidnam petierunt à De blicani & peccatores manducantes cum Ieſu. P larunt partem, portionem,ſpecimen totius; ő tis μέρος,partem,portionem, vti communius a tur pro eo quod opponitur toto,ſiue integro. igitur,flagitant,portionem. Cuius? τῆς ὀσίας, tiæ iſtius , vitæ iſtius , cum additione artic Græcis excellentiæ eſt ; iſtius excellentis eſſe iſtius vitæ excellentis.

*Applicatio litteralis* Da mihi, *ad publicanos & peccatores conueſcentes Christo.*

Nil vulgare petunt;rem ſublimem ambiunt. vero eſſentia aut vita excellentior, eſſentia, a diuina?

Exodi 3. *Ego ſum, qui ſum.* Cætera vix ſunt,qui tantur.

Ibidem: *Qui eſt, miſit me ad vos.* Cætera ſi ſu eo,& per eum ſunt.

*In hebr.* EIEASEREIE.

Ioan 18. *Vt ergo dixit, Ego ſum, abierunt retrorſu*

Ille antonomaſticè ſuper omnes eſt,cui eſſe i tabile,incorruptibile,ſemper idem:qui omni a ſentiæ tribuit eſſe. *In ipſo enim viuimus & mouem ſumus.*

*Ap.* 1. *Act.* 17.

Ioan,1 *Omnia per ipſum facta ſunt.* Omnia qu cta ſunt,ſunt per ipſum.

Excellenter præ omnibus viuit,qui immorta qui vita ipſa eſt,per quam omne viuens & reſpi uit & reſpirat.Viuit,qui liber eſt,& nulli ſubdit perio. *Ego ſum via veritas & vita. In ipſo vita era*

*Ioan* 14. *Ioan* 1.

Petunt libertatem peccatores.

Cupiuntne publicani illi partem eſſent vitæ diuinæ. Ita eſt. Poſtularunt etenim,id eſt, runt ab adoleſcentia eſſe & viuere liberi;nullius iecti imperio , nemini parentes in terris ; Deus viuit in cœlis : vbi neminem ſuper

habet cui morem gerat.

Pſalm. 113. *Deus autem noſter in cœlo, omnia quæcumque voluit fecit. Da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit;* id eſt, libertate me dona. *Sine meo me viuere modo* Libertatis inceſſit animum libido. *Quæ me contingit;* quæ ad me pertinet. Siquidem homo libertate arbitrij, & ratione conſpicuus non eſt regendus (autumant illi) imperio, & coactione, vti equi habenis & calcaribus. *Hoc facit homo, cum proprijs viribus vult inniti,* ait S. Anthonius Paduanus in hunc locum, ſententialiter.

Si vſurpemus *οὐσίαν*, eſſentiam, ſubſtantiam, vi- Poſtulant opes.
tam pro diuitiis, vti frequenter ſumitur (vti ſupra oſtenſum eſt) non vobis videbuntur verba prodigi efflagitantis nummos, vnde genio indulgeret, conuenire peccatoribus & publicanis, qui à prima ætate, antequam ad Chriſtum redirent, aliud cogitabant, loquebantur, peroptabant nihil quam bona temporalia? Qui per fas & nefas toti erant in accumulandis bonis, exiguo redimentes pretio à Romanis vectigalia publica, & maximas per ea ſummas congerentes; exigendo, extorquendo vi; nemini parcẽdo, ne quidem pauperibus, vt Ieſu Chriſto; neque liberis & immunibus regijs prolibus, vt eidem Chriſto; nunquã de cœleſtibus cogitantes, nunquam dicentes, ne ſomniando quidem: *Portio mea Domine ſit in terra viuen-* Pſal. 141.
*tium Quid mihi eſt in cœlo & à te quid volui ſuper ter-* Pſal. 72.
*rã? Subſtãtia mea apud te eſt. Quæ eſt exſpectatio mea, nõ-* Pſal. 38.
*ne Dominus?* Nequaquam; ſed eandem iugiter repe- Pſal. 9.
tentes cantionem. *Subſtantia mea in inferioribus terræ* Pſal. 138.
*Cœlum cœli Domino, terram autẽ dedit filijs hominũ. Da* Pſal. 113.
*mihi portionẽ quæ me contingit.* Cũ enim nulla mihi ſit pars in ſubſtãtia cęleſti, ꝓpter peccata mea; quã quidẽ nõ appeto, ad quã nõ aſpiro, de qua ne cogito quidem, ſaltem *da mihi portionem ſubſtantiæ,* portionẽ opũ, nõ cæleſtiũ, ſed terrenarũ, eã *quæ me cõtingit,* quæ mihi congruit; ἐπιβάλλον cohærens eſt: cui cor meũ affixũ & conglutinatũ eſt, quaſi auis viſco, adeò vt aliã deſiderare nequeã. Maiorib. natu prædia beneficiaria

& poſ-

& poſſeſſiones ſuperiores teſtamento relinque, h
cæleſtia largire, nobis diuitias mundanas tribue,
nos contingũt. Cis Jordanem habeamus partem
Rubenitis; terræ promiſſionis renuntiamus
cum Rubenitis, quibus ius vnquam nullum in il
Nunquid non, *Da mihi portionem ſubſtantiæ*, qu
*contingit*.

3. De his ſatis pro publicanis & peccatoribus
mittebat Chriſtus; veniamus ad vniuerſos pecca
in genere. Quid quærunt? Quid petunt inqui
Da mihi partem ſubſtantiæ, quæ ad me ſpectat
loſophorum Stoicorum, aut Manichæorum & P
lianiſtarum hæreticorum, qui vnanimiter pu
ſtolidè animam rationalem præſegmen ſeu pa
propriæ ſubſtantię Dei, è re eſſet reſpõdere ad h
etiã Macrobij, l. 1. in ſom. Scipio c. 14. dicẽtis: *D*
*prima cauſa & eſt & vocatur, vnus omnium qua*
*quaque videntur eſſe, princeps & origo eſt. Hic ſupe*
*danti maieſtatis fœcunditate de ſe mentem creauit*
rent delirè hic poſtulari animam rationalem c
tam & deſumptam à propria ſubſtantia Dei, vt
ab arbore præciditur, animando corpori huma
deoque eſſent homines parui dij, vtique ceu pa
ſumpti ab illo magno Toto, ab illo magno Deo

Cicero lib. 1. de natura Deorum: *Pythagoras*
*Deum animum eſſe, per naturam rerum omnem*
*tum & commeantem, ex quo animi noſtri capere*
Seneca, vocat rationem, *partem in homine diuini*
*tus merſam*. Lucretius *diuinæ particulam auræ*. Ve
quia nullatenus probabile aut verum eſt animos
ſtros eſſe particulas diuinitatis.

1. Quia creaturæ non eſſent; non magis quam
tum illud à quo ſumptæ ſunt; cum tamen infic
nemo animos noſtros creatos.

2. Non eſſet ſimplex eſſentia Dei, ſed in tot p
diſtracta, quot eſſent animi.

3. Eſſet omnis animus omnipotens, & immẽſ
cuti ſuum principium; haberetque totum illud,
tribuitur propriè, ſemper, ſolum Deo.

4. Execranda abſurditate ſequeretur Deum peccatorem, & neceſſariò ſubiectum pati pœnas: enimuerò Deus in partibus & reſegminibus ſuis, animis noſtris, ex eorum placito, operaretur peccatum. O blaſphemiam!

5. *I*dem Deus eodem tempore beatus eſſet & miſer: idem eodem tempore vellet, & non vellet vnum & idẽ: præciperet, & contraueniret; interdiceret, & ab interdictis nõ abſtineret; aliaque innumera abſurda ſequerentur, & educerentur ſucceſſiuè, tanquam cathenæ annuli admiſſo errore iſto.

Cicero 1 de Natura Deorum. *Non videt Pythagoras diſtractione humanorum diſcerpi & lacerari Deum, & quum miſeri animi eſſent, quod pleriſque contingerit, tum Dei partem eſſe miſeram, quod fieri non poteſt. Cur autem quidquam ignoraret animus, ſi eſſet Deus?*

Ideoque, nõ dicemus nos catholici, eos petere partem aut portionem eſſentiæ diuinæ, animi loco: ſed portionem aptam, animam ratione ditatam congruam certè homini; non quaſi procedentem à Deo per modum reſurrectionis, ſed creationis, ex nihilo prodeuntem, ſola Dei voluntate, ſine vlla diminutione eſſentiæ aut vitæ diuinæ: quemadmodum claritas ſolis, non eſt particula aut ſpecimen ſolis, ſed ſolum effectus naturalis, non imminuens cauſam ſuam naturalem inuoluntariam. Quapropter, *Da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit*, idem erit ac ſi dixerint: Corpori huic formato & debitè organizato in vtero materno, da, crea, infunde animam, *quæ me contingit*, qualem decet hominem. Da mihi conuenientem mihi, nobilem & excellentem ſubſtantiam, animũ, portionem potiorem hominis. *Da partem, quæ me contingit*, animum potentiis, & egregijs qualitatibus ſuis omnibus inſtructum.

Quod ſi ſumamus vocem μέρος ſiue pars, pro principio; οὐσία pro vita; ſubſtantiam pro robore & vigore, dicemus exigere, vt ſint, viuant, naſcantur, robuſti euadant: ſummam iſtius nobilis & excellentis ſubſtantiæ, vtpote intellectum optimum, ingenium a-

cte.

cre, memoriam felicem, & ſuper omnia, liberum
trium, *quod me contingit*; quod mihi proprium
mihi denegari aut ſurripi debet. *Quod me contin*
Eſt enim liberum arbitrium homini tam prop
vt inter creaturas viuentes corporeas, ſolus, ſemp
omnis habeat; adeoque quarto modo prop
*Quid me contingit*, id eſt, *cohærens* ὑπιζάλον; eſt na
eſſe hominis ſic cõglutinatum liberum arbitri
auferendo ipſum ab homine, hominem penitu
las & annihiles. *Quæ me contingit*. Enimuero,
homini eſſentialis ratio; vt ſola qualitate ratio
eſſentialiter differat à bruto; nec eſſe poſſit h
niſi rationalis; haud ſecus ac Deus non eſſet
ni eſſet omnipotens. Ita interpretati ſunt p
nem Prodigi, ſancti doctique maiores noſtri,
cleſiæ Patres S. Hieronymus, S. Auguſtinus,
phylactus, Venerabilis Beda, aliiq; moderni plu

D. Hieron. p 2. epiſt. tract. 2. epiſt. 15. ad Dam
de Prodigo: *Subſtantia Dei eſt, omne quod viuim*
*pimus, cogitamus, in verba prorumpimus.*

D. Auguſt. to 10. ſerm. 27. ad fratres in eremo
*ſtantia hominis eſt, omne quod viuit, cogitat, ſapit,*
*quitur.*

Chryſ. to. 2. homilia de hac re: *Sapientiam*
*lectum boni & mali interpretatur.*

Theophylactus apud Thomam in cathena:
*nis ſubſtantia rationalitas, quam concomitatur li*
*arbitrij.*

Beda tomo 2. lib. 4. in Luc. cap. 15. *Viuere, intel*
*meminiſſe, ingenio alacri excellere, diuini ſubſtan*
*minis eſt.*

Chryſolog. ſer. 5. de Prodigo: *Portio ſubſtantiæ*
*niore quidem habitus animi, ſermo ſcientia ratio,*
Rom. 2. *um. Hæc eſt iuxta Apoſt. lex naturæ.*

Guerricus Abbas ſermone de Prodigo: *Ingeni*
*licet, memoriam, vires corporis; cæteraque ſimil*
*na natura.*

Haymo, ſermone in hanc parabol. *Subſtantia*
*ſenſus in homine rationalis.* Idem ibidem: *Natura*
*minem.*

Simon Caſſianus in illud, *Poſtquam omnia conſumpſiſſet*, Et Gloſſa ordinaria, loquuntur verbis non diſſimilibus ab Auguſtini verbis.

Franciſcus de Marone in hunc locum: *Portio huius ſubſtantiæ eſt lib arbitrium.*

F. Anthon. de Gislādis Thaurinēſis inquiſor quæſt. 2 *Subſtantia, rationabilitas cum liberi arbitrij poteſtate, cæteraque Dei dona, & vniuerſa creatura ad hominis vtilitatem creata.*

B. Vincentius Valentinus in ſer. Fridericus Nauſea in ſerm. Cornelius Janſenius in concordia. P Didacus Stella comment. in hunc locum, omnes vno ore de libero arbitrio interpretantur.

Dicet fortaſſe quiſpiam: Quî potuit homo, ſiue corpus humanū necdū animatū poſtulare animum rationalem, liberum, congruis proprietatibus inſtructum; quandoquidē ipſum obtineamus omnes cum ortu primo; nec vnquam poſſit dici, homo eſt, quin eodem tempore verè efferatur, homo habet animum, liberum arbitrium, omnes ſuas facultates? Quæſtio iſta ad curioſitatem magis quam ad ędificationem facit; attamen reſponſione digna. Siquidem reſponſio ad eam, nobis dux & norma erit expoſitioni multarum parabolarum.

*Quæſtio.* Qui petat peccator à Deo animū rationalē nondum exiſtens?

Reſpondemus itaque, primùm, haud neceſſum vt petierit eo modo peccator liberum arbitrium à Deo, quo prodigus ſubſtantiam à patre. Neque enim neceſſario res ſignificata (id impoſſibile foret) per omnia reſpondet exemplo, fundamento, aut primæ parti parabolæ. Parabolæ & ſimilitudines, inculcat crebrò Doctor litteralis, non currunt communiter quatuor pedibus; id eſt, non quadrant vndique vt calceus pedi, adeò vt omnia concurrant tam in re figurante quam figurata: ſufficit autem conueniētia & ſimilitudo ſecundum aliquas partes, eas nimirum, ad quas potiſſimum ſignificandas inſtituitur parabola.

1. In parabolis nō reſpondet ſignificatū per omnia ſignificato.

Syluester Pierius in hunc locum: *Omnia ſimilia ſunt diſſimilia & differentia in aliquo. Nā ſimilitudo, eſt rerū diffe-*

*differentium eadem qualitas, id eſt, forma. Non* [illegible] *cipienda ſimilitudo & conuenientia in parabolis* [illegible] *omnia.*

Eiuſdem ſententiæ ſunt priſci Patres; in eam [illegible] runt moderni omnes.

Ioannes Driedo l. 1. de reg & dogmat ſac ſcrip [illegible] part. 2. *Non oportet in ſingulis parabolarum verbis* [illegible] *um eſſe &c. Sicut in ſcripturis veteris legis, hi qui* [illegible] *gerunt Chriſti, vt Iob, Samſon, Dauid, Salomon,* [illegible] *omnibus ſed in certis quibuſdam geſtis perſonam* [illegible] *cant Chriſti Saluatoris.*

Janſenius in Concordia in hunc locum: *Non* [illegible] *nia ſic poſſunt inueniri in re ſignificata, ſicut in* [illegible] *plo.*

Idem ca 25 Concordiæ: *Cum ſingulas partes pa*[illegible] *larum excutimus cauendum ne per nimiam curioſ*[illegible] *in ineptias incidamus.*

Ita docuerunt S. Cyprianus in ſymbolum, S. A[illegible] Chryſ multis locis.

D. Cyprianus expoſitione in ſymbolum: *In* [illegible] *rebus cum proferuntur exempla, non per omnia ſim*[illegible] *dinem ſeruare poſſunt rei illius, cui præbere putantur* [illegible] *plum, ſed vnius alicuius partis, pro qua videntur a*[illegible] *pta, ſimilitudinem tenent.*

D. Aug. tom 3. ſer. de Trin *Quicquid per para*[illegible] *dicitur, non idem eſt, quod verbi vis & littera. Nam* [illegible] *minus regnum cœlorum & fermento & grano ſinap*[illegible] *ſimilauit, & alijs multis & non omninò dicimus re*[illegible] *cœlorum aliquid tale eſſe.*

D. Chryſoſt. to 2 hom. 4 in ca 13. Matt *Sæpius d*[illegible] *ſe me memini non ad verbum exponendas eſſe para*[illegible] *ne multa ſequantur abſurda. Non enim dixit Ch*[illegible] *quinam eſſent ſerui qui acceſſerunt* (loquitur [illegible] mine zizaniis reſperſo) *ſed vt oſtendat conſequentia* [illegible] *iuſdam cauſa ac ferè ad conformationem imaginis* [illegible] *ſitos hac relicta particula, neceſſaria & propter qua pa*[illegible] *bola dicta eſt interpretatur.*

Item tomo 2. homil. 65. in cap. 19 Matt. *In para*[illegible] *non oportet nimia in ſingulis cura perangi. Sed cum* [illegible]

*per parabolam intendat didicerimus , inde vtilitate collecta , nihil vlterius anxio eſt conatu inuestigandum.*

D. Hieronymi regula: *Prudentem ſemper moneo lectorem, vt non ſuper ſpecioſis acquieſcat interpretationibus, commaticè pro fingentium dicuntur arbitrio, ſed conſideret priora, media & ſequentia, & nectat ſibi vniuerſa quæ ſcripta ſunt.*

Si conuenirent omnia, nec vlla intereſſet ne iota vnius diſcrepantia, non ſimilitudines, ſed res ipſas, ait S. Cyprianus in ſymbolum. *Quia ſi ſic; non exempla ſed potius res ipſæ dicerentur.* Quædam permiſcentur parabolis *vt expleatur ordo*; vt cum lepore & partium connexione proponantur: vti multa inſeruntur picturis neceſſaria, non neceſſitate, ſed congruitate. Appelles, Venerem effecturus ſolitariam referet? Minimè, ſed ad decentiam lateri iunget Cupidinem: myrtera & roſeta referta roſis exprimet; volitabunt palumbę micantibus oculis; cernentur arbores, ſtirpes, dumeta, flores & volucres Veneri acceptæ; aliaque potiſſima illuſtratur imago, & ſpectantium oculi amplius oblectentur. Thoraces, galeas, clypeos, haſtas, enſes, aliaque armaturæ genera formaret, ſi depingendus eſſet bellicoſus & victor Alexander. Scitis, Muſici, lyræ fides articulis digitorum perſtrictas efficere harmoniam præcipuam; nihilominus cupa , roſula ſculpta, pons eburneus, impages alligandis chordis, (alioquin obmuteſcerent ſonoræ fides, potior concentus cauſa) concurrant oportet.

In actuaria naui, pręter carinam & clauum ; quæ ſunt naui quod cor & venter homini, Deus bone! quot ibi eſt videre malos, vela, reſtes, remos , clauis fixa ligna, anchoras, & alia innumera, quæ prima fronte dixeris non neceſſaria: ſola enim nauis apparenter iudicatur neceſſaria.

In agricultura , ſolus vomer aratri ſulcat agrum, terramque voluit; nihilominus aliæ aratri partes , vt temo ſcapus, rotæ &c. ſunt quoque neceſſaria & decentia. voluite Sanct. Auguſtinum, is libro 16. de ciu.

Dei cãp. 2. in fine , tomo 5. ferè ſimilia à nobi
habet.

*Non ſane omnia quæ geſta narrantur , aliqui
ſignificare putanda ſunt ; ſed propter illa quæ ſignific
tiam ea quæ nihil ſignificant, attexũtur. Solo enim
re terra proſcinditur, ſed vt hoc fieri poſſit, etiam cæ
ratri membra ſunt neceſſaria. Et ſoli nerui in cithar
eiuſmodi vaſis muſicis aptantur ad cantum, ſed
ri poſſint, inſunt & cætera in compaginibus organ
quæ non percutiuntur à canentibus ſed ea quæ pe
ſonant, ijs connectuntur: ita in prophetica hiſtoria
tur & aliqua quæ nihil ſignificant, ſed quibus adh
quæ ſignificant, & quodammodo religentur.*

Ex his omnibus reſpondebimus, quod
quit, ita non eſt neceſſum aptare anxiè & m
natu petitionem prodigi, peccatori, tanquam
lanti à Deo animum, quo donatur maturè pr
poſtulet, propriè loquendo, quem habet mo
homo, quin, hoc efficitur homo, antequam con
te poſſit ; petitio enim iſta prodigi non eſt
ſumma rei totius parabolæ quam inſtituit C
aſt potiſſimus finis eius erat, vt oſtenderet,
mo liber & ſui iuris creatus à Deo, ſi in pecca
ceps abeat, animi vultum auertat à Deo ; N
hom 34. *peccare*, ait S. Gregorius, *eſt quaſi dorſum ment*
in Euãg. *tori ſuo in faciem dare*, vt eum creaturis, quas im
ratè amet, blandum exhibeat.

D. Auguſtinus de lib. arbitrio : *Peccatum e
ab incommutabili bono , & conuerſio indebita
mutabile bonum*;

D. Thom. l. 3. contra Gentiles ca. 143. *In eo
cat mortaliter , omnis auertitur intentio volun
vltimo fine* : auertit, inquam, animi vultum à
*motu proprio*, vt aiunt; non voluntarium enim
ctum non poteſt eſſe peccatum : Et ſi deincep
de peccato, conuertat vultum ad Deum, dato
faciem creaturarum, miſericordiam flagitet cu
digo, Deus ipſi noxam donet gaudens; vti & pat
dus prodigo ſuo donauit. Ille eſt ſcopus Ieſu C

quare haud refert, an peccator petierit à Deo animũ, necne: ſufficit intelligi, quod acceptis à Deo multis gratijs, & naturalibus, & gratuitis, ſignificatis per ſubſtantiam, diſcedat à Deo, delinquat; deinde reuertenti, mutanti inſtitutum Deus clementer ignoſcat. Petijſſe vero, antequã tribueretur, dicitur, & ſcribitur ad connexionẽ præcipui, & ad decentiã primũ, *vt expleatur ordo, vt adhæreant quæ ſignificant, & quodammodo religentur*, aiebat S. Auguſtinus. Deinde, quia nõ accepit verus prodigus (dictum eſt à nobis ſupra; nos in ea eſſe ſententia, vt prodigus quidã aliquando ita ſe geſſerit, textũ Euãgelij ſemota metaphora intelligẽdo) facultates è manibus genitoris, ni primũ exegerit eas.

Rurſum; impetenti nimium, & prementi aſperius, reſpõdebimus, omne quod fit & ordinatur in certũ finẽ, aut (vt aiunt Philoſophi) quod *eſt in potentia*, in facultate, in inclinatione, in ordine ad eſſe, quod nondũ eſt, expetere iugiter ſuo modo, id eſt, appetere vt ſit tale, & completũ. Nam, quicquid eſt, bonũ ſuũ appetit: bonum autem eius quod inceptum eſt, eſt vt perfectũ ſit; *Bonum potentiæ eſt actus ad quem ordinatur*: ita materia appetit ſemper formam conuenientẽ ſibi; quicquid principium habet, appetit perfectionem, & omnib. ſuis partib. vult abſolui. Quicquid verò appetit quodcumq; illud fuerit, interpretatiuè petit obtinere ab eo qui nouit appetitum & deſiderium, & qui facere poteſt ſatis illi deſiderio: ſecundum quem loquendi modũ, audientes vagitus & clamores lactentis pueri, inferimus appetere vbera matris. Porrò corpus humanũ (embrionẽ vocãt) nondũ debitè animatũ, aptũ, habile, propẽſum, & in ordine ad ſuſcipiendũ aliquando animũ rationalẽ, intellectiuũ, liberũ, memoratiuũ, his & alijs facultatib. inſtructũ; *eſt in potẽtia ad iſta*; ſuntque bonũ & perfectio corpuſculi humani; ꝙ appetit ipſa, adeoq; cẽſetur interpretatiuè poſtulare. Neq; verò ꝓter Deũ alius poteſt appetitui iſti facereſatis, petitioni annuere, animũ rationalẽ eo modo inſtructũ tribuere: nec. n. reſultat aut pullulat ipſe ex principijs naturalibus cõmixtionis patris & matris; error fo- 11

ret ita ſentire, *Nō eſt ex traduce*, inquiũt Theolog creatur immediate a Deo, eo ipſo momento qu premus mundi artifex, ſedi ipſius aſſignat corp lum, adhuc vteri materni latebris inclusum, corporis humani indiuiduum comitem facit. corpus humanum, etiamſi nondum debitè tum, appetit animam, appetitu, non dico anim rationali quodammodo, ſed appetitu naturali appetit, petit ſuo modo interpretatiuè à Deo qui ſolus appetitum eius nouit; poſtulationem nullo verborum ſtrepitu factam intelligit, & dare plenè poteſt appetitum. Atque, ha ne corpus noſtrum non malè peteret à Deo *nem ſubſtantiæ*; & ſine ſermone diceret: na mihi animam, qualis mihi opus eſt vt perfectus, *Quæ me contingit*. Reſponſio iſta vi ſubtilis eſt; æqui, boniq́ue conſulite, ô Docti, hoc ferculũ quod ex Philoſophia appoſui vo tam habetote *portionem ſubſtantiæ quæ* git.

*Aug. ait*, quod iſta pars ſunt illa quæ dantur nobis à Deo immediatè, & non ab agente naturali; anima & potentia eius.

III. 4. Inſuper, perperam reſponderetur, ſi dixer doleſcentem peccatorē poſtulare & appetere, anima, qualem deſcripſimus, creetur, eudatur, ac ſi nondum eſſet; ſed quod anima facta & crea tradatur; id eſt, ipſius committatur manibus, fiat, vt ea, prout libuerit, vtatur? Græca illa *δός* nificant, *concede, permitte mihi*, latina quoque *hi*, idipſum volunt.

1. Metam. *Da mihi perpetua genitor chariſſime virginitate frui.*
2. Æneid. *Sat Priamo, patriæque datum eſt.*
4 Æneid. *Date, vulnera lymphis abluam.*
Alibi: *Non dabitur regnis, eſto, prohibere Latini.*

Cernitur etiam dilucidè prodigum non e parente, vt ſibi acquirat bona & poſſeſſiones; rit, iã partas facultates, & in arca reconditas, immobilia bona quæ poſſidet pater, ſibi porri & ſuo concedantur arbitrio. *Da mihi, permi &c.* Nō ait, *fac mihi*. Juxta quæ nō poſtularet

tot ſibi creari & tribui animũ rationalẽ; ſed ſolũ creatam illam & infuſam animã ſibi concedi. Cuperet ſibi licere ſuo arbitrio viuere, nemine ſibi imperãte, nemine prohibente, corrigente, reſtituente, neque Deo, neque gratia Dei. Perpulchra interpretatio iſta, & meo iudicio, litteralis; cui plurimi patroni & protectores ſancti viri, vt S. Bonauentura, S. Bernardinus, Caietanus, alijque.

D Bon. Com. in 15. cap. Lucæ: *vt non ſecundum imperium gratia incedat.*

D Bernardin. tract. de Chriſti relig. ſer. 24. qui eſt de prodigo: *Talis petitio nihil aliud eſt quam dicere: Dimitte me ſecundum propriam voluntatem meis naturalibus vti, de tua gratia nihil curo.*

Nicolaus Denyſe in ſermon. ijſdem propemodum vtitur verbis. Philippus de monte Calerio in ſermone de Prodigo, ſimiliter. Calixtus Placentinus par. 2. de Prodigo, Bernardino conſentit, alijs verbis: *Hoc nihil aliud eſt quam confidere proprijs viribus hominem, vt donis naturæ & gratiæ benè & ſcitè vtatur, & hac confidentia omne opus laudabile aggredi non dubitet.*

Caiet. comm. in 15. Lucæ: *Eſt velle ſui ipſius curam habere.*

Haymo in ſer. de Prodigo: *Eſt petere ſe regere per liberum arbitrium, atque à conditore recedere.*

Stephan Paris in ſermone de Prod. *Sibi relinqui poſtulat, vt vitæ animali in qua primum radicamur, nullo reprehenſore ipſe viuat.*

5. Adhæc, ſi græca vox οὐσία, & latina, *ſubſtantia* ſumantur pro facultatibus & poſſeſſionibus; ac prodigus intellexerit per οὐσίαν & ſubſtantiam opes, & bona patria; velletque ſignificatum ad litteram Deus peccatores nihil auidius, nihil maturius poſtulare quam opes mundanas, per eas interpretãdo quicquid fallax mundus, ipſe deceptus, ſtulto ſuo more magni facit vt ſunt bona, ſeu dotes quas animi dicũt, artes, ſciẽtia, ſapiẽtia mũdana, q̃ apud Deũ ſtultitia, & miſeria; q̃ perditè & zeloſè deperibãt Philoſophi mũdani; quib. deſiderabilius nihil, quã vbertim ornari donis naturalib. & IV.

*D. Hie. ep. ad Paulinũ de omnib. diu. hiſt. lib.* ſcientijs philoſophicis; qui litteras fugaces toto
inſectabantur; Pythagoras peragrans Aegyptum
io, decus eruditorum, miſſis florẽtiſſimis Athen
ſub doctioribus operã daret, *Literas quaſi toto*
*orbe perſequitur*, inquit S. Hieronymus, Apollon
*Ibidem.* mũdi angulos luſtrãs *vt ubique diſceret, & ſemper*
*ſciens ſemper melior fieret*, ait idẽ S. Hieronymus
liud aſpirabant nihil Philoſophi illi quã ad ſci
hæreditatẽ à Deo aliã non quærebant quã ſci
*Da ſcientias*, & ſufficit nobis. Non ſperabant, niſi
ſcientiijs; non ſpirabant, nõ viuebãt præterquã
entijs; eorũ ſupplicationes non ſonabant quã
as. Probemus hãc expoſitionẽ cum reliquis: ne
deſunt priſci, qui per ſubſtantiã interpretantur
tiam humanã; nec deſiderantur neoterici, qui
tiam dixerunt dona naturalia, & ſcientias philo
cas. D. Hieronymus, 3. par. ep. tract. 15. ep. 81. qu
prodigo, per ſubſtantiã intelligit ſapientiã, intel
ſcientiam boni & mali. Apud Chryſ. t. 2 in c. 15.
hõ. de patre & duobus filijs, idẽ omninò reper
trus Bertorius, ſubſtantiã gentilis, interpreta
naturalia & ſcientias philoſophicas. Nihil al
tunt in hæreditatẽ gentiles iſti, quam ſcientiã
res ſimiliter Chriſtiani (dolendum) hoc noſtro
(ô Deus, pręſerua me, obſecro, nę de eorũ num
ſe cõtingat) qui rati ſcientiã eſſe potiſſimã ſub
& hæreditatẽ hominis, in eã toti ſunt, ſalutiſque
obliti; eã totis votis à Deo efflagitãt; & à quo
*Omne* enim *datum optimum, & omne donum per*
*de ſurſum eſt deſcendẽs à patre luminum. Pater*, e
*Iac. I.* *mihi.* Et: *Si quis autẽ veſtrum indiget ſapiẽtia*, p
*Eccl. I.* *Deo, qui dat omnibus affluẽter.* Itẽ: *Omnis ſapientia*
*mino Deo eſt.* Dicunt cum Propheta; *Scientiã do*
omittunt autẽ præcipuũ, quod ſuper omnia po
idẽ Vates; *Bonitatẽ & diſciplinã, doce me*; deinde
tiã. Bonitatẽ ante omnia; deinde diſciplinã; poſt
ſcientiã. Verùm illi nõ obtundunt moleſtè aure
*Prou. I.* vt obtineãt bonitatẽ & diſciplinã; *Exoſam hab*

*diſciplinam*; importunè autẽ exigunt à Deo oẽs antecellere ſcientia. O rimoſam & infirmã, quã extruunt fabricam, vtique quam ſuper fundamento prærequiſito, bonitate, diſciplina, timore Dei, ad faſtigium attollere renuunt! Nõ meminerunt, aut forte audierunt nunquã; aut non aduerterũt potius quæ crebrò occinuntur, nec ſatis repeti poſſunt in templis; quæ toties inculcarunt præclari viri Duo, pater & filius, Dauid & Salomon; inculcarunt, inquã, a voluptate & vtilitate quam inde conſequebantur, nempe

Pſal. 110. *Initium ſapientiæ timor Domini.*

Eccl. 1 *Initium ſapientiæ, timor Domini.*

Job 28 *Ecce, timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligẽtia* O ſacroſanctum oraculũ! Quis mihi det, vt exarẽ te ſtylo ferreo in plũbi lamina? Rupibus & ſaxis te imprimã? frõtiſpicijs Academiarũ, & valuis templorum te affigam; portis claſſiũ humanitatis inſcribã (& vt piè altius me demittã, ad ipſos infantes Ieſu Chriſto plurimum commendatos) te exarem & exprimã inter cruciculam & alphabetum primum tyrũculorum, vt hinc diſcerent amplius ſtudendum timori Dei quam alteri vlli ſcientiæ? O vt ineptè ædificiũ inchoat, qui à faſtigio & non à fundamento incipit! vt perperã ſapiens emergere contendit, qui litteris operã nauat, neglecto timore Domini, vera & ſolida baſi? *Initium ſapientiæ timor Domini.* Quam malè legat, alpabeti ignarus! Quam barbarè oret, qui correctè loqui non didicit! Quam arduè ſapiens fiat, qui ſapientiæ abecedarium ignorat, timorem Domini!

Haud me fugit, aſſentior, vt ait quidã, quod *Hominis opes pulcherrimæ ſunt litteræ*: Item dixiſſe Cleanthẽ nõ differre ignarũ à brutis niſi ſolo vultu, & omnẽ arenã maris in aurũ, gẽmas, vniones conuerſam, nõ comparandã & referendã ad ſapientiam: legi quę ſentit Salomon: *Præpoſui illã regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in cõparatione illius; nec comparaui illi aurũ, & lapidem pretioſum*: Non ignoro, quod ſi quid ſit dicendũ decere hominẽ, eſſe ſapientiã & ſciẽtiã, quæ niſi multo

labore acquiratur: *Non iacet in molli veneranda ſ[illegible]*
*Iob.28.* *tia lecto*; qui adeptus eſt eã, *ſudauit & alſit. Non in[illegible]*
*tur in terra ſuauiter viuentium*: Noui, quod ſi de[illegible]
homo efferre poſſit, *me contingit*, me decet, ſcie[illegible]
eſſe; quæ homini perquam congrua & decens e[illegible]
brutis præfertur: ſi de qua re dicere poteſt, [illegible]
pertinet, vti prodigus dicit ſubſtantiã ad ſe ſpect[illegible]
ab hoſte quoquã nõ queat ſurripi; id enim habe[illegible]
priũ; *Proprium habere dicitur, quod ſemper tene[illegible]*
inſit Macrobius l.1. in ſomnium Scipionis cap. [illegible]
fine; ſcientia eſt, quæ non tolletur ab ipſo prui[illegible]
ta, non repetetur, non rapietur, non cremabitur, [illegible]
oppignorabitur: iſta ſcio per Biam Philoſoph[illegible]
ciuitate ſua Priene igni tradita hoſtium victor[illegible]
ſolentia, interrogatus cur nihil flammis erept[illegible]
portaret ſecum, ſicut alij, reſpondit paucis, [illegible]
*Cicer. in* inſulſis verbis: *Omnia mea mecum porto*; ratus n[illegible]
*parad. Sẽ.* gnum nomine poſſeſſionis quam ſcientiam: nih[illegible]
*de tran* nihil ad hominem pertinere quam ſcientiam; [illegible]
*quil. t. c. 2* omnia ducens adiaphora, inſtabilia, & reuera fo[illegible]
ludus ac pila, magis fortunæ hæreditaria, qui[illegible]
ni, qui nonniſi cõſtitutione mercedis & cenſus [illegible]
ſidet, ad vſque reuocationem fortunæ.

Seneca epiſt 11 *Stilbo, capta vrbe, amiſſis liberi[illegible]*
*ſa uxore, interroganti Demetrio; Num quid perdid[illegible]*
*mnia, inquit, bona mea mecum ſunt.*

Seneca in Medea, act. 2. *Fortuna opes auferre, [illegible]*
*nimum poteſt.*

Non vos latent iſta, ô Docti; quin poſt fata, [illegible]
eruditi inuita morte, ſcriptorum ſuorum me[illegible]
*Ouid. in* perenni.
*fine metã.*

*Cum volet illa dies quæ nil niſi corporis huius,*
*Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat æui:*
*Parte tamen meliore mei, ſuper alta perennis*
*Aſtra ferar, nomenq; erit indelebile noſtrum:*
*Quaque patet domitis Romana potentia terris,*
*Ore legar populi, perque omnia ſecula, fama*
*(Si quid habent veri Vatum præſagia) viuam.*

Viuam fama per omnia ſecula, inquit, vir ille inge[illegible]
niſſimus.

Lucæ. 10. *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*; Neque tamen ideo tanta res eſt ſcientia, vt eam vocet homo, *ſubſtantiam quæ me contingit*; ſubſtantiam primam, ad quam primariò aſpiret & ſuſpiret; ſed magis ſanctam Dei gratiam; potius dona gratum facientia & ſanctificantia; amplius timorem, amorem Dei; & duobus verbis propheticis; *Bonitatem & diſciplinam. Æmulamini chariſmata meliora.* Iſta eſt ſubſtantia ad ipſum pertinens, ipſum decens: religio & pietas in Deum ipſa eſt hominis propria. O ſubſtantiam! ad quam collata ſcientia accidens eſt, quod adeſſe & abeſſe poteſt ſine ſubiecti corruptione. Ecõtra, homo vix eſt homo, ſed trũcus, ſed brutum, ſed ſaxum, & ſi quod aliud eſt remotius ab humanitate, ni fuerit pius, religioſus, amans & timens Deum *Deum time, & mandata eius obſerua; hoc eſt enim omnis homo.* Hebræi habent; *quia hoc ſcilicet ſpectat ad omnem hominem.* Scientia ab homine abſtracta vt accidens à ſubſtãtia, efficietne vt probus non ſit homo? Neutiquam; Dei gratia repletus, probus, probatus vita, morigerus, non ideo minus eſt homo; etiamſi non ſit Grammaticus, vt Donatus, & Priſcianus; Dialecticus, vt Ariſtoteles; Rhetor, & egregijs refertus coloribus, vt Cicero & Demoſthenes; Muſicus, vt Orpheus; ſi non promptè & expeditè numeret, vt peritiores Arithmetici, ſi non ſit Geometer, vt Archimedes Syracuſanus, Aſtrologus, vti Anaxagoras: iſta abſentia, ſiue priuatio ſcientiæ, qualitatis accidentalis, brutum non efficiet coram Deo; haud obſtabit, quo minus vt homo poſſideat regna cælorum: cum è contra docti frequenter, viuentes vt bruta, non cicures vt equi, indomiti; vt leones, ſuperbi, *Scientia inflat*; raptores, vt lupi; lubrici & fœdi, vt ſues (ſi honeſtè dici queat;) litigioſi & mordaces, vt canes; doloſi, & rapaces, vt vulpes; tardi ad bonum, vt aſini; ô quæ monſtra! Quę bruta humana! O homines! Homines beſtiales! docti eo modo viuentes ſua brutalitate arcebuntur ab ingreſſu cælorum, quod non ſint homines; nec opem ferat vllam ſcientia. Terret plurimum quod dicit D. Auguſtinus, attamen veriſſimum

*Eccleſ. 12.*

*to* 1 *l*. 8. eſt;nimirum: *Surgunt indocti & cælum rapiunt*,
*conf* c. 8. *cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur*
*ne & ſanguine.* O vt multũ malo ſanctam ruſtici
quam doctam iniuſtitiam! vt mallem ignorant
nes antecedere, ſanctitate & gratia fultus, qua
ctrina & ſcientia ſuperare omnes quos vidit &
mundus! Interim priſcorum ſeculorum Philoſop
ex noſtris plurimi recentiores, vnicè & ſolum ſc
am poſtulabant, ceu potiſſimam ſubſtantiam;
ſibi præ omnibus propriam; petendo quod e
num eſt, vti prodigus; ſed inordinatè, vti pro
Progrediamur.

V. 6 Alij peccatores nonnulli, petunt à Deo ho
& fauores mundanos, (quibus tam grauis eſt t
dorſi ſpinam inflectere videatur) honores, inqu
numero bonorum fortunæ. Alij pecunias & op
eodem genere; dicuntque iugiter, ac geminant:
*da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit*,
*tum & aurum* Horat. l. 1. epi. ep. 1. ad Mecœnate

*Quærenda pecunia primum,*
*Virtus poſt nummos*, ſcilicet; *iam nunc ſunt aur*
*Secula.*

Ouid. 1 faſtor. *Tempore creuit amor, qui nunc*
*mus habendi:*
*Vix vltra quo iam progrediatur habet.*

Porrò, notate hic obiter, vt ſcitè inducu
Chriſto peccatores dicentes bona & opes por
ſuam; vt plurimum enim ſceleratiores abũdan
epulo immerſus eſt delitijs & theſauris, perit fam
ſtus Lazarus.

Iob. 12. *Abundant tabernacula prædonum.*

Pſ. 27. *Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſecul*
*tinuerunt diuitias.*

Hęc ſunt munera quæ verus Abraham dat fili
cillarum; reſeruans hæreditatem filijs vxoris p
riæ. Deus largitur diuitias peccatoribus, filijs
Opes pulchrè dici cõtingere. ratione, non charioribus, ab inſolentia vitæ; cœlu
ſeruat electis & chariſſimis.

I. 7. Aduertite quoque, vt peccatores inducantu

pellantes propheticè diuitias, nihil minus tamen putantes, *ſubſtantiam quæ contingit*, id eſt periclitantem, anxiam: vt enim propoſitiones de futuris contingentibus, ſunt ancipites, poſſuntque euenire, & non euenire; ita opes merè contingentes, & aleari fortunæ affines, poſſunt accidere malis & bonis; his vt illis.

Sunt diuitię verè contingentes; ſuſcipiunt enim cōtrarias qualitates; bonis bonæ ſunt, malis malæ; per II.
quas peiores euadunt.

Sunt profectò opes mundanæ bona contingentia, & ad naturam ſortis proximè accedentia: neque enim III.
certò affirmari poteſt hunc hodie diuitem, cras ſimiliter futurum: is hodie immerſus fluctuat medijs opibus, vt Crœſus, qui non ita poſt inops erit vt Irus; & è contra. Non ignoratis contingens & ſortem diuitis epulonis: vbertatem eius primam, & inopiam nouiſſimam: anticas ærumnas mendici Lazari, & eius fœlicitatem poſticam. Quare optimè nominat opes *ſubſtantiam*, aut *portionē contingentem*. *Ludibria fortunæ*, inquit Cicero.

Inſuper obſeruatę mecum, vt eleganter bona dicat IV.
contingentia. Si enim, ex placito Philoſophorum, *contingens & neceſſarium diuiduntur*, & quaſi diametraliter opponuntur (*Contingens, potens eſt ad vtrumque, eſſe & non eſſe, neceſſarium verò ad alterum tantum*) Deus bonè! vt eruditè inducit peccatorem Chriſtus appellantem diuitias, portionem contingentem, non neceſſariam, & vaticinantem præter mentem; *Prophetauit peccator neſciēs quid diceret*, opes mūdanas nō eſſe neceſſarias, vti conſtat. Enimuerò ijs abiectis Diogenes, S. Franciſcus & alij, non ideo vitam felicem & ſanctam non vixerunt. Contingentes, non neceſſariæ ſunt; etenim ſine peculio Lycurgus legislator Lacædemonijs viuendi præcepta & iura dedit: quin cū ipſis, & in ipſis natādo ad inſtar Midę, nil vetat fame perire.

Ariſtoteles 1. de Repub. cap 6. *Abſurdum eſt eas diuitias eſſe quibus abundantem liceat fame enecari.* Contingentes, non neceſſariæ; abſque eis enim meliùs quam

quam earum adminiculo acquiritur æterna vita.

Horat. 1. epiſt. 2. *Non domus & fundus, non æra-*
*uus & auri,*

*Ægroto domino deduxit corpore febres,*
*Non animo curas.*

V. Denique, ſi vera ſunt quæ Latini nonnulli adſt
nempe *contingere*, dici de malis, quæ ſumus veri
*tingere* de optatis; *accidere* de inopinatis tam
quam malis; non percipitis ſub nomine ſubſtan
ue opum contingētium mutam monitionem, c
tum inſigne adiectum obiter ad diuitias, ac ſi te
dandæ amplius eſſent, quam appetendæ? Quis
Ieſu Chriſti animus, author eloquentiſſimus h
parabolæ non intenderet hoc ipſum quod dic
Ego verò arbitrer pertimeſcendas. Non memin
miſſe eas Salomonem in prudentibus ſuis prec
Prou. 30. cum ad Deum diceret: *Diuitias ne dederis mihi,*
*tantum victui meo neceſſaria?*

Philoſtratus in vita Apollonij. & Diogenes Laërt. l. 6. Vit. Non videntur vobis formidini fuiſſe Thebano
ti Philoſopho, plus quam amori, qui ex prædij
congeſtam pecuniam execratus in mare demerſit,
quiens: *Ite diuitiæ, potius vos mergam, quàm ipſe m*
*à vobis*, in Oceanum malitiæ, & ſcelerum?

Ouid. 1. Metam. D. Aug. ſerm. 29. in illud 1. Tim. 6. Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere. Non videntur vobis timendæ opes, iniquitatis
*opes irritamenta malorum?* quæ vix acquiri, poſſ
expendi poſſunt, ſine iniquitate? Acquirendo, 
meras committis fraudes, poſſidendo, anxijs & in
curis diſtraheris, innumeros opprimis pauperes;
pendis in luxum, & faſtum. *Vermis diuitiarum ſup*
ait D. Auguſtinus. Non ideo appellauit aliqu
Chriſtus, *Mammona iniquitatis?* Aliàs, *ſpinæ ſunt*
*tiæ*, fouendis & operiendis quaſi mantello m
ſexcentis criminibus; haud ſecus ac ſub ſentib
ſpinis latent viperæ & ſerpentes? Redundant li
ſacræ oraculis, adſtruentibus hominum perditio
procedere, vt plurimum, à diuitijs: Exuberant E
Lucæ 8. corum ſcripta: vnanimis conſenſus populorum
perſtrepit nihil. Legiſtis: *Si diues fueris, non eris im*
*nis à delicto.* Item: *Qui aurum diligit, non iuſtifica*

&c Jtem: *Multi dati ſunt in auro caſus.*

1. Tim. 6 *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & in laqueum diaboli, & deſideria multa nociua, quæ demergunt hominem in interitum & perditionem.*

Martial. 2. Epigr. *Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.*

*Et cum tot Cræſos viceris, eſſe Numam.*

*Ariſtot. l. problem. 29.* ait, vſu venire vt improbi ſint diuites.

Jdem l. 2. Rhetor. c. 31. *Diuitiæ ferè nihil aliud ſunt quam felix amentia.*

Idem l. 5. de Rep. c. 7. *Qui magnas opes nacti ſunt, ij, ſi authoritatem dederit Reſpub. & libidini ſeruire, & maiores opes habere, & ſuperiores eſſe volunt.*

Iuuen. ſatyr. 3. *Prima peregrinos obſcæna pecunia mores, intulit* &c.

Tibull. 19 *Sæpè ſolent auro multa ſubeſſe mala.*

Non igitur expauteſcendæ diuitiæ, potius quam ſectandæ, ſi vult prudentia, ſuadet natura, iubet ratio timeri occaſiones mali?

Accedit, quod Deus nunquam in terræ adytis & altis viſceribus recluſiſſet aurum & argentum (quæ cõmuniter non inueniuntur niſi in terræ centro, ligonum vi & impetu, *Effodiuntur opes*) ni iudicaſſet perniciosas & cauendas. Quorſum tam ſedulò reconduntur venenā? Quorſum enſes recluduntur vaginis? vt quid obtruduntur arctiſſimè putei, & ſcrobes alti? Cur cancellatis, chalybe duratis, clathratis ergaſtulis detinentur leones? Nonne conſtat inde omnia iſta pernicioſa eſſe & fugienda? Sic Deus videtur altè defodiſſe aurum & argentum; vt hinc doceret noxia & pernicioſa, adeoque pertimeſcenda.

Quanquam verò haud me fugiat vniuerſa à Deo creata, bona, bonitate quam dicunt Theologi, naturę, & eorum *eſſe*, bonum eſſe: *Quia ſunt, bona ſunt* verumtamen denominantur res plurimæ malæ ab effectis. *D. Aug.*
Diabolus, natura ſua bonus, etiam ſecundum D. Au- *to. 5. l. 19.*
guſtinum, *bonitate naturæ, bonitate entis* dicitur ab ipſo *ciu. c. 13.*
Chriſto in oratione dominica malus, *Sed libera nos à* *Matt. 6.*
*malo;*

Malò eſt maſculinũ, & articulũ habet apud Græcos emphaticũ. q.d. Libera nos ab illo iniquo & ſcelerato. vt ſit clarũ de dæmone loqui Dominum.

1. *Reg.* 18.

*malo*; per malum intelligendo dæmonem, ſecun
S. Chryſoſt. & S. Cyprianũ, qui interpretantur
liter. Non legiſtis vnquam; *Inuaſit ſpiritus Dom*
*Saul?* Quare tam malus ſpiritus ille? *Diaboli natu*
*quantum natura, mala nõ eſt*, ait S. Auguſt. vt natu
ſubſtantia creata, malus non eſt vllatenus; ſed pr
effecta mala quæ producit, dicitur peſſimus. Ita
conſidereris opes, aurum, argentum, vt agri,
vt terra flaua, terra alba ſunt; quid enim aliud ſu
natura, vt ſubſtãtia ſunt; nil melius. Si verò ſecu
effectus malos, nihil peius; & tantæ malitiæ,
nũquam ſuis viſceribus excluſiſſet theſaurum
ni auara temeritas, præſumptioque hominum
tum abortiuum fatalem & noxium euulſiſſet.
næ eſſent diuitiæ, bonos facerent poſſeſſores ſu
tius quam peruerterent. *Non poteſt arbor bona f*
*malos facere.* Nunquam, ô Auditores, qui ha
ſtram frequentare dignamini Academiam pec
rum, in gymnaſijs Stoicorum pedem intuliſtis?
ſtis aliquando paradoxa Ciceronis, eruditoru
nium amantis? neſcitis eum & Stoicos dicere
initer, nil bonum præter virtutem; nil malum e
ſi vitium? Eorum rationem qua probent diuitia
eſſe bonas, ſed indifferentes & neutras, fundan
quod homines efficiant meliores? Dicunt, natu
loris eſt calefacere; boni proprium eſt ſemper p
re, nunquam nocere; promouere, meliores facere
vitiare. Opes verò, non prouehunt in melius,
plurimũ per illas peiores euadimus; ergo ſunt

Cicero Parad. 1. *Poteſtne bonum cuiquam ma*
*Aut poteſt quiſquam in abundantia bonorum ip*
*eſſe bonus?*

Seneca lib. 5. epiſt. 41. *Non faciunt equum m*
*aurei fræni.*

Deinde, inquiunt, conceditur gloriari honeſt
ſine vituperio de eo quod verè bonum eſt: ſed
diuitias oſtentarit procul vituperio & dedecore
queunt igitur diuitiæ vocari bona.

Cic. ibidem: *Non eſt vllum bonũ, de quo non i*
*habeat honeſtè gloriari poſſit.*

Seneca ibidem: *Nemo gloriari niſi ſuo poteſt.*

Demiror cum ſummo illo eloquētiæ Philoſophięque Monarcha, maioribus noſtris Latinis prædia & poſſeſſiones dicta abſolutè *bona*, abſque vlla appendice, ac ſi verè talia, & bonos ſemper producerent effectus. Debuerant meo iudicio aliquid addidiſſe. Bonis pecunia bona eſt, malis mala; *Mors eſt malis, vita bonis* Boni namq; aſſumunt eam ad exercitia multarū virtutū; eleemoſynas largiuntur, redimunt captiuos, honeſto iungunt matrimonio inopes virgines, exſtruunt, vel exſtructa conſeruant tēpla ſacra, monaſteria ædificant, & dotant; quid non? Malis, eſt leno iniquitatis, *irritamenta malorū*, ſuperbię vermis, anſa luxus, conuiuiorū de Epicuri more, libidinis fomentū, cædis patrociniū; quid non? Quod ſcitè annotauit D. Ambr. l. 8 in Lucā: *Diuites diſcant non in facultatibus crimē haberi, ſed in his qui vti neſciunt. Nam diuitiæ, vt impedimēta sūt improbis, ita bonis sūt adiumēta virtutis.*

Terentius in Heautont ex Platone multis in locis: *Parentes, patria incolumis, amici genus, cognati, diuitiæ.* .. [*perinde ſunt vt illius animus qui ea poſſidet.*] *Qui vti ſcit, ei bona; ei qui non vtitur rectè, mala.*

Iudicantur diuitiæ bonæ vel malæ pro qualitate poſſidentium; bonæ ſunt quoad eſſentiam; attamen abutentes plerique (quomodo aranea conuertit etiā mel in virus; & infirmi optimos quoſque cibos in humores noxios) ſibi malas faciunt. Alij (ſicuti apes ex omni flore mella legunt) prudenter vtuntur facultatibus, quę ideo ipſis iure bona dicuntur. Quid ſanctius, quid melius, quid beatius ſacratiſſimo corpore Domini? Dicitur de vno, *ad iudicium ſibi manducat & bibit*; de alio, ſecus. De accedentibus indignè, *Mors eſt malis*. de condignè præparatis, *vita bonis*, dicitur. Nōne à communicante, nō à ſacro corpore Chriſti, quod vita, bonitas, ſalus, illud? Quid melius, quid præſtantius pane, quo corda debilium confortantur? Quid magis neceſſarium? *Et panis cor hominis confirmet. Conteram virgam panis. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Attamen moleſtè grauat aliquando,

*1. Cor. 11.*
*D. Thom. in ſequētia de corpore Chriſti.*
*Pſal* 105.
*Ezech* 14.
*Matt.* 6.
*Ariſt. l. 2. de Ort. cap.* 10.

do, non omnes, ſed elanguidos ſtomacho.

*Animaduertimus acceſſu ſolis rerũ ortum exiſtere, & eiuſdẽ receſſu, interitum.*

Quid acceptius, quid delectabilius oculis fac
ſplendenti, lucida illa rota ſolis, qui hominem
homine generat, animalia, plantas producit,
tem adfert, timorem pellit, ſcientiam aduchit;
dum ſpecie illuſtrat, vt ideo dicamus ; *lucentem*
*mundum Coſmon*; O ſol! O claritas; canon operum
mi diei creationis mundi! Claritas , ſine qua ho
nulla conſummata lætitia accidere poteſt, quid
ceptius; te , qui omnes alias creaturas viſibile
acceptas?

Eccleſ.11 *Delectabile eſt oculis videre ſolem.*

Tobiæ 5. *Quæ conſolatio eſt mihi qui in tene*
*deo, & lumen cæli videre non valeo?* Sol, claritas
parabilis, quâ priuari, ſupplicium Ægyptiacum
O nitor , qui à tuo creatore luſtratus, ſpecioſ
bonus probatus; *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*
optima lux, quid te melius ſecundum tuam eſſen
verumtamen, moleſtus es, & grauis; mali prodes
te effectus; oculos perſtringis , præ dolore lach
educis, non ab omnibus, ſed lippis, ſed ægris, & d
bus.

D. Auguſtinus tomo 1. l. 7. Confeſſ. cap. 16.
*non ſano pœna eſt panis , qui ſano ſuauis eſt : & ocul*
*odioſa eſt lux, quæ puris amabilis eſt.*

*Non in rebus vitium, ſed in animo ipſo eſt,* inſit
mè quidam. Ita opes, ſecundum eſſentiam, vel im
re entis bonæ ſunt: noxiæ & pernicioſę malis. Ide
à Chriſto iure dicuntur contingentes, quaſi ob
eorum malitiam notaret. Quocirca non ſunt a
landæ bona abſolutè, ſine appendice, & reſtric
Quouſque verò tantum deſudabimus ijs inquire
ex quo non ſint vera bona , nec ſemper melior
ciant ſuos poſſeſſores? Adde; quod frequenter ſin
tamenta malorum? Quod parum aut nihil facia
promotionem gloriæ poſſidentis ? Quod De
damnauerit quaſi *ad metalla*? Quod Deus vincul
ſtrinxerit in abditiſſimis terræ viſceribus ; ne
calcarentur à nobis; ſed & ne eas pertimeſcerem

furias inſanas? Quid? Quod Salomoni pauori fuerint; quod Thebanus Crates eas excuſſerit, & poſſeſſas in mare merſerit alacri animo; plerumque animæ vitam adimant; nec ideo præſeruent corpus à morte, & anxietate; quod abſque ipſis vita poſſit duci, imò beatè, ac multò beatius quam cum ipſis; Quod ſorti ſint & fortunæ affines, adeò vt hodie demerſus Oceano opum, cras velis nolis, te miſſum faciant ipſæ? Ne deinceps dicatis Deo; dicatis, inquã, abſolutè cũ prodigo, *Da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit.*

Adhæc, ô vos docti, ſcientiarum admiratores; Docti, quos ceu paruos Deos colo, vt quidam aiebat; *Quotque aderant vates, rebar adeſſe Deos*; Docti, quos complexor & veneror; docti, firma fulcra, veri Atlantes, Hercules, vaſes Eccleſiæ Romanæ; non verto probró anxium illud veſtrum deſiderium adipiſcendi perfectam cognitionem rerum diuinarum, & humanarum, Eheu! minimè; vobis adhæreo; vna mihi & vobis cauſa eſt: vnicum rogo per veram ſapientiam Jeſum Chriſtum, per honorem, per volumina, per artes, per omnem ſcientiam veſtram, vt antequam apud Deum inſtetis pro theorica, operam naueris ſedulam praxi, timori & amori Dei, ſacroſanctorum mandatorũ eius exercitio. Studete, laborate, deſudate, algetote, vigilate inueſtigandis ſcientijs, fiat ita; ſit tamen initium, & abecedarium timor Domini. Dicite crebriò; geminate: *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me*: vt ſancta ruſticitas vos non compellat *doctos nebulones, doctam malitiam*: vt non dicamini ſtuduiſſe præpoſterè. Nunquam vobis excidat ſalubre conſilium deuoti, mellifluique Doctoris S. Bernardi,

*Ouid. 4. triſt.*

*Pſal. 118.*

Serm. 36. in Cantica: *Etſi quod in ſe eſt omnis ſcientia bona, quæ tamen veritate ſubnixa ſit. Sed tu, qui cum timore & tremore tuam ipſius ſalutem operari pro temporis breuitate feſtinas, ea ſcire prius, ampliuſque curato, quæ ſenſeris viciniora ſaluti.*

Ibidem: *Id ardentius quod vehementius ad amorem; id prius, quod maturius ad ſalutem*, diſcamus; ſtudeamus, non vt ſciamus ſolum, & gloriemur de noſtra

ſcientia; pudenda curioſitas iſta : ſtudijs operam
mus, non vt ſciamur & videamur; ſtulta foret va
litteris incumbamus, non vt venum exponamus
tia; quod eſſet quæſtus ſordidus; in ſcientijs
mus vt ædificemus & nos, & proximum; id
eſt, infit S. Bernardus in cantica. Ea eſt portio qu
contingit; id contingens noſtrum; iſtud è re Ph
phi Chriſtiani, Doctoris Euangelici eſt. Ja cum
dixerimus; *Da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me con*
*tingit*. Jte in pace.

---

# CONCIO DECIMA.

**Vulgata.** 2. 12. *Et diuiſit illis ſubſtantiam.*

**Græca.** 2. 12. Καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.

**Syriaca.** 2. 12. *Diuiſit itaque eis poſſeſſionem ſuam.*

## ARGVMENTVM.

*1. Quæſtio fusè agitatur, An hoc vel illud à D... tere liceat? 2. An bona temporalia poſtulari poſ... Num conſultum parentibus diſtribuere ſua... ſuas liberis ante mortem?*

1. SAtis otij per nos nactus eſt ſenex prodigi p... maturè conſuleret ſuper impudenti poſtula... filij, an cõceſſurus, an verò denegaturus ſit per... die obſeruemus ſedulò vt ſe habebit; ſpectemus... tam munificentiam, potius prodigalitatẽ, diu... animo prompto & alacri omnes ſuas facultates... pſarũ dimidiũ ei tribuentis. Inquiramus, an ben... feramus diſcurſum vtilem parentibus ſuper nim... rũ indulgentia, & ſupina negligẽtia in inſtructi... berorum. Dein, excutiamus quid denotet illa p... torum ſubſtantia; an benè Deus hominem cre... berum, pro ſubſtantia aſſignando liberum arbi...

**Propoſitio dicendorum in poſterũ.**

potens malum vel bonum operari, nemine cogente? An Prælatos Eccleſiaſticos, & Principes Catholicos concedere hæreticis libertatem (quam vocant) tam auidè ab ipſis expetitam, conſultum?

Aſt ſentio ſcrupulum, qui ad inſtar lapilli in calceis viatoris, iter mihi abrumpit, nec in eum terminũ progredi ſinit, nimirum; dubitari poteſt ſuper articulo ſuperiori, *Da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit*; quem etiam de opibus expoſuimus, An liceat petere à Deo abſolutè opes tẽporales, aut aliud quid ſimile? Qua educta glarea, aut trica, itineris reliquum percurremus facilè. Quia verò ſcrutari opera Dei arduum; prout decreui humiliter, quærendo, an Deus benè nos libero arbitrio donet? atque mollis, delicata, moleſta eſt hoc ſeculo, materia libertatis, quam totis votis expetunt hæretici, imploremus præſidium & opem ſancti Spiritus per interceſſionem ſacratiſſimæ Virginis Mariæ. AVE MARIA.

An liceat à Deo quærere quæ dicimus bona temporalia vt reſoluamus, Auditores, haud abs re fuerit paulò altius ſcandere, ad thæſem vſque & quæſtionem generalem, quæ talis eſt: An à Deo poſtulare determinando, denominando iſtud vel illud in particulari, ſit licitum? Hoc ipſum dubium adfert etiã doctiſſimus S. Thomas Aquinas. Videtur autem prima fronte quod non, ratione ignorantiæ & cæcitatis quæ in nobis eſt magnæ, per quam ſit frequenter vt ignoremus quid nobis ſit vtile.

*D Thom. 2.2 q 83. art. 5. Vide eundẽ l. 4 diſt. 15. q. 4. a. 4. Et opuſc. 3. cap. 140.*

*Plato lib. 6. qui eſt Alcibiades 2. vel de voto.* Magnum illud oraculum terrenum ſapientiæ humanæ Socrates, quodã libro Philoſophi Platonis, deſudat vt perſuadeat ſuo Alcibiadi vota & preces facturo, nihil diſtinctè & expreſsè à Deo petendũ, ſed ſolum in genere inuocãdum, vt proſpera tribuat. Rationẽ aſſignat Socrates, quod ignoremus quidnã bonũ ſit, & quod quis frequenter *ſeipſum fallens magna petit mala credens bona ſe petere* Legiſtis etiã ex S. Paulo, Rom. 8. *Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus*. Quare idẽ Socrates mirè extollit prudentiã Poetæ cuiuſdã, qui cũ amicos cer-

neret imprudenter ſibi petere noxia, rati... vtilia, orauit ex perſona omniũ hoc modo: *Iupiter optima quidẽ nobis & vouẽtibus & nõ vouentibus... mala aũt poſcentibus quoq; abeſſe iube.* Perpulchr... ces Ethnici & Poetæ ſubdentis ſeſe prouiden... prudentiæ diuinæ. *Rectè*, ait Socrates, *& caut... Poëta mihi videtur*; orans tutò pro conſultis... prudentibus. Celebrat quoque Socrates ibidem L... dæmonios, qui aut hunc Poetam imitati, aut p... pſos perſpicaces eandem tenent methodum ... tum publicis tum priuatis, rogantes ſolum N... ſibi cælitus mitti bona & honeſta *Orant Deos p... eum bonis ſibi tribuere, nec plura illos precari qu... ret.*

*Da bona, ſiue petare Deus ſeu nulla petare,*
*Et procul à nobis mala quæque petentibus a...*
*Et mala ſiue petare nega, ſeu nulla petare.*

*Vide Valer. Max. l. 7. c. 2.*

Addit, quod rogatus Ammo idolum, cur Ath... ſibus, ſuperiores eſſent in bello Lacedæmonij, c... li excederent numero, opibus, ſacrificiorũ & ... centia Lacedæmonios; reſpondit ſolum, ſimpl... clamationem & orationem eorũ ſibi plus plac... lennitate ſacrificiorum cæterorum Græcorum.

Multi petunt noxia, rati ſe petere bona.

Seneca l. 2. de beneficijs c. 14 *Sunt quædam no... impetrantibus, quæ non dare ſed negare beneficium ... ſtimabimus itaq; vtilitatem potius quam volunt... tentium.* Quantum malum poſtularit Oedipus... Socrates, orans Deos de regno litem à filijs ... cidi! videas, inquit, ambientes regna, quæ à D... tenta ipſis ſunt exitio & perniciei: vt Archela... cedonum Tyrannus, quærens delitias Imperiales... imitur ab eoſdem ambiente: & hic potitus pauci... bus, rediens perijt miſerè petitus ex inſidijs.

*Plato in Alcibiade.*

*Titus Liu. Deca. 1. l. 1.* Exuberat ab eiuſmodi ex... plis hiſtoria Romana. Quid aliud cernas aut ... quã Tribunos & Chiliarchas aut morti adiudic... aut in exiliũ pulſos, propter magiſtratum affect... quaſi bonum; Alios, partis inſignibus victorijs ca... nijs laceſſitos, tam per ciues quam gregarios; ...

expetant magis priuatam domi duxiſſe vitam, quam honoribus & magiſtratu vſos.

An forte idipſum intendunt Poetæ, dum referunt vota imprudentis Phaetontis, obſecrantis parentem Phœbum in perniciem ſuam, rati tamen multam gratiam, ſibi licere tenere clauum, & regere temonem currus paterni? Non referam coram vobis, qui huiuſmodi Mythiologias ad vnguem tenetis. *Eſt datum quod non eſt vtile.* *Ouid. l. 1. Metam.* *Eccl. 20.*

3. *Reg* 19. Probat Regum hiſtoria, narrans Zamri cæſo Helam Rege Iſrael regnum vſurpaſſe, aſt ſeptem regnaſſe diebus. vt enim in prælio ſe ab hoſtibus vndique ſeptum vidit; vrbem quoque ab hoſtibus captam, regiam ingreſſus ſpontaneo igne ſe ſuoſque abſumpſit. Ambijſſe & quæſijſſe regnum ceu rem optimam, nonne ipſi exitio fuit?

*Mat.* 20. Meminiſtis quæ Chriſtus diceret cognatis geminis ambientibus ſedes collaterales in regno eius, interuentu matris inſipientis, *Neſcitis quid petatis?* Notate ſedulò illud, *Neſcitis;* fit enim plerumq; vt neſciamus quid petamus. Quædam preces noſtræ non tam preces ſunt quam imprecationes, execrationes, & quod Græci dicunt ἀραὶ, Latini *Diræ*, verſus pleni peſſimis votis, iniurijs ducentibus in deſperationẽ, deſiderijs malorum; quales fuerunt Archylochi in Lycambem ſocerum; & Ouidij in Jbin. Etenim crebrò arbitrati nos petere precationibus noſtris bona, cupimus pernicioſiſſima. *Neſcimus quid oremus ſicut oportet. Neſcitis quid petatis.* Ac de quodam dicitur: *Oratio eius fiat in peccatum.* *Rom. 8.* *Matt. 20.* *Pſal. 108.*

S. Paulus tertiò rogans Dominum tolli ſibi Angelum Sathanæ ſtimulum carnis, quo ſine intermiſſione colaphizabatur, ſciebat quid peteret? An perniciẽ ſibi forte quærebat, quis nouit? An liberatus in arrogantiam & tumorem non incidiſſet? vt enim in humilitate ſtaret, datus erat illi ſtimulus ille quaſi fulcrum. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus Sathanæ qui me colaphizet.* *2. Cor. 12.*

1. *Regum* 8. Non videtur vobis Iſraelitica g
nuens humanum Imperium ſub Samuele, & fili
Iudicibus, ſed cupiens experiri pondus ſceptri
deoque petens à Samuele, *Conſtitue nobis Regem*
*dicet nos ſicut & vniuerſæ habent nationes*, ſtu
ſtituiſſe poſtulationem; maximè cum Deus
vice Regum tyrannides propoſuiſſet, *Clamabit*
*illa à facie Regis veſtri*, id eſt, propter iniuria
afficiet vos Rex veſter, *quem elegiſtis vobis, & n*
*diet vos Dominus in die illa*, *quia petiſtis vo*
*gem?*

*Æſopus, apologo* 19 *pag* 103. *editionis Plantin*
quæ plerumque proueniunt ex inſulſis noſtri
lationibus ſcitè depinxit doctus iuxta ac face
ſopus, *qui miſcuit vtile dulci*, ſcribens, ranarum
lum, liberum, & neminis parentem imperio
Iouem ſibi denominari Regem; initio riſiſſe
tandem importunis precibus victum conceſſiſ
peris demiſiſſe trabem ingentis molis, quæ p
ſuo lapſa fluuium concuſſit vſque ad ima: at
ranas trepidaſſe, Regem nouum ſummo appla
norificè ſalutaſſe; paulatim propius acceſſiſſe,
omni pulſo metu, ſalijſſe ſus deq;, hinc illinc
Regē inſenſibilē & immotū riſiſſe: demū non c
tali Rege denuò inſtitiſſe apud Iouem pro belli
magnanimi: Iouem eis aſſignaſſe ciconiam;
ſtrenuum nouum Regem inceſſu graui & f
obambulaſſe loca paluſtria, quot obuias habu
deligurijſſe ranas; ranas depoſuiſſe querelam,
num deponere rauca ſua coaxatione, aſt fruſtra
enim iugum ſubire Tyranni, quæ renuerun
rium clementis & humani Regis, petito ſtre
feroci. Fabulæ ſunt, inquietis, quis dubitet? Se
*dentem dicere verum quis vetat?* Ludens & ioca
videtur doctus ſeruus Æſopus pulchrè mon
quam perniciosum ſit à DEO quid petere
ctè?

*Ouid. l.* 11. *Metam.* Ingenioſus ille Vates in ſu
cellaneis antiquitatum myſticarum, narra

*Horat. in arte.*

dam Phrygiorum Tyrannum, ſupplicaſſe Apollinem, cui iura hoſpitalitatis comiter exhibuerat, vt quicquid attingeret (ô auarum & famelicum auri animum!) ilico in aurum mutaretur:

*ait, effice quicquid*

*Corpore contigero fuluum vertatur in aurum.*

ac poſtulatis potitum, ſi virentem contingeret arundinem ocyus in aurum conuerſam; ſi lapidem à terra attolleret, *ſaxum quoque palluit auro*. ſi glebam calcaret, auri maſſa fiebat; ſi ſpicas ad meſſem albicantes manibus premeret, auro ſplendebant; ſi malum carperet, aureum erat; ſi manus ablueret, aurum fiebant lymphæ, ſi ſtrata menſa panem, gallinaginem, perdicem contrectaret, panis, gallinago, perdix aurum optimum erant: merum in ore, ad inſtar riuuli aurei bullientis erat; adeo vt tandem percipiens nulla re poſſe expleri famem, & reſtingui ſitim, cupierit ineptæ petitioni renuntiare, & horrere cœperit, quod ardenter & auidè poſtularat. *Effugere optat opes & quæ modò vouerat, odit.* Acre ingenium, quodcumque illud fuerit ante Ouidium hac narratione non inſtruit nos nihil à Deo petendum in ſpecie, quod neſciamus quid petamus?

*Vide l. 9. Mythol. N. Comitis c. 15. in fine.*

Non recenſebo vt decrepitam anum pænituerit oraſſe Deum tolli è medio Tyrannos, dum videret poſtmodum ſucceſſorum tyrannidem excreſcere in atrocitatem; vt iure diceret: *Pater tuus cecidit nos virgis, tu autem cædis nos ſcorpionibus.*

*De Dionyſ. & Syracuſana decrepita narrat Epichar.*

Atat, non videtis vt magnus ille fidei protector Ferdinandus Dux Albanenſis deſideretur nunc, & forte ab iis, qui Deum rogarunt tolli ſibi & dixerunt; *Nolumus hunc regnare ſuper nos?*

*3. Reg. 12.*

Ego verò arbitrer plurimos rogare Deum, quomodo ægri medicos, vt ſibi propinent merum generoſum, cum potius habeant opus vnda & cremore hordei; vt præbeant aluum prouocantes; quibus reſtringẽtes potiones ſunt neceſſariæ. Petũt ab Hippocrate, à Galeno, à peritis medicis tale quid ſibi porrigi,

rigi, docentes cum ſue Mineruam; volentes inſt
peritos artis, quam ipſi ignorant.

Cumque tanta ſit ignorantia noſtra vt neſci
quid nobis ſit bonum & proficuum; rurſus Deu
bè nouerit; non videtur prima fronte indecens,
lare hoc aut iſtud à Deo determinatè?

Seneca lib 2. de benefic. cap. 14. *Exorari in*
*tiem rogantium ſæua bonitas eſt.*

Deinde, præter hanc primam rationem, vo
re ſpeciali non videtur impudenter vertere & fle
velle Dei voluntatem ad noſtram; Deo leges da
è contra, ſit cogenda voluntas noſtra, vt ipſius
tur, prout exemplo ſuo nos docuit Chriſtus di
agonia factus, *Verumtamen non ſicut ego volo, ſ*
*tu?* Et monuit ſic orare Patrem. *Fiat voluntas tua*
miniſtis verſus Dauidici; *Diabolus ſtet à dextris*
*oratio eius fiat in peccatum?* Nunquid Diabolic
tio, nec peccato vacua foret? Æquumne v
Deus. *Quid tibi vis faciam?* An non potius, vt dica
*Domine, quid me vis facere?* Si diſcuſſeritis iſta p
voſipſos, non concludetis ideò nihil diſtinctè
petendum, ſed cuncta in genere, quæ nim
bona ſunt nobis, quod à ſuo Alcibiade voleba
crates? Ita ſtatuetis in animis veſtris, hau
bito.

Valer. l 7. c 2 *Deſine igitur futuris malorum*
*cauſis quaſi feliciſſimis rebus inhiare, teq; totum*
*arbitrio permitte. Quia qui tribuerê bona ex facili*
*etiam eligere aptiſſima poſſunt.*

Porrò, nec omninò malè, nec prorſus benè
Socrates. Notabitis itaque mecum triplicis ge
res. Primi ſunt penitus malæ, vt vitia, peccata,
ctatæ vindictæ, homicidia, adulteria &c. Secũdi,
ra bonæ, quibus perperã vti non datur, & quar
uentus ſemper eſt bonus, vt eſt beatitudo æterna
ſunt media ad eã facientia, gratia gratũ faciens, q
*Ariſt. l. 3. de Repub. c. 7.* dicunt, virtutes, quibus nemo malè vti poteſt. *V*
*nulla ei, in quo ſit, exitium affert;* vt animus iuſta p
tudine peccatorum ſuorum mœrens, mens caſta, b

propoſitum;alia ſimilia honeſta, & ad ſalutem neceſſaria, quicquid nobis præceptum eſt habere; inſuper, quicquid continetur ambitu orationis dominicæ: *Miranda nimirum dona, dignaq; quæ tribuantur à Diis*, dicit Maximus Tyrus ſer.30. Poſtremi ſunt, quæ Græcis dicuntur *adiaphora* nobis *indifferentes*; poſſuntq; benè vel malè ſuccedere; & quibus benè vel malè vti poſſumus; vt ſunt opes, honores, regna, fœdera, ſanitas, remiſſio tentationum, & alia talia plurima, quorum exitus bonus, maluſuè eſſe poteſt.

Quantum ad penitus malas, norunt vniuerſi nullatenus expetendas.

Xenophon lib 1. de Cyri pædia: *Qui optant illicita, conſentaneum eſt hos æquè à diis optata non conſequi, atque ab hominibus non adipiſci , quæ illegitima rogãt.* Plaut in Amphit. in prol. *Nam iniuſta à iuſtis impetrari non decet; iuſta autem ab iniuſtis petere, inſipientia eſt.* Seneca, ep.10. ad Lucill. in fine. *Sic loquere cum Deo , tanquam homines audiant.*

Eas, quæ natura omninò bonæ ſunt, & quarũ nonniſi bonus poteſt eſſe vſus; item eas quas tenemur habere, nec non quas in ſe claudit oratio dominica, abſolutè & diſtinctè petere licet: ita enim Sanctis vſuueniſſe conſtat. Nonne canimus quotidie ſine appendice & reſtrictione, *Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Laua me ab iniquitate mea, Auerte* Pſal. 50.
*faciem tuam à peccatis meis Cor mũdum crea in me Deus. Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Et alibi: *Deduc me in ſemita mandatorum tuorum?* Pſal. 118.
Nonne ibi poſtulationes rerum determinatarum, abſque limitatione, ſeu conditione vlla? Nonne petit Salomon à Deo ſapientiam , ſine appendicis adiectione? Audite : *Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam , & noli me reprobare à pueris tuis.* Quare? Niſi quod iſtiuſmodi res natura ſunt ſalutares, nec malum ſortiri poſſunt euentum?

2. Quantum ad indifferentes ſiue adiaphoras, non ſunt abſolutè poſtulandæ: poteſt inſinuari neceſſitas, & deſiderium obtinendi eas, ſed adiectis his aut ſimi-

libus cõditionibus: *Si ita Deo videbitur*, ſi ad ſal[…]
animę faciat, appeto tale connubium, opto ſan[…]
ab ægritudine &c. Quis enim nouit, an ea ſit De[…]
luntas; aut ſi ſalutaris mihi ſit?

Matth. 26. *Pater mi ſi poſſibile eſt*. (ordinatâ […]
poteſtate, quâ vis quicquid potes) *tranſeat à m[…]*
*iſte*. Quapropter qui dixit *Orandum eſt vt ſit m[…]*
*na in corpore ſano*, ad medietatem ſapuit: namq[…]
mũ eſt petere mentẽ ſanam; ſed quod ſemper […]
pote ſano ſedem figat, non omnibus idẽ. Quo[…]
ſus huius ſinum reſtituere velis, addenda erit […]
ſtrictio: ſi ita Deo videbitur; & ſi ſanitas, diſp[…]
corporis bona, non obſit ſanitati mẽtis. Horat. […]
piſt. ep. ad Albium: *Quid voueat dulci nutricula […]*
*alumno, Quam ſapere?*

Quod ad Socratem, & eos quos celebrat an[…]
intendat à Deo poſtulanda nimirum bona, ex[…]
do ea diſtinctè & ſine conditione, optimè. Si […]
lit non peti adiaphora, addita quam diximus a[…]
ce, non dicit Socraticè, id eſt, ſapienter & verè: […]
que cũ D. Thoma & alijs, ante me, & mecum, […]
rogando enim vt diximus, aut nobis bona ſunt, […]
mninò non rogamus.

Ad hoc quod dicitur non flectendam Dei […]
tatem ad normam votorum noſtrorũ; ſed po[…]
ſtrum placitũ diuino ſubſternendum, ita […]
deo ſequitur nihil omnino rogandum à Deo, […]
nunc diximus modo: petendo enim ſalutaria, […]
dimus arbitrio diuino; qui nil aliud quã ſalutẽ […]
1. Tim. 2. optat. *vult omnes homines ſaluos fieri*: atque […]
indifferentia cum adiectione appendicis ſupr[…]
nil aliud volumus, quam quod Deus vult. M[…]
Tyrius ſer. 30. reſpondet Deus: *Si bona boni ca[…]*
*cape.*

Ex his colligimus, ſubſtantiam terrenã & op[…]
porales indifferentes, bonis, *adiumenta virtut[…]*
S. Ambroſius; *impedimenta reprobis*, *irritament[…]*
*rum*, poſſe poſtulari à Deo, dicendo: *Da mihi por[…]*
*ſubſtantia, quæ me cõtingit*, quæ me decet, quæ m[…]

penit;ſi ô Domine,ita dignabitur ſumma bonitas tua; & ſaluti animæ meæ conducat; ſi mihi inſtrumento eſſe quiuerit & medio, acquirendæ vitæ æternæ

D Thomas 2 2.q 83.art 6.in corpore. *Ex quo non petimus temporalia tanquam principaliter quæſita ſed in ordine ad aliud, eo ordine à Deo petimus ipſa vt nobis concedantur ſecundum quod expediunt ad ſalutem.*

Idem in concluſ eiuſdem art *Quanquam non principaliter ſecundariò tamen & quaſi organicè licet orando temporalia petere, ſicut & eadem deſiderare licet*. Sunt adiumenta & organa multarum virtutum opes;tolle, quis redimat captiuos;operiat nudos; eſurientes reficiat;inopes virgines(quomodo S. Nicolaus) honeſto matrimonio collocet;clauſtra ędificet. Iis ſublatis,deſinent iſta, haud ſecus ac ſine equo non equitatur;ſine ſtamine non texitur, ſine acu non conſuitur, ſine cibo non editur, ſine liquore non potatur. Sunt opes ad inſtar inſtrumentorùm ſexcentarum actionum virtutis.

Ariſtoteles l 1. Ethic.cap.8. *Fieri non poteſt, vel non facilè ſit, vt cui neceſſaria non ſuppetunt, is bona atque honeſta agat. Multa etenim & per amicos, & diuitias & ciuilem potentiam, quaſi per inſtrumenta quadam aguntur.*

Poſſumus quærere ſufficientiam, nec amplius,ad ſanitatem corporis,ad decentiam veſtitus pro qualitate perſonarum,ad ciuilitatem ſeruandam coram eis,quibus conuiuendum eſt.

D.Aug tomo 2.epi.121.ad Probam de orando Deum cap.6.circa med. *Sufficientiam vitæ non indecenter vult, quiſquis eam vult, & non amplius; quæ quidem nō appetitur propter ſeipſam ſed propter ſalutem corporis, & congruentem habitum perſonæ hominis vt non inconueniens eis cum quibus viuendum eſt. Iſta ergo cum habentur vt teneantur;cum non habentur, vt habeantur, orandum eſt.*

Nonne hoc ipſum monet petere Chriſtus hoc articulo, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie?* Matt 6.

Meminiſtis Salomonē quoq; à Deo rogaſſe, *Victui* Prou.30.

*meo*

*meo tribue neceſſaria*, Deumq́ue maximopere laud
eiuſmodi votum? Non vereamini ſupplicare & p
bona temporalia à Deo, ſuppoſita reſtrictione p
ta; nolite timere: intrepidè & ſine ſcrupulo Deum
cedẽtes in inopia veſtra, dicite: *Δός μοι τὸ ἐπιβάλλον
μέρος τῆς οὐσίας Pater, Chriſte Ieſu, da mihi portionẽ ſub
tiæ quæ me contingit*, Quæ conducit ad ſanitatem c
poris, ad decentiam conditionis, ſi ita tibi videtur
expedit ſaluti animæ meæ. Quæſo, ne vnquam a
lutè protuleritis: Adauge Domine, opes; aut ta
largire, quantas hic vel iſte poſſidet; honores pro
ue; fac me in ſeculo potentem, celebrem, admi
lem; aut quid ſimile, mera concupiſcentia mala,
verò deſiderio ſtudendi hominibus pro Deo: o
nim iſta fieret in peccatum.

D. Aug. tom. 2. epiſt. 121. ad Probam, cap. 12. *Q
tem dicit in oratione, verbi gratia, Domine, mul
diuitias meas, aut da mihi tãtas quãtas illi vel ill
ſti, aut honores meos auge, aut fac me in ſeculo pra
tem atque clarentem, vel ſi quid huiuſmodi eſt, & h
cit eorum habens concupiſcentiam, non id attend
ex his ſecundum Deum proſit hominibus; non pote
inuenire in oratione dominica, quo poſſit hæc vota
tare* Ecce glareã, qua mihi abripiebatur progr
quaſi ſublatam & comminutam; nunc expedita p
bus pergamus diſcutere conceſſionẽ patris, & re
ſum ad libellum filij prodigi; videamus an bene
buerit, vti promiſimus.

3. Eia, pater, ad te reuenio: nuper obtinueras o
deliberandi ſuper libello tam graui & momen
*Deliberandum eſt diu, quod faciendum ſemel*: non ve
ſti mente, vngues deglabrans ſuffixus caput, re
ſum quod es facturus? Ediſſerat vnico verbo Euang
liſta propoſitum & conſilium probitatis tuæ *& d
ſit illis ſubſtantiam ſuam*. Optimus ille, infit S. Luc
etſi nulla lege teneretur proprietariam hæredita
ſoluere; reconditis in theſauros, ſeſe exuere; atta
ne mœrore afficiat inſipientem hunc adoleſcen
vellicantem ſibi aures iugi ſua inſtantia & flagita

ne, præſtitit quod parentes alij plurimi abnuerent; abijt ditionibus ſuis *Aureliano & Argentorato*; *diuiſit illis ſubſtantiam ſuam*; cuique quod ſuum erat, partem ſuam virilem, (vt loquuntur Iuriſperiti) aſſignans: Siquidem ſecundum leges portio virilis dicitur, quando hæreditas filijs æqualiter diuiditur.

Ouid. 2. de Ponto: *Gaudia Cæſareæ mentis pro parte virili*
*Sunt mea, priuati nil habet iſta domus.*

Ita ſentiunt nonnulli Doctores priſci & recentiores.

S. Ioannes Chryſoſtomus tomo 2. hom. de hac re, initio: *Innuere videtur datam ſeniori ex dimidio paternæ ſubſtantiæ portionem.*

Chryſolog. ſer. 4. de Prodigo: *Tunc cum frater iunior dari ſibi ſubſtantiæ peteret portionẽ, pater ambobus mox fratribus totum diuiſit.*

Thomas de Trugillo in ſuo Theſi ſerm. de prodigo: *Petente vno, ambobus diuiſit, vt ſcirent filij quod ante tenebat non fuiſſe auaritiæ, ſed amoris.*

Diuiſit illis omnia bona ſua, tam quæ à maioribus hæreditario iure acceperat, quam quę labore & induſtria acquiſierat; tam quæ ipſi ex dote vxoris acceſſerant, mobilia, & immobilia, quam quæ alio quouis iure poſſidebat, ceu pater æquus, æquè diligens quos æquè genuerat, alterum non abdicans; nulla diſcordię inter ipſos iaciẽs ſemina, pares fecit. Quid ſentitis Auditores, de ſene iſto; ipſi eſt iacta alea; ſed an prudẽter? *Quale ſit quæritur.* Sapienter quis pater hunc imitaretur? Dicerent nonnulli æquum (ſi modò prudentes & conſulti ſint liberi, & parentibus ſuperſint neceſſaria ad victum & veſtitum pro decentia conditionis) & conſultum, vt penes liberos eſſet adminiſtratio & vſus patriorum bonorum, aut vt inuitentur quandoque conſanguinei, aut vt excipiantur comiter exteri, & ad alia tum vtilia tum honeſta. Exinde, reſultarent tria bona, duo prolibus, tertium & optimum parentibus. Primum, incrementa capeſſeret amor in parentes filiorum, qui illis adminiſtrationem familiæ pede-

*Vide Step. Guazzũ l. 3. de mutua & ciuili cõuerſatione.*

pede-

pedetentim excutientibus, in locum ſuffecti ge-
rent; & amplius ſe teneri pro eorum incolumi-
ſalute, pro diuturniori vita vota perſoluere arbi-
tur; ea non obſtante quo minus ſumma rei, & h-
tas ad ſe deueniret; alioqui frequenter euenit, q-
Ouid. l. 1. metam. 11. *Filius ante diem patrios inquirit in annos.*

Deinde, conſultum eſſet prolibus: namque-
concedentibus parentibus, non haberent nec-
mendicare tutores & actores diſpenſandis reb-
ceu animalia ferocia, needum cicura; longo-
rum vſu, cuncta ipſis explorata eſſent; imbu-
ad hoc oculo, diſciplina, prouidentia parentis,
nomię ſuſceptio non ipſis eſſet noua & anxia, p-
ptiores & alacres fierent longo experimento,
funera patris; omnem hebetudinem animi &
tatem pellerent maturè.

Denique, parentibus accederet maxima vol-
& animi tranquillitas, ereptis à fluctibus ſæuis,
ctatione rei domeſticę; ſolutis à cõtrectatione
tarum ſpinarũ; cernentibus ſenectutis ſuæ baſes
cra promptos & expeditos diſpenſandis feliciter
domeſticis, vti & ipſi ſuo tempore. Hinc miris
bus extollunt nonnulli Ptolomæum filium La-
quõdam Tribunum ſub Alexandro Rege Aegy-
viuens & ſoſpes, regnum Philadelpho nato ceſſi-
dens, nihil ſibi beatius accidere poſſe, quam Reg-
nitorem eſſe. Similiter, mirum in modũ adau-
tiam ſempiternam inuictiſſimi Cæſaris Caroli Q-
Ioã. Mol. militia ſacræ ca. 74. ti ſemper Auguſti; Auguſti ſignanter contemp-
perij & Regnorum, qui annos quadraginta nou-
tus, filium Philippum ſuffecit Regem Hiſpani-
& totius Belgij Dominum; & ſeptem menſibus
2. Par. 23. fata, Imperium fratri conceſſit. Idipſum vide-
ſeruaſſe Dauid, de quo in Paralipomeno: *Dauid*
*& plenus dierum, Regem conſtituit Salomonem*
*ſuum ſuper Iſrael.*

Quo ſi parentes nõ cedãt bonis, ſed ad extre-
vitæ ſpiritũ poſſideant manu armata & forti, n-
ea ambiũt liberi, ſed & inſidiãtur, obſidẽt, obſer-
cultates patrias, quas ſibi vendicare contendu-

ſuas, & aliquando ſibi debitas; peroptantque parentũ mortẽ. Deinde vbi fato ceſſerint genitores, acceptã ducunt hæreditatẽ nõ parentibus, ſed morti, per quam inſcribuntur hæredes: videtur ipſis parentes vixiſſe de more porcorũ (ſalua veſtra Reuerẽtia dixero) inutiles fuiſſe vt porci, a quibus nec lac, nec lana prodijt vnquã; obijſſe vt porci, paſcẽdo botellis proles, vnaquaque prædam cõſequente in morte eorũ. Hac ratione perſuaſi Reges complures, ſceptra, & diademata abiecerũt ſuffectis ad ea filijs, vt Coſdroas Rex Perſarũ, qui Medarſem filium ſubſtituit in Imperio; ſimiliter Sennacherib, & alij plurimi, de quibus tã ſacræ, quam prophanæ hiſtoriæ. Quot Antiſtites ſacri & Abbates, ſibi delegerunt optiones (coadiutores vocant?) Quin hunc eundũ ordinẽ ſequutus eſt Pater cœleſtis, miſſo vnico filio ſuo Ieſu Chriſto ſeruatore noſtro in hęc inferiora cum *poteſtatis plenitudine*, in cęlo & in terra; cui poteſtatem dedit iudicandi, & abſoluẽdi; procedendi pro arbitrio aduerſum impios Nunquam legiſtis, *In hiſtor. exaltatione S. Crucis.*

Matth. 28 *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra,*

Matth. 11. Lucæ 4 *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.*

Ioan. 5 *Pater non iudicat quemquam ſed omne iudicium dedit filio?*

Optionem & cooperatorem inſuper ſe prædicat.

Ibidem: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.*

Ibidem: *Sicut Pater ſuſcitat mortuos & viuificat; ſic & filius quos vult viuificat.*

Ad horum normam prudenter fortè annoſus parẽs ſe habuit: verum audio ſcripturam ſacrã ſecus longè ſonantem: aurem poſcit placidam, attendamus.

Eccl. 33. *Audite me Magnati & omnes populi, & rectores Eccleſiæ auribus percipite: Filio & mulieri fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua, & non dederis alij poſſeſſionem tuam; ne forte pœniteat te & depreceris pro illis* [alius interpres; *Ne pœnitentia ductus ſupplex eadem repetas*] *Dum adhuc ſuperes & aſpi-*

aſpi-

*aſpiras, non immutabit te omnis caro.* (alius Inter
*Non immutabis teipſum omni carni.) Melius eſt*
*filij tui te rogent, quam te reſpicere in manus filior*
*orum.* Quantum oraculum ad inſtitutum
Non percipitis populi ſententiam concinere
diuino , non eſſe nimirum collocandum ad
quod manibus tenetur? Nunquid non hoc loco,
*populi vox Dei?* Deus ſiquidem & populus in ho
chrè concurrunt.

*Eraſmus adag. Chiliad. 3 centur. 9. adag.* 38. G
fortè huius oraculi, diuini & humani voce inſ
Dauid Epiſcopus Traiectenſis, vir quâ pietate,
doctrina & prudentia inſignis, Burgundionum
Philippi filius, ſuadentibus , vt ſibi opem
per Epiſcopum deſignatum , ſenectute grauis &
bellis conſtanter abnuit. Quod vero conſilium
perplexa, pugnantibus rationibus vtrinque;
emplis pulcherrimis, ſuadentibus partitionem
ditatis liberis ante fata, prout conſtat annoſum
prodigi patrē præſtitiſſe; hinc, oraculis celeber
& tot hominum obſeruatione?

Ego ſane non video quî ſoluatur nodus, niſi
ctione inſigni . Aut enim liberi ſunt boni, aut
aut mediocrer, i. penitus boni , nec omnino
Abſolutè probis conuenit ſententia prima, qua
itur conſultum liberis permittere diſpenſatio
cultatum patriarum, vti dictum eſt . Omnino
reſpicit ſacrę ſcripturæ oraculum. De medijs ſen
tiam mox noſtram pronuntiabimus.

Itaque, operæpretiũ fuerit, vt parentes ante bo
diſtributionem explorent liberorum propenſi
& indolem, & longo vſu eorum ingenia obſeru
probos, in parentes benè affectos, aptos & capa
diſpenſationem ſibi credendorum deprehend
(quæ ſupponit ſupra poſita opinio prima) cum
nes bonos præfatos credatur ipſis adminiſtratio
tis bonorum, maximè, ſi matrimonio iuncti, pa
cedant domo. Id obſeruandum ne peruertatur
naturæ, inſit Albertus Magnus . Dicit Philoſ

Phyſicus, proles è corpore patrio eductas non ſpernendas cum portione ſubſtantiæ eius in generatione; adeoque non abſoluendos domo & cibo patrijs, ni facultatum eius portionem decentem obtinuerint. Nō expedit verò totum committere eorum arbitrio; nec tāto cū imperio, vt annoſi & imbecilli parētes cogantur penuriā pati ſub vitæ terminū; ſed conſultius, aut ius potiſſimum in eas, aut non infimā portionē reſeruent ſibi; vt ſi fortè liberorum prudentia desineret tandē in veſaniā; & prima illa pietas, propenſioq; in parentes, conuerteretur in barbaram ingratitudinem, quod fieri poteſt; poſſint liberè & tutò parētes cōfugere ad ea quę poſſident, nō interpellata ſobole: ne quoque libertas effuſa & authoritas nimia inſolentiores efficiat. Et arbitrer *Dei* Spiritum aliud non velle ſuo oraculo, niſi vt reſeruetur pomū ſiti occurrenti; id eſt, vt parentes, ex dominis ſuārum facultatū, omne ius ſuum in eas ablegando prorſus, nō fiant ſerui proliū, *mendicus filiorū*, ait quidā. Quis enim credat Deū prępedire & ſuſpēdere hactenus nominatos effectus bonos, æqua hac, quam adferimus, indulgētia? Aut concurrere ad allegata inconuenientia, quæ vt plurimū eueniunt nimia tenacitate parentum? Tēperat porrò Deus oraculū ea ratione, vt parentes non inueniātur, *in puris nudis*, quo tempore alieno magis egent auxilio. Ac vtinam ſenex noſter hocce oraculum obſeruatione diligentiori attendiſſet. *Quin. declam. 5.*

Si verò dum ſedulò explorationi liberorū inſiſtunt, obſeruarint parentes ex motu ſubito, & acri, quādam animi febrem, & diſtemperamentum affectus; amorē filialē non iunctum prudentiæ; ſeq; probabiliter emēdicaturos à filijs, ac forte duram paſſuros repulſam (quod narrat Quintilianus contigiſſe) vnde ſibi ſuppeteret anſa euellendi comas, & cum Deo pariter quęrendi:

Iſa. 1. *Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.*

Deut. 32. *Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus: Dereliquit Deum factorem*

 *ſuum,*

*ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo*. tū videāt, ne
tiam ſuā transferāt; teneant, ſequanturq; rigor
nis Eccleſiaſtici; ad extremū vſq; ſpiritū non
Eccli. 33. quæ poſſidēt, *Ne fortè pœniteat, & deprecem*
Opiniōnē vulgi ampleɛtātur, nec admoueāt
quod manibus premunt: non deponant ad p
iuſmodi nefariorū, ſed *ad pedes Apoſtolorum*,
Actor. 4. filiorū, quos decet inſcribi hæredes: nec. n.
tur Apoſtolos illi de quib. fertur, quod, *Di*
*ſingulis prout cuique opus erat*. Nō aſſignarent
Eccli. 33. ti, quantum opus habet. *Melius eſt vt filij tui te*
*quā te reſpicere in manus filiorum tuorū*. Nihil
ſi iſtiuſmodi liberorū inceſſat animū libido p
di exteras regiones, excuſſo patriæ ferulę iug
rē dimitti ceu ſcorpiones, reliquā infecturos
inſtructos honorario, ſiue neceſſarijs aditer;
poſſint ſibi honeſtè, prouidere vbi peruener
ter inſtituerunt.

Nō legiſtis Abraham ad inſtantiā vxoris Sa
ciſſe iure domo ſua filiū Iſmael (quanquā ęgro
ɛtanteq; animo) deriſorē moleſtum? Dicūt en
bræi quidam; Cum faceret Abraham magnū c
uiū; omneſque congratularentur q̄ Dominus
ɛtute dediſſet illi Jſaac, filium ancillæ deriſiſſe
ſannaſſe illos, idque Sarā marito indicaſſe) &
cordia motum inſtruxiſſe matrem neceſſarijs
Gen. 21. tam ſibi quam puero? *Surrexit Abraham man*
*lens panē & vtrē aquæ impoſuit ſcapulæ eius, trad*
*puerum, & dimiſit eam*. Jta ſuaderem parent
gere cum liberis, quandoquidem nec poſſibile
Ouid. 1. Metam. bonum ſit cohibere eos in domo patria; *ne p*
*cera trahatur*, vt ait quidam. Nec eſt cur torq
parentis animus, ſi conſideret conſultum euel
Rhacones bis nominatur apud Ælianū, noń Rhacoces; duos & ſentes. quo gramina vberius capiāt alim
à terra, nec ſuffocentur ab illis. Jn ſimili cauſa
cet parentes maiorē pietatē quā Rhacocem
Mardum, qui ipſe natū Cartomē ex ſeptē natu
rē adduxit in iudiciū, accuſauitq; effrontis au
& inſolentiarum. Rogatus autem à Rege Per

Artaxerxe, ſupplicij nati num ſpectator eſſet futurus; quidni, ait, intrepide. Reſcindente a lactucis agreſtia & ſuperflua folia, abſit vt lactuca parens doleat, quin vegetior aſſurgit, & ſuauior euadit: ita, inquit, ô Rex, vbi videro familiæ meæ perturbatorem, & vitæ fratrũ ſcandalum perire, ac ne deinceps noceat, è medio tolli, illuſtrior ero; beatiorq; euadet familia mea.

*Ælianus lib. 1. var. hiſt. c. vlt. de hoc Rhacoce.*

Neutiquam; non ferat moleſtius parens migrantẽ Iſmael; ex quo nõ conducat Iſaacis communis cohabitatio; ex quo Iacob haud benè cum Eſau eſſe poſſit. Deinde perſuaſum habeat genitor probabiliter, ærumnis, labore, inopia ad ſaniorem mentem rediturum; quod & in prodigo videbitur.

Ad mediocriter bonos, media vterer (dico) æquitate, non parcens neceſſarijs, licitis, honeſtis, quò manſuetudinis & comitatis illyrio ineſcarẽtur: nec admitterem ad diſpenſationem rerum, ne licentia nimia effunderentur magis. En iudiciolum meum.

Itaque, optime ex parte genitor. Errauit etenim, quod ingenium eius non explorarit, propenſionem non obſeruarit; an ſcilicet idoneus eſſet diſpenſandæ hæreditati; an mitis & pius in parentem.

Quintil. declamat. 5 *Ego verò tunc*, dixiſſet, *non mores liberorum, menteſq; tractaui?* Errauit, cum medicis qui conſtituunt Recipe priuſquam explorati ſint arteriæ pulſum, & vrinale conſuluerint; ægri conſtitutionẽ omninò inquiſierint: errauit, quis dubitet? Quãquam verò indolis optimæ nato, non debuerat omnẽ hæreditatem concedere, ſe omnibus ſoluto, ac in *puris & nudis* relicto. Atq; ad normam noſtrorũ canonum, omne ius à ſe abdicaſſe transferendum in filium non debuerat; nec ei tã prolixum texere funẽ, quo ſe cæno & profundo omniũ ſcelerũ immergeret. Inconſultè fecit ſatis deſiderijs effuſis adoleſcentis diſſoluti, & importuna inſtantia victus petitis annuit: aſperis verbis, aſperioribus flagellis excipiendus erat hæreditatẽ ſubire auens ſuperſtite patre, præter omnẽ rationẽ, & æquitatẽ, & poſſidere id in quo ius nullũ inſtituere poterat; quis ignoret? Hinc eſt enim quod leges caueant

[*Vt Caue-*] teſtamentum filijs facere; furtique haberétur
[*tur. C.*] ſcijs, aut inuitis parentibus quicquam vſurpa
[*Qui teſtā.*] veriſimiliter præſumeretur parentibus non d
[*facere poſ-*] te.) Peccauit certè; nā apertis ſignis prodeba
[*ſint. L. Se*] cens pietatem & amorem in parentes deficer
[*niū quidē*] Caſtigandus potius fuerat, & mœrore ex hoc
[*§ filius.*] dus, quam liber dimittendus; vnde cauſam ha
poſterum acriores experiendi dolores, ob
toſiores: aptius pecuniam applicaſſet emend
& virgis, quibus domaret ferocem, & ad me
gem reduceret. Conſultius præceptorem rig
ciuienti mercede conduxiſſet. *Stultitia colliga*
[*Prou. 29.*] *corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam.* Item
*atque correctio tribuit ſapientiam.* ait Salomon.

[*Terent. in*] *Plato de Legib. dial.* 7. Puerum eſſe omni be
[*Phor. Ari.*] tractabiliorem, atque omnium beſtiarū & inſ
[*5. moral.*] mā, & petulantiſſimam ait; itaq; multis eſſe fr
[*Pind. Ol.*] ciendam. Eheu! *Quod factum eſt, infectum fieri*
[*hymno 2.*] ait quidam.

Verum in hac ſua imprudentia, bonitatis
cimen exhibuit parēs: quin in eius inſipientia
la deprehēditur prudentia, in eo quod Iſmael
ſuum peruertentem domo dimiſerit: anguem
tum, ſcorpionem domeſticum, à quo virus
one tollere potuerat, elabi paſſus eſt, ne forte
vniuerſam inficeret familiā. Ac vtinam ſolus
caſſet pater, nec multos ſequaces, imo præcurſ
beret! O Deus, quot genitores præmaturè, ne
contingat, ciuſmodi prodigis laqueum inijci
quo demum in crucem agantur; nummos &
concedendo, quos non ignorant in chartas, al
oſque ſortis ludos, in cauponas, qui non dicam
naria, conſumi! O genitores! vt ſatius foret
tatem prolis à vobis exulaſſe, quam ferre, vt
licentia ducant dies liberos! Quam eis omni
rum fomitem, aurum & argentum ſubminiſtra
orum manibus enſem & capiſtrum committe
ſeſe ipſi perimant, quos noſtis à mente alieno
bundos! O crudelem miſericordiam! ô immi

mentiam! vt enim ſæuitia pia datur, ſic & pietas ſæua. Meminiſtis verborum ſanctorum Patrum Hieronymi & Bernardi? Legiſtis ni fallor, qui ſcripta Patrum voluitis; vbi agunt de pia ferocitate, & feroci pietate.

D. Hieronymus epi. ad Heliodorum: *Per calcatum perge patrem ſiccis oculis ad vexillum crucis euola; vnum pietatis genus eſt hac in re eſſe crudelem*; ſi ſcilicet, parentes reuocantes filios à via ſalutis contemnantur.

D Bernardus apol. ad Gulielmum Abbatem: *Talis miſericordia crudelitate plena eſt, qua videlicet ita corpori ſeruitur vt anima iuguletur* Non legis Chriſtum de immoderato hominum amore in ſeipſos differentem, vocitaſſe perditionis cauſam; ac ſi dixiſſet amorem & pietatem crudelem. *D. Bern. vocat alibi Adamū pernicioſè miſericordē, & pernicioſè crudelē.*

Matth. 16 *Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam* Contemptum ſui verò, dicit animæ cuſtodiam, ac ſi nobiſcum piam crudelitatem adſtrueret. *Luca 9.* *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternā cuſtodit eam.* Parentes igitur illi nō erūt cenſendi immitè miſericordes, qui vt filios ęternum perdant, largiuntur ipſis, quicquid eorum effuſa libido ſtultè expoſcit? Qui correctione & animaduerſione emendatos nolunt? *Ioan. 12.*

Prou. 13 *Qui parcit virgæ odit filium ſuum; qui autem diligit illum inſtanter erudit.* Alius Interpres, *maturè diſciplinam adhibet.*

Aegrumne diligeret medicus, qui cauterio, nouaculæ, pulueri neceſſarijs parceret, & aut perire, aut cicatrice deformi, aſpera obduci pateretur ſtrumæ vulnus, ſubtrahendo rigores illos mites & miſericordes? vos ipſi iudicate. Dum hæc animo diſcutietis, reſpirare aliquātulum per vos licebit, quo acrius impetam nimiam indulgentiam quorundam parentum: ſiquidem ſummis viribus obſideri & expugnari digna eſt. Ite in pace.

# CONCIO VNDECIMA

*Vulgata.* 2. 12. *Et diuiſit illis ſubſtantiam.*

*Græca.* 2. 12. Καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.

*Syriaca.* 2. 12. *Diuiſit itaque eis poſſeßionem ſuam.*

ARGVMENTVM.

*Diſcurſus continuus ſuper educatione & inſtructi liberorum, per modum ſecundæ partis conc. præcedentis.*

QVoniam nimiæ indulgentiæ parẽtum in p & inſtructionis debitæ defectus ægritudo mire Reſpub. nunc omnis generis medicamina & tidota opponere, quæcumque repereto in aroma rijs & voluminibus Chriſtianorum, in officinis lòſophorum & Oratornm Ethnicorum, tanto eſt animus. vos autem, obſecro, faciles præbete, deri volenti, attendite, & gerite morem. Nec enim tis eſt medicum dare præcepta, & de conſtitution gri ſapienter diſponere; ſed & ſeduli ſint adſtantes lum propitium, ac ſuper omnia, aurem præbeat, reat infirm⁹ cõſtitutionibus Phyſici oportet, ait gnus ille Hippocrates. Itaque, Auditores, aurem placidam & parete, dum pro virili contendam greſſum præcludere ſerpenti, rodenti, augmenti menti cancro; *Extremis morbis, extrema remedia* iunt.

*Hipp. in aphoriſ.*

Vt in bello defenſiuo aggeres comportantur, pugnacula exſtruuntur pro quantitate & quali hoſtiũ; & vt nauigaturi mare periculoſũ eligũt ma res minoreſuẽ naues, pro iudicio & ſignificatu peſtatis fluctuumq́; ceruicibus ſuis imminentiũ ad menſurã & proportionẽ atrocis mali, opus eſt gno remedio. Quid vero periculoſius pernicioſ

corpori Reip. ſegnitie ciuiũ educandis, inſtruendisq; liberis? Quid nocētius, nimia indulgentia parentum? Eia, ad remedia, ad magna remedia conuolemus.

Inprimis aduertite, ô parentes, educationem primam liberorum, liberalem, vel perditam tam altas figere radices, vt alia nunquam euadat, quam quæ fuerit in principio; ni nos fallat ſapiens Salomon; dicens;

Educatio prima liberorum manet ſemper.

Prou 22 *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea;* Aut fallitur Jeremias vates, aſſerens;

Cap. 13. *Si mutare poteſt Æthyops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas; & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malũ;* Aut Hippodamus Pythagoræus me decipit, qui ſic ait: *Fundamentum Reipub adoleſcentum educatio. Haud enim vnquam vites vtilem fructum protulerint, quæ non benè ſint exculta: nec vnquam pulchri fient equi pullorum educatione neglecta.* Aut Plato & Seneca Philoſophi penè Euangelici, neſciunt quid delirent, dum inter cætera aurea dicta ſic ſtatuunt:

Plato Dial. 4. de Repub. vel de iuſto, poſt initium: *Apparet (ô Adimante) quale cuiuſque fuerit puerilis educationis initium, talia etiam fore quæ ſequuntur. An non ſimile ſemper ſimile prouocat? Cur non? Ac tãdem dicendum eſt in vnum aliquod ſummum & potens ſiue bonum ſiue malum deſinere.*

Martinus Epiſc. Dumienſis, non Seneca, li. de moribus: *Educatio & diſciplina mores faciunt, & id ſapit vnuſquiſque quod didicit.*

Aut mirandus ille iurium dator Lycurgus ſtulteſcebat, proferẽs in foro canes geminos vnius cõcept⁹, vt aiũt quidã, vel diuerſorum vt volunt alij; alterum de genere moloſſorum cuſtodię domus deſeruientiũ; alterum venaticum; vtrumq; educatione diuerſum: quorũ vnum venationi aſſuefecerat præter naturam; alterũ, quẽ natura hæreditariè deputarat venationi, culinæ addixerat. Ita imbuti, & inſtructi, alter ad venationẽ ſibi præter naturã, ad offam alter adducũtur

in forum ſpectante populo: profertur panis [illegible] tus hinc, hinc lepus emittitur; venaticus natura, [illegible] longo vſu venationis oblitus irruit in offam; [illegible] ſus educatione venaticus prædam inſequitur. [illegible] Lycurgus: En ciues, vt differant canes bini, qu[illegible] uerſa ratione enutriti; quantum præſtat educat[illegible] ficiendis ſtudioſis, naturæ quantumuis ſedulæ [illegible] duſtriæ; quin valeat vſus & cõſuetudo. Arbitrer[illegible] deliraſſe legislatorem illum. *Plut. tom. 2. mor. in [illegible] Lacedæmon. Eraſm. l. 1. apopht. in Lycurgo apopht. [illegible] chimus Bellaij Orat. ad Regem ſuper quatuor [illegible] Galliæ.*

Xenophõtem olim dictũ Atticam muſã ob ſuauitatẽ & facilitatem eloquij, *ait Laert. l. 2. de vitis Phil.*

Aut ſapientes illi & circumſpecti Areopagit[illegible] nium cenſores aberrabant, omnium inſtituto & [illegible] ribus inuigilantes, de quibus,

Iſocrates in Areopagitico: *Curabant Areopag[illegible] omnes ciues, tum verò adoleſcentes imprimis. vide[illegible] nim eam ætatem turbulentiſſimũ affectibus agita[illegible] plurimis redundare cupiditatibus.* Et paulo poſt: *[illegible] bant. qui liberaliter edocti, & magnitudine anim[illegible] aſſuefacti eſſent, in ſolis illis reb. perſeueraturos.* Aut[illegible] Attica, inquam, grauis ille Philoſophus, & ſtre[illegible] Athenienſium dux Xenophon, iniquè extolle[illegible] ges Perſarum, quæ omnem viam præcludunt c[illegible] anticipatione, ne in ſcelera ruant; prouidendo p[illegible] in annis, vt non ſint improbitatis, aut flagitij cu[illegible] cupidi; conſtituendo forum (quod liberum dic[illegible] tur) quadripartitum, infantibus; duodennalibus, [illegible] decimum quartum vſque annum; viris; decrepiti[illegible] comparebant (infit Xenephon) infantes, & viri, [illegible] mo diluculo; adoleſcentes ibidem excubabant [illegible] cti armis, demptis vxoratis. Ibi infantes haud m[illegible] rem nauabant opem æquitati & virtuti ſub pr[illegible] bus duodecim ex conuentu ſenum & proboru[illegible] lectis, quam nos lectioni, & ſcriptioni. Ibi pal[illegible] tæ ſub magiſterio & diſciplina duodecim [illegible] rum præceptorum, ex vniuerſo cœtu virorum [illegible] nuorum aſſumptorum exercentur; cubando [illegible] nuda humo, tam ad vrbis cuſtodiam, quã vt tẽp[illegible]

*Xenoph l. 1. de Cyripædia, prope principium. Plato in Alcibiad. ait*, adhiberi 4. pædagogos regios, vni inſtruẽdo primogenito Regis Perſarũ ann. 14

tię aſſuefiant: partim ſtationes habent; partim Regem iturum venatum ſequuntur ( eſt autem venatio germanum belli tyrocinium ) inſtructi arcu , pharetra, gladio, ſecuri, binis ſpiculis, altero, quo remota, altero, quo proxima feriant; ibi diſcunt pati, & omnibus ad bellum requiſitis aſſuefiunt : aut perperam deſpiceret idem Xenophon Reſpub. & ciuitates, quibus furari, rapere, in exterorum ædes vi irrumpere , iniuſtè cædere, mæchari, conſpirationes in Principem machinari , nefas; fas autem parentibus pro arbitrio proles educare; iiſdem prout libuerit, viuere; quaſi permittendo lolium, omneque gramen noxium, aut euellēdum, aut præſciadendum vbi radices egerit altas & inualuerit; ni arbitraretur primam impreſſionem morum difficillimè mutari; Aut verum forte non eſt loquutus moralis Vates, qui verſum hunc omnium ore tritum cecinit, Horatius lib. 1. epiſt.

*Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem*
*Teſta diu.*

Quintil. l. 1. inſtit. c. 1. *Sapor, quo noua imbuas, durat.*

Aut prudens ille iuuentutis inſtructor Quintilianus, ſe ipſe & lectores ſcriptorum ſuorum fefellit, inquiens vbi ſupra: *Natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percepimus*; Et vt ait quidam;

*Ars fit, vbi à teneris crimen condiſcitur annis;* *Ouid. in epiſt. Heroid. Phædra ad Hippolit.*

Aut poſt ipſum ſomniauit D. Hieronymus, qui ad Lætam de inſtructione filiæ ſcribit: *Difficilè eradicatur quod rudes anni perbiberunt.*

Experimento comprobatur vulturem & aquilam enutritos carne leporina, aut capreina, non alteri inhiare prædæ.

Ciconia primis diebus anguiculis & ſerpentibus enutrita à parentibus, adulta, aliam non ſectatur prædam, Legito priſcum Satyricum, canit namque; *Iuuenal. Aquinas ſatyra 14.*

*Serpente ciconia pullos,*
*Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta*
*Illi eadem ſumpti quærant, animalia pennis.*
*Vultur iumento, & canibus, crucibuſque relictis,*

*Ad fœtus properat, partemq; cadaueris affert;*
*Hic eſt ergo cibus magni quoque vulturis & ſ*
*Paſcentis propria cum iam facit arbore nido.*
*Sed leporem aut capream famulæ Iouis, & ge*
*roſæ*
*In ſaltu venantur aues. tunc præda cubili*
*Ponitur. inde autem cum ſe matura leuabit*
*Progenies ſtimulante fame feſtinat ad illam*
*Quamprimum è rupto prædam geſtauerit ou.*

Horatius libro 1. epiſt. ep. 2. ad Lollium: ...*Ve*
*naticus ex quo*
*Tempore ceruinam pellem, latrauit in aula,*
*Militat in ſyluis catulus.*

*Ariſt. l. 3. Ethic. cap. 10.* Vniuerſus orbis ſequutus Ariſtotelem clamat: *Con*
*ſuetudo eſt altera natura.* vel; *Ad naturam proxime ac*
*dit conſuetudo*: vel; *Conſuetudo alterat naturam*; in
differens tantum quod natura ſemper eſt, conſuetu
ſæpè. Aſt quis neſciat naturam expelli nunquam, n
dum fuſtigatione? Vulpecula, non poteſt non eſſe d
loſa: leones etiam cicures, magnanimitatem, & a
*Horat. in epiſt.* ſtum præſeferunt. *Naturam expellas furca, tamen*
*recurret*; Pindarus in Olympijs, hymno 11: *Natu*
*genium, natiuamq; indolem, nec aſtuta vulpes, nec*
*ualidi leones mutare quiuerint.*

Idem ibidem hymno 13. *Difficile eſt occultare na*
*tuos mores.*

Si igitur mutari nequit natura, & conſuetudo; n
aduertitis, quo modo liberos educabitis, ad cond
eorum naturam flectetis; eoſdemq; permanſuros ſe
per? Si à rudibus annis virtuti aſſueſiant, ita virtu
induent naturam, vt exinde inepti fiant ad malum
ad malum eorum componantur ingenia, eorum m
tibus æternũ exulat virtus, & ineptos efficitis ad al
quoduis O naturam! O conſuetudinem! Stant ar
res rectæ, ſi rectas direxerit olitor: curuæ & ſinuoſ
tales tenellæ inualuerint & creuerint. Candidæ ad i
ſtar niuis lanæ natiuum colorem recipiant quod
aliquando peregrino imbutæ & tinctæ colore? vt p
mus pannorum induſtriè & debitè tinctorum co

manet, vt nullatenus ad candorem priſtinum reducantur, quantumuis ſmigmatis aut ſaliſpetrini admoueas; & vt ait vates, *Si multiplicaueris tibi herbam Borith*, & fullones omnes adhibeas: ita animus benè tinctus, apprimè imbutus virtute, nunquam deperdet ingenuitatem & ſplendorem primæ tincturæ virtutis; neque ſi admoueas voluptates, ſepticas magis alumine, calce, ſmigmate; neque timorem; neque cupiditatem, fortiorem abigendis virtutibus, omni eo quod colores educere poteſt. aut decipior à Platone, *Ierem. 2.*

Lib. 31. qui eſt dialog. 4. de Repub. vel de iuſto, *Neſcitis quod fullones quoties volunt lanas purpureo colore inficere primò quidem ex tot coloribus album eligunt; deinde non mediocri cura præparant, vt quam maximè florem ſuſcipiant; atque ita demum colore inſpergunt purpureo. Quod autem ita eſt tinctum, indelebile permanet, neque ſola aqua dilui, neque etiam additis his purgationibus quæ ad abſtergendum pertinent, aboleri flos ille coloris poteſt.* Et paulò poſt: *Optima natura genitis, & decenti educatione nutritis, neque colorationem eorum delere valent purgamina iſta, ad diluendum vehementiſſima, voluptas ſcilicet omni ſaporis acrimonia, aluminiſque & calcis ad expurgandum acrior: dolor item, metus, atque cupiditas omni alio purgamine ad abſtergendum potentior.*

Quintil l. 1. inſtit. cap. 1. *vt ſapor quo noua imbuas, durat; nec lanarum colores, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt; & hæc ipſa pertinaciter inhærent quæ deteriora ſunt.*

*Lanarum nigræ nullum colorem bibunt*, ait quidam.

Igitur è re noſtra eſt, infit Ariſtoteles, primis annis aſſueſieri his aut illis. *Ariſt. l. 2. Ethic. c. 1. in fine.*

Si quæratis horum cauſam & originem, dico deducendam à memoria; cuius natura communis eſt retinere firmiter impreſſiones primas; quomodo æs & ſaxum ſculpturas. Omnes ſiquidem experimur, ſententias & verſus quos ſub rudimen-

tis

tis didicimus, crebrius occurrere ijs quos nu
tius: miraculum certè memoriæ quod D. Augu
quodam loco demiratur.

*D. Aug 1. confeſſ. cap. 8. & ſeq. multa habet præclara de memoria.*

D. Hieronymus epiſt. ad Demetriam Virg. qu
cipit, *Si ſummo ingenio &c. Ipſa literarum ſtudia*
*melius inſeruntur ingenijs : idque penitus inhære*
*ſibus ſolet quod prius ſederit in mente.*

Socrates apud Platonem 2. de Repub. *Qu*
*ætate opinionibus accipiuntur, altius inhærere,*
*meq; eradicari conſueuerunt. Quorum forte gra*
*da omninò eſt opera vt hæ fabellæ quas primas aud*
*ptimè inſtitutæ ad virtutem ſint.*

II. *Vide Cæl. Rodin. l. 10 antiq. lect. c. 15. in fine.*

*Auicenna libro 6. Pyſic.* dicit euenire à req
tranquillitate intellectus, eorum, quibus, qu
cura rei grauis aut momẽtoſæ incumbit, ſecu
mior ſic eſt memoria; quales ſunt pueri parũ a
quã rebus magni ponderis immerſi. quã ration
bat Ariſtoteles lib. de memoria cap. 11. inquie
*in magno motu, vel propter perturbationes, vel prop*
*tatem verſantur, non valent memoria.*

Aut ſecundum doctiſſimum D. Thomam, id
III. eo, quod quæ maiorem efficiunt in homine mo
tenacius memoriæ inhæreant ; ea ſunt autem
cuncta & admiranda, qualia videntur vniuerſa
primum aduentantibus, quibus talia hactenus
Hinc inſtitutiones primæ, præcepta prima pue
ſtituta ad vltimum vſque ſpiritum inhærent. Q
ô parentes, virtutibus tenellorum animos imb
conemini à rudibus annis.

*A teneris aſſueſcere multum eſt.* Et Poeta,
*Mollibus aſſuetus loricam ferre recuſat.*

Nec valet difficultatis operis cauſatio quo
id præſtetis; hoc loco claudicat vulgatum adag
*Difficilia quæ pulchra Præclara difficilia ſunt*, ait P
nil præclarius quam ſtudioſis moribus imbue
fantes; tam facilis, quam pulchra prouincia. S
quam Ariſtotelis volumina, per manus veſtras ſ
rint, ô docti, legiſtis lib. 3. de anima;

*Plato l. 6. de Repub. vel de iuſto.*

*Intellectus paſſibilis eſt primò tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum poſſibilis tamen depingi.* Arduumne depingere in tabula perpolita & ceruſſa ſcitè oblita quamcumque libuerit imaginem? Jta perfacilè eſt imprimere nouello ingeniolo quamcumque volueris virtutem. Nunquam audiſtis hominem ſimilem arbori inuerſæ? Recordamini Chriſtum de homine diſſerentem dixiſſe, omnem arborem non facientem fructum bonum excidendam, & in ignem mittendam; & non prodire à bona arbore fructum malum?

Inſtruere infantes, facilè.

*Matt. 3.*
*Matt. 7.*

Daniel 4. *Arborem quam vidiſti ſublimem atque robuſtam, cuius altitudo pertingit ad cælum, & aſpectus eius in omnem terram, & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius. & eſca omnium in ea; ſubter eam habitantes beſtiæ agri, & in ramis eius commorantes aues cæli; tu es Rex qui magnificatus es.* Erit ergo puer, vt tenella arbor; ſenex, vt rigida & indurata. Arduumne flectere ramum nouellum, quem ſuaue perflans Zephyrus incuruet; aut ſi obliquus ſit, nonne facilè pedamine & palo ſuffixum ſubrigere? D. Hieronymus epiſt. ad Demetr. quæ incipit, *Si ſummo ingenio: In cunctis naturæ rebus citius aſſueſcitur omne quod tenerum eſt.*

Seneca libro 2. de ira: *Facilè eſt teneros animos componere, ſed difficilè exſcinduntur vitia, quæ nobiſcum creuerunt.* Si puer ſimilis eſt animali laſciuienti & feroci, qualis eſt equulus, quando ſatius & facilius docebitur ſpumantia mandere fræna, aut iuuenis, aut ſenex?

Horat tom. 1 epiſt. ep. 2 ad Lollium: *Fingit e cum tenera docilem ceruice magiſter ire viam, qua monſtret eques.*

D. Hierony. vbi ſupra: *Optimi ſunt ad inſtructionem morum primi quique anni: habent enim in ſe lentum quoddam & molle, & quod facilè formari queat, aut in arbitrium voluntatis trahi, & in cunctis naturæ rebus citius aſſueſcitur quod tenerum eſt. Nouellas adhuc & vix firmæ radicis arbuſculas dum ad omnem ductum ſequaces ſunt, in quamlibet partem flecti facilè eſt, quæ natura ple-*

*plerumque curuatæ, cito ad arbitrium tollentis corr-tur. Tenera & adhuc primæ ætatis animalia, ſine ... domari ſolent; quanto citius à vagandi libertate ... ta ſunt, tanto facilius vel colla iugo, vel fræno ... ſueſcunt. Ipſa quoque literarum ſtudia teneris ... inſeruntur ingenijs: idque penitus inhærere ſolet, quod prius ſederit in mente. Hoc idem etiam ... mum in benè viuendi ratione valet, dum adhuc ... eſt ætas, & animus duci facilis; exercenda boni ... do & iugi meditatione firmanda eſt. Occupandum ... ptimis rebus ingenium, & ſanctæ conuerſationis ... tius inſerendus eſt.*

Juuenilis ætas eſt vuida, leuiſque figuli gleba ... mnem vaſis formam flexibilis rotæ gyratione.

Jnſuper, ſi vera dicit Poeta moralis, nimirum ... ſit adoleſcens *Cereus in vitium flecti*; dictat ratio ... flexibiliorem ad virtutem, ſi ita eſt, quod natura nobis iecerit quædam ſemina virtutis, vt ſentiunt Philoſophi.

Quin ſi repugnat naturæ peccatum, vt vult S. Io-annes Damaſcenus l. 2. cap. 4. & 30. *Peccatum ... tra naturam.* Jtem: *Eſt auerſio ab eo quod ſecundum naturam, ad id quod eſt præter naturam.*

Secundũ virtutem viuere, quid.

Ariſtoteles lib. 2. Ethic. ad Eudemum: *Voluntas ... cundum quidem naturam boni eſt, præter naturam mali: & vult natura quidem bonum, præter naturam verò, & ex mentis quadam euerſione malum;*

Si ſecundum naturam eſt, quod ſecundum vir-tem, id eſt, ſi naturalis eſt virtus (prout adſtruit doctri-na omnium Stoicorum, ſequentium fundamenta Zenonis, authoris primarij iſtius ſectæ) aut ſi ſtudium viuere ſecundum aliquos, nihil aliud eſt quam ... *naturæ conuenienter*; quid facilius parentibus quam nimis puerorum educere peccata, ceu arbuſculas ſil-ueſtres, ibidem ſuccreſcentes quaſi contra naturam. Aut quid minus arduum quam, non dicam ſerere, ... plantare, ſed irrigare & fouere virtutem naturâ ... & plantatam? O virtus! vt facilis, ex quo naturalis!

*Cicero l. 3. Offic. init. Horat l. 1. ep. 10 ad Fuſcum.* Viuere naturæ ſi cõueniẽter oporter.

Diogenes Laertius in vita Zenonis; *Primus Ze-...*

*in libro de natura hominis, finem ait conſentaneè ſecundum naturam viuere, id autem eſt ſecundum virtutem viuere; ad eam quippe natura nos ducit*. Similiter & Cleantes in libro de voluptate.

Virtus homini naturalis.

Epictetus conditione ſeruus & quidem ſlo pauperior, corpore etiam mancus, tamen nobiliſſimus Philoſophus inter Stoicos (cuius lucernam fictilē ter mille drachmis emptā à quodā ſui tēporis ſcribit Lucianus in dialogo ad eruditos, & multos coementem libros) Enchiridij p. 1. c. 6 & 9. Et par. 2. c. 19 hanc phraſim (*ſecundum naturam*) ſic acceptam habet ſæpiuſculè.

Seneca lib. 1. epiſt ep. 45. *Quid eſt quod ab homine ratio exigit? Rem facillimam, ſecundum naturam ſuam viuere: ſed hanc difficilem facit communis inſania*. Nullatenus itaque excuſantur parentes, ſi omiſerint quod ſua intereſt in re tam momentoſa & facili.

Verùm enimuerò, ſit labor deprimens Herculeas ceruices, aut dorſi ſpinam Atlanti inflectens, vt aiunt prouerbialiter, nec ideo ſomnolentos aut deſides eſſe deceret. Quod enim gaudium, quæ voluptas honeſtior & amplior accidat parentibus, quam ex liberis morigeris? Quod maius tormentum, quam effuſos & diſſolutos videre?

Gloria parentum liberalis educatio prolis.

Macrob. Aureil. lib. 1. Saturnal. ad Euſtachium filium, initio ſic ait: *Multas variaſqùe res in hac vita nobis natura conciliauit: ſed nulla nos magis quam eorum qui è nobis eſſent procreati, charitate deuinxit, eamque noſtram educandis atque erudiendis curam eſſe voluit, vt parentes neque ſi id quod cuperent ex ſententia cederet tantum vlla alia ex re voluptatis, neque ſi contra eueniret, tantum mæroris capere poſſint.* Nunquam legiſtis Prou. 10. *Filius ſapiens lætificat patrem filius verò ſtultus mæſtitia eſt matris ſuæ?*

Prou 23. *Exultat gaudio pater iuſti, qui ſapientem genuit lætabitur in eo.*

Quanto Oceano gaudij demergitur genitor, aduertens in charis pignoribus cumulum virtutum? Quando audit de hac vel illa ſua prole, quod quædam

dam mulier perceptis ſermonibus Jeſu Chriſti
Luca.11. gens de turba, dixit; *Beatus venter qui te portauit,*
*vbera quæ ſuxiſti*; & gremium in quo requiem
ſti?

Virgilius 1. Æneid. Vox Æneæ ad Didonem;
*tam læta tulerunt*

*Secula? qui tanti talem genuêre parentes*

Terent. in Andria. act. 1. *Gaudebam*, ait ſenex quidam, *qui gnatum ha*
*tali ingenio præditum*. Pictor aut ſculptor vllus
quam tantam hauſit voluptatem expleto a
canone: nunquã Pygmalion maius ſenſit gaudi
eburneo ſimulachro quod ſculpſerat, ¿tametſi
legatur;

Ouid. l. 10. Metã. *arte ſua miratur & haurit*
*Pectore Pygmalium ſimulati corporis ignes*
*Oſcula dat, reddiq; putat, loquiturq; te*

Nunquam agricolæ plus acceſſit lætitiæ e
meſſe quam ſpondent agri multo labore & ſtud
exculti, quam capiant parentes voluptatis ex
nibus ſui viuis, omni perfectione abſolutis, e
probè & liberaliter educatis, honoribus au
meſſe vberi debita virtuti.

Si naturaliter cupimus gloriæ & ſplendori
rum aut ſanguine propinquorum, aut affinita
ctorum communicare, & quantum datur co
norem facimus noſtrum: hinc poſteri glori
iactitant paſſim heroica geſta maiorum, vt no
poſt meſſem gloriæ legant ſpicas: quis poti
communicet gloriæ ſtudioſorum liberorum,
parentes; quomodo bonorum effectuum de
iam refertur in cauſas? Si amicorum honor a
mnibus communis eſt, prout & cætera bona,
Magiſtratum, Triumuiratum, Conſulatum, Di
ram, Regnum, Imperium aſſumpto, non videtur
genitor eius ſemi-Conſul, ſemi-Dictator, ſemi
ſemi-Cæſar? Genitor, inquam, qui præter o
iam ſtrauit viam nato ad omnia iſta? Quantis
labatur gaudijs Bethſabee ex ſuo Salomone
admirationi & honori habito, etiam Regina

quæ ab extremis terræ finibus venit Ieroſolymam ve- *3 Reg 10.*
neratura, & admiratura per otium ſapientiam prodi- *2. Para. 9.*
gio ſimilem Regis? Quantam putatis acceſſiſſe læti-
tiam Jacob, dum videret filium ſuum præſidere & do-
minari in vniuerſa terra Ægypti; Regem regnumque
flectere in ſententiam ſuam, amplius Regem, quam
ipſum Regem? Inquit textus: *Nuntiauerunt Iacob filij* *Gen. 41.*
*dicentes: Ioſeph filius tuus viuit, & ipſe dominatur in om-*
*ni terra Ægypti. Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno*
*euigilans, tamen non credebat eis.* Et poſt: *Reuixit ſpiritus* *Gen 46.*
*eius.* At vbi dominantem vidit, meminiſtis quid dixe-
rit? *Iam lætus moriar.*

Tanta eſt voluptas, tam exſtatica & abſorbens læti-
tia parentum, ex promotione liberaliter educatorum
filiorũ, vt meminerim à me viſos lachrymas fundere,
alios exſpiraſſe præ gaudio audierim, aut potius ſua-
uiter ſopitos. Abs re fuerit narrare expertum Chilo-
nem Lacedœmonem, cùm vlnis premeret natum dia-
demate redimitum ob ſtrenuitatem in ludis Olympi-
cis. Sempiterna memoria dignum eſt quod referunt
Cicero & Aulus Gellius authores graues, de Diagora
Rhodio, qui vno eodemque die vidit tres natos ſuos *l. 1. Tuſ-*
redimitos in lucta Olympica. Amplexantibus his *cul. l. 3.*
charum parentem, baſia labris eius infigentibus, cer- *noct. Att.*
tatim ſerta ceruici ipſius imponentibus, populo con- *cap. 15.*
gratulante vniuerſo, acclamante, flores vndique ſpar-
gente, inter amplexus charorum pignorum, cernenti-
bus cunctis, in ipſo caradromo ſpiritum efflauit præ
nimio gaudio, quis dubitet? O præſtantem lętitiam &
inexplicabilem à liberali natorum indole manan-
tem!

Videtur quoque Deus delectari probitate vitæ ex-
emplaris famulorum ſuorum, qui quaſi faces ſplen-
dent virtute in orbe; ideoque hortatur & monet ſan-
ctè pieque viuere. *Sic luceat lux veſtra coram homini-* *Matt. 5.*
*bus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem*
*veſtrum qui in cœlis eſt.*

Ruſus, quod grauius tormentum, quæ ignominio-
ſior furia, quæ tota moleſtior parentibus, quàm à ſan-

guine, carne, oſſibus, pignoribus ſuis ſercentu
contumelias; ab immani truculētia prolium
brò leones, tygrides, lupi, & ſi quod datur
Dolor parentū ex mala educatione liberorū. rocius? Euenit nonnunquam. Ezechiel. 19. Ma
*leana.* Virg 4. Æneid.

*Nec tibi Diua parens generis, nec Dardanus*
*Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens*
*Caucaſus, Hircanaq́; admorunt vbera Tygres*

Quantus mœror, maiorum claritatem
ſplendorem, gloriam obnubilari, oblitterat
gine ſcelerum poſterorum? Celſitudinem pa
deprimi ignominioſè, puſillitate & abiectione
natorum? Optimam famam prædeceſſorum
gui atrore ignominiæ prolium?

Cic. Reſp. in Salluſt. *Tu tuis vita, quam turp*
*ſti, magnas offudiſti tenebras.*

Quantæ anguſtiæ parentum animos occup
quando nunquam de Rep. malè meritis exp
crimen, quod facem fatalem genuerint patri
tialem fouerint peſtem? *Nam quod familiis*
*tur parentibus,* ait Macropedius. Quanta affli
Act. 1. ſc. 1. Aſoti. dolor fuiſſet genitori Salluſtij, obſcuri dicam,
bilis Romani, ſi superuixiſſet, Cicerone proc
publicè declamante? *Nunc ad te reuertar Sal*
*tremq́; tuum prætercam, qui ſi nunquam in vita*
*cauit, tamen maiorem iniuriam Reipub facere*
*tuit, quam quod te talem filium genuit, neque tu*
*pueritia peccaſti, exequar, ne parentem tuum acc*
*dear, qui eo tempore ſummā tui poteſtatem hab*

O vt verè ſcriptura ſacra! *Filius ſtultus m*
*matris ſuæ.* Jtem: *Puer qui dimittet voluntati ſuæ*
*det matrem ſuam.* Quot numero parentes
mo ſibi vendicent illud Dei, ex Geneſi cap. 6.
*Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra*
*cta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni*
*pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra.* P
videri poteſt perditis moribus adoleſcēs, aut
& pars mali patris, aut peſſimæ matris; ac
Gellius. bitur, *Mali corui, malum ouum:* aut parentes

ſementem bonam, nec ſedulò euulſiſſe lolium malitiæ, cùm primùm pullularet. Non legiſtis aliquãdo matrem eiuſmodi mœrore confectam? In chronicis Athenienſium legitur Abrotono, 1. ſiue Euterpe ſecundum alios 2. mœrore, impatientia, furore concepto ex perditiſſimis moribus Themiſtoclis filij ſui, laqueo ſibi vitam præripuiſſe. Miſera parens! Inſolentia nati vitam ademit ei, à qua vitam acceperat. Ille idem dolor accidere poteſt parentibus, tùm maximè ſi ſua ſegnitie & incuria ſobolis indoles peruerſa ſit. Nõ meminiſtis, ô in litteris verſati, eo ipſo die, quo matrẽ exſtinxit Nero, oratorem in ſenatu declamaſſe; *Iure interficienda erat Agrippina, quæ tale portentum peperit in populo Romano:* Infelix certè mater, cui non fuit ſatis ab vteri ſui pignore interfici, ni etiam in eam redũdaſſet culpa tantæ truculentiæ. Non legiſtis aliquando magnum illum Marcum Aurelium, tam Philoſophum quam Imperatorem (ac, vtinam Chriſtianum) in agone & extremo vitæ ſpiritu poſitũ mœruiſſe mirum in modum; ac arbitrãte Panutio, qui ipſi a ſecretis fuerat, dolere vitæ huius iacturam, reſpondiſſe, dedecere Cæſarem, qui pridem mortis contemptũ docuerat, timere aut plangere mortem; ſed omnem doloris cauſam à peſſima nati indole ortum ducere; doleréque Imperium Romanum deuolui ad Commodũ filium, aſt Reipub. incommodum. Hæc & ſimilia nõ efficient in vobis, ô Auditores, quod in multis probis valuerunt; vt poſt rationes vobis exempla proferam, quò in meam ſententiam vos pertraham?

1. *Pluta to. 1. vit in Themiſt.*
2. *Val. l. 6. c 9.*

Gen. 4. An putatis Adam & Euam non inſtituiſſe liberaliter iuſtum Abel, ſacrificium Deo gratiſſimum, generoſum Herculem, profligandæ primæ Hydrę hęreſis, aſſurgentis ex fœdo pectore fratris; magnanimẽ martyrem, extemplò vitam fundentem cæde fraterna pro defenſione fidei & veritatis puræ, catholicæ'que?

I. Exemplorũ genus. *Ionathas Interpres Chaldeus ita ſcribit.*

Dubitandumne Noe noui æui iuſtiſſimum inſtruxiſſe tres ſuos filios & eos matrimonio iunctas tã antè diluuiũ, quo non perierunt cũ cæteris inuoluti, quam tẽpore diluuij per otiũ in arca, quã poſt, dẽpto Cham

*ſerm. 7.* ſubſannator ; antequam benè edocta, patria
pulſo, ob rationes ſupra poſitas?

Quis arbitretur Abrahamum optimum
liberis pædagogum, quandoquidem deo
ſtruebat Deus ; *Scio quod præcepturus ſit Abra*
*ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Dom*
*faciant iudicium & iuſtitiam?* Aut præſtitit,
iactabat ſe ſcire quod neſciebat ; quod cred
Gen. 18.

Gen 25. Non legiſtis, quod *Iacob habitabat*
*bernaculis?* Hunc locum exponunt ſecundū H
nonnulli hoc modo : Habitabat Jacob in ſch
ber & Melchiſedech, in quibus tyrocinium
cultus & rituum diuinorum. Nonne ſumptib
Iſaac inibi ſuſtentabatur, & inſtruebatur c
rijs operoſis, & otio laborioſo, ne muneri ſ

1. Paral. 28 Non recordamini Salomon
xiſſe Dauidem ad inſtructionem eius? *Tu au*
*mon fili mi, Scito Deum patris tui, & ſerui ei cor*
*cto & animo voluntario. Omnia enim corda ſ*
*Dominus, & vniuerſas mentium cogitationes*
*quæſieris eum, inuenies; ſi autem dereliqueris eum,*
*ciet te in æternum.* O dignam Dauide lectione
gis inſtructionem Rege dignam! O Vate do
dignam, prælectam Iſraeliticæ gentis ſapie
dignam tali patre, tali filio! O regulam dign
ceptore Dauide, dignam diſcipulo Salomon
gnam, quam repetant, geminent, inculcent p
prolibus!

*Tobiæ 1. & 4.* Non legiſti id ipſum præſtitiſſe Tobiam, &
docuiſſe adhuc infantulum timere Deum, &
peccato procul fugere? *Filium ab infantia*
*Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato.* Et cap
*omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum,*
*ne aliquando peccato conſentias, & prætermitt*
*pta Domini Dei noſtri.*

Daniel. 13. Nonne idem præſtiterunt paren
ſannæ, ab indicibili caſtitate celeberrimæ, imb
eam cum lacte materno, lege Moyſis? *Parentes*

*ra cum eſſent iuſti erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſis.*

Non legiſtis S. Ioachimum, & Chriſtianarum matronarum decus S. Annam, deuouiſſe templo, ac in eo iuſſiſſe inſtrui, benedictum & miraculoſum vteri ſui pignus, ſacratiſſimam Virginem Mariam, vix ablactatam?

Non aduertitis quaſi ſolem inter tot ſydera; ingentem coloſſum, inter tot mediæ ſtaturæ homines; inquam exemplum celeberrimum inter cætera, quod celſitudine & dignitate perſonarum hinc inde altius eminet, emicatque, dico Ioſephum Ieſu Chriſti nutritium, & caſtiſſimam eius coniugem virginem & matrem ſemper intemeratam, duxiſſe ſecum puerum Ieſum ad diem feſtum, nequaquam vt induceretur ad pietatem & deuotionem, quæ in eo incrementa ſumere non poterat; vtique in Deum Patrem infinita; ſed vt parentes lectione demonſtratiua docerent liberalem educationem, quâ natis tenentur.

*D. Auguſtinus in confeſſion.* Ad cuius aures non peruenit relatione, aut ad oculos lectione, miranda ſedulitas celeberrimæ Monicæ (ſpeculum certè piarum matrum) quæ Auguſtinum ſuum docebat timere Deum; cernenſque lectionibus ſe non pro votis proficere, adhibebat doctiſſimos, probiſſimoſque ſui æui, qui ſuper iacto fundamento ſtructuram promouerent; eum feruentibus lachrymis S. Ambroſio commendabat; ſequebatur anxia, vt corpus vmbra, terra, marique, vt curuum & ſinuoſum vitæ S. Auguſtini ſubrigeret. II.

*Quæ Regio in terris, eius non plena laboris?*

*Ex Roberto Gaguino in compend. rerum Franc. in S. Ludouico, initio, & alijs.* Quem latet aſſiduitas Reginę Blancæ, matris S. Ludouici, quinquageſimi quinti Regis Galliarum, Caroli ſeptimi filij * ſecundum aliquos, aut Ludouici * ſecundum alios, quæ Ludouicum ſuum docuit non tam circumducere fræno & domare indomitos caballos, non canes oportunè ſoluere, quam Deum timere, genitricem ſequi templa frequen-

** Li. Antiquit. Pariſienſ.*
** Gaguinus in cõpendio.*

quentantem: quæ inſuper ad vberiorem inſtru-
religioſas ex ordine S. Franciſci, & S. Domini-
aiebat, pædagogio filij deputatos; quæ crebò
habat & inculcabat hanc auream lectionem,
multo optare magis natum concedere naturæ,
Creatorem offendere. Noui, aiebat, diademate
vinciendum hocce ſacrum caput tuum; attamen
lem congeri ſuper ipſo humum in cœmiterio,
ctante, quam vt peccatum admitteres in Deu-
um. O Blancam! ô candidam! Quantus verò, qu
Rex euaſit S. Ludouicus? Quam pellucidum
lum cunctis Principibus? Rex, ſed ſanctiſſime
Rex, ieiunans ſingulis ferijs ſextis. Rex, leproſis
liter conueſce s. Rex, cuius manus, haud ſecus
Petri, & S. Franciſci, fugiebat aurum, niſi forte
ribus diſtribuendum. Rex, hebdomadibus
pretioſo corpori & ſanguini Ieſu Chriſti com-
cans; ſaltem myſticam diſſectionem conſcien-
inſtituens, expiando ſacra confeſſione peccata
ſacerdote. Rex, qui cum Dauide diceret: *Media*
*ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſti-*
*nis tuæ*; noctu ad templum per cryptoporticum
gens, interfuturus matutinis horis. Rex, qui Ch
nunquam abnegare voluit, etiam ſub conditi-
lum, nimirum ſi promiſſis non ſtaret, tameſi
Soldanus ad robur & confirmationem induc-
*Robertus Gaguinus ibidem.* ctarum. Rex, qui *ita vitæ ſanctimoniam didicit*
*vt illo tempore nemo ſit religioſior habitus*. O D
ne, quantus Rex ille! & quanta mater! Rex, qui
adhibuit educandis & imbuendis filijs operam.
qui die ſacro paraſceues non ferebat pediſſequ
nari floribus & gemmis, indignum dicẽs Ieſu C
famulas auro, gemmis, vnionibus, roſis, vngu
fragrãtia fulgere, quo tẽpore Dei ſacratiſſimus
recolitur acutiſſimis ſpinis truculenter coron
*Pſal. 2.* *nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis ter*
Quis ignoret diligentiam multam matris S. E
di, Epiſcopi Cantuarienſis? Veniam date Audit
hac concione præter artis præcepta hiſtorijs

ter: delector certè guſtu antiquitatum piarum, veriſ-
ſimarum; & arbitrer vobis vtiliſſimum eas altè cape-
re; namque, *Longum iter per præcepta, breue autem & efficax per exempla*, aiebat ex priſcis quidam. Pia mater docebat Edmundum ſuum, & fratrem recitare pſal-
terium: mittebat litteris operam nauantibus Pariſiis,
pro mundanis & delitioſis cupediis, pro mollibus ve-
ſtibus quas ſtultæ matres liberis mittere conſueue-
runt, ciliciola; & Edmundum eò diſciplinæ adduxit,
vt deinceps ſine cilicio nunquam viſus. & in quadra-
geſima, *Loricam plumbo contextam induebat*; macerās
carnem aſperitate, frigore, pondere veſtium. O quam
proborum parentum ferax erat terra tum tempo-
ris, vt hæc eorum ſedulitas ingenuā pariebat ſobolē!

*Sen l 1. ep. 10. ad Lucillum.*

*Marull. l. 4. cap. 10.*

Ethnici quoque, quin ipſa bruta, nobis ſunt Mer-
curius & Dux in hoc munere inſtruendi proles à pri- III.
mis annis. In quem etenim finem inſtituit & conſcri-
pſit Cicero tres libros de Officiis viri probi? Nonne
vt adderet quædam ad inſtitutionem filij, præter ea
præcepta quæ Cratipus præceptor eius Athenis da-
bat? Quorſum compoſuit Macrobius Saturnalia? nō-
ne vt Euſtachium filium optimis pręceptis imbueret?
*Mihi inſtitutione tua, fili, nil antiquius æſtimatur*. Et
paulò pòſt: *Age, vt & ego quoque tibi legerim*. Roma-
nis nil magis commendatum fuit, quam optima pro-
lis educatio.

*Lib 1 Saturnal. initio.*

Quintili. vel (vt volunt alii) Cornelius Tacitus, in
quodam dialogo de Oratorib. Meſſalam ſic loquentē
introducit: *Iam primùm* (apud Maiores ſc.) *ſuus cuique filius ex caſta parente natus, non in cella emptæ nutricis, ſed gremio ac ſinu matris educabatur, cuius præcipua laus erat tueri domum, & inſeruire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua, cuius probatis ſpectatiſque moribus omnis cuiuſpiā familiæ ſoboles cōmitteretur, coram qua neq; dicere fas erat quod turpe dictu, neq; facere quod inhoneſtum factu videretur. Ac nō ſtudia modò, curaſq; ſed remiſſiones etiā luſuſq; puerorū ſanctitate quadā ac verecundia temperabat*. Et paulò pòſt: *Quæ diſciplina ac ſeueritas eò pertinebat, vt ſincera & integra; & nullis*

*prauitatibus detorta vniuſcuiuſque toto ſtatim pri arriperet artes honeſtas.* Vt ſedula illa , liberaliſque ducatio egregios producebat Romanos! vt nume verè viri, verè Romani, id eſt, ſtudioſi, viriles, magn nimes pullulabant ab eiuſmodi inſtitutione! A *Gellius libro 9 noctium Attic. cap.* 3 Græcè & La refert literas Philippi ad Ariſtotelem. Propter nis obliuiſcat potius quam illuſtris exempli Phili Macedonum Regis ; Philippi qui virtute animi & in duſtria ſua, longè lateque dilatauit Macedonum im perium, plurimarum nationum potitus eſt; Phili totius Græciæ terroris, qui, tametſi vallatus erat vndique rerum bellicarum , & victoriarum mul dine, claritateque facilè virtutis obliuiſci poſſet, a mox ſuo Alexandro, grates Dijs retulit, non quod tus eſſet, ſed quia natus ætate magni Ariſtotelis, probis moribus infantuli indolem imbueret. Ne omiſit literas date ad Ariſtotelem ſplendidas , videlicet curæ quam gerebat educationis & in ctionis ingenuæ nati. Quæ quia parentibus exem eſſe poſſunt ijdem præſtando muneri, iure optimo loco inſeruntur. Philippus Ariſtoteli ſalutem d *Filium mihi genitum ſcito: quod quidem Dijs habeo tiam; non proinde quia natus eſt quam pro eo, quod naſci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore ductus, eruditusq́; abs te, dignus exiſtat & nobis, & re iſtarum ſucceſſione.*

*Et nunc Reges intelligite ; erudimini qui iudicatis ram.*

Silentio pertranſeo , quod memoriæ proditur Hybernicis mulieribus , quæ olim aſperrimo hye cœlo infantes fluuijs penè frigore conſtipatis imm gebant, glaciei fragmento corpuſculum perfricabant pro linteo molli, quo dura & aſpera diſcerent pati.

Quidam apud Virgil. l. 9. Æneid.

*Durum à ſtirpe genus, natos ad flumina primum*
*Deferimus, ſæuoq; gelu duramus & vndis.*

Forſitan etiam hinc præter alia Christiani aqua gimur.

Non commemorabo mulieres Capuanas, quæ, vt fertur, nunquam mollia incunabula, aut delicata ſtrata filijs ſternebant; ſed aut ſuper nudam humum, aut contra ſaxum ad quietem capeſſendam componebāt, vt hinc robuſtiores euaderent; vtque paulatim aſſueſcerent virtuti, quæ ſanè nonnullam habet annexam aſperitatem, à corruptione naturæ noſtræ.

*Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,* *Vir. in lit.*
*Difficilemq; aditum primum ſpectantibus offert.* *Pythagor.*

*Plato de legib.* ait, Heſiodum dixiſſe viam ad vitia planam eſſe, ac ſine ſudore peragi; Deos verò ante virtutem ſudorem poſuiſſe. Nequaquam tantum vobis ſuadere rigorem intendo; nec enim vllam præ ſe fert humanitatem ſeuera aſperitas illa: pædagogos mites immites prolium inſtituo, non truces tortores.

Sileamne, quod animalia cuncta doceant ſedulam nauare operam educandis fœtibus? Non cernitis omne animal prouocare paruulos ad actus & mores proprios ſuæ ſpeciei? Nonne leones abducunt leunculos, vt inſtruant ſectari prædam? *Mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos ſuos, & eduxit vnum de leunculis ſuis, leo factus eſt, & didicit capere prædam,* ait Vates. Quis ignoret mirandam ſedulitatem volucris Imperialis, volucrium Reginæ, dignæ referre inſignia probioris Ioue; quam Plinius in hiſtorijs naturalibus ait tanta anxietate & ſedulitate pueros inſtruere, vt huc illuc circumuolitet, quo paulatim ad volatum inſtruat, ea diſciplina & ſeueritate, vt ſi ſuo exemplo minimè proficere aduertat, cibaria ſubtrahat, donec famis acritate compulſi cogantur volare; atque ſi hac ratione nihil efficiat, extremo remedio, alis impetit, roſtro pungit & premit, donec timidam cogat mittere deſidiam. Quoniam verò nedum volatu præſtat, ſed & acutiſſimo eſt prædita viſu, intrepidè figens oculos in ſolis radios, conatur eò perducere pullos necdum alatos, & plumis amictos, vt lumina figant impauidi in micantem ſolis ſplendorem; non ferentem pullum percutit, directè ſoli opponit, nec vllum omittit laborem educandis, inſtruen-

IV.

*Ariſt. li. 6. hiſt. ani cap 6. & l 9 c. 32. & 34.*
*D. Baſil. hom 8. in hexam.*
*D. Ambr. 3. hexam. 18. & de Salo. 2.*

diſque pullis. Huius tyrocinij meminit Moyſes
Deu. 32. Deuteronomio, vbi quoad aliquam propriet
Deum aſſimilat huic volucri regiæ: *Sicut aquila pro*
*cans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans*
vales viſu chara volucris! Viſu vales, non quia
p dos figis oculos in ſolis ſplendorem, non ſuf
dum oculis humanis; non quia à celſitudine
prædam conſpicis in alto æquoris ſinu; quam
maximè præſentias pullos tuos, niſi maturè iuſſ
tur peritè volare, & generosè ſufferre micantem
bi ſphæram, quæ orbem irradiat totum; niſi opera
eorum tenella ętas diſciplinis imbuatur, inertes
uosque permanſuros. Chara auis, cui Deus aſſim
in ſcripturis non abnuit, vt eruditam prælegi
tibus lectionem! vt viſûs præſtantia homines
plurimos, qui Argi videri volunt, centoculi,
non ſuppetunt duo, vni ex tuis in hoc caſu comp
dit? Vtinam, eſſetis, ô parentes, *Sicut aquila prou*
*ad volandum pullos ſuos!* vtinam vt aquila eſſetis,
*eos volitans*! Non ſolum *prouocans*, ſed & ſimul
*eos volitans*! Exhortando, inſtruendo liberos be
uere, & volitando ante eos exemplis! O aquila
mal rarum! O homines raros, idipſum quod
præſtantes!

Nunquam exſtiti, Auditores, nec exiſtere cu
author nouitatis exitialis: ſemper amplexus &
ritus ſum venerandam antiquitatem; cruentum
ad inſtar Dragonis Legislatoris Athenienſis,
nia ſcelera capitali damnabat ſententia; cuius
objiciebat Demades non atramēto ſed ſangui
ptas, horret animus; minimè; cruentum legislat
& conſiliarium crudelem deteſtor: aſt ſi toc
peroptarem reſtitui æquiſſimum rigorem Lac
moniorum & Romanorum, qui in parentibus
piebant prolis crimina, tanquam cauſa, *ſine qua*
an temerè & iniquè? Peſſum eat Reſpubl. neceſſ
euerſis aut perperam fundatis familijs, quæ illi
ſes & fulcra.

*Plutarch tomo 2. Moral. de apopht. Lacedem.*

quam legiſtis Ephoros ( genus Magiſtratus Lacedæmonijs) damnaſſe parentem, quod iurgátes natos geminos non obiurgaret potens, ſed pateretur eos?

Et vos Iuriſprudentes, ignoratis priſcis Romanis tanto horrori & execrationi fuiſſe inertes parentes, vt legem conſtituerint Falcidiam dictam, qua iubebatur admiſſi primi flagitij moneri filium; pro ſecundo, caſtigari; pro tertio, parente in exiliũ pulſo tolli in crucem, ac ſi ſubtractione diſciplinæ conſors ſceleris fuiſſet. Paganumné ſaperet, hunc Romanum rigorem reuocare? Non magis paganiſmus & infidelitas ſobolem negligere? An non expreſſe S. Paulus?

*Petrus Boyſt. theatro mundi.*

1. Timoth. 5 *Si quis ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet fidem negauit & eſt infideli deterior.*

*Feneſtella libro de Magiſtrat. Rom cap.* 17. Is erat rigor priſcorum Cenſorum Romanorum, vt in equitem Romanum animaduerterent, ſi quando ſegnius equũ neglexiſſet, aut is ſua incuria deterior fieret: vt milites opimos & delicatulos, aromatibus delibutos, & fucatos, equis in publicum addictis, pellerent caſtris: ob relictum incultum agrum, aut non educta ſaxa mulctarent; an non potiori iure plectendi ſunt parentes deſidioſi, qui neglecta cura & diſciplina liberorum eos arbitrio ſuo concedunt, palo ignominioſo, aut exilio? Qui non repurgant ſedulò à colluuie morum, & propenſione ingenij mala, pernicioſiore animis & Reip. quam ſaxa agris? Si in Rectores Rerumpub. meritò deſæuiunt Reges, quod hæreſium pullulantiũ peſſimas ſtyrpes non euulſerint prorſus & ſuffocarint ( neminem perſtringo; viuit etiamnum tragædia ſuperiorum annorum ) qui, parens tanquam ſummus adminiſtrator in ſua familia quæ eſt ad inſtar Reipub paruæ, imò cuius ſingula membra ſunt paruus mundus (noſtis in litteris verſati, hominem omnem dici *Microcoſmum*) non daret pœnas Magiſtratui ſuperiori, ſi filiorum animos probis non imbuerit moribus? Si in ſua parua Repub. diſſimulatit hæreſium arbuſculas malitiæ ſtirpes? *Si* Microcoſmos illos ſuæ traditos diſciplinæ perperam admini-

adminiſtrarit? Jta oportere fieri, aliquandoque fu-
rum reor; atque ſi muneris ſui oblitus ſilet nunc gla-
dius humanus; Deus ipſe ſupplebit aliquãdo, aut p-
tietur filios tortores parricidas inertiæ patriæ.

Virgilius 1 Æneid. *Si genus humanum, & morta-*
*temnitis arma,*
*At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.*

1. *Reg.* 3 & 4. Lubet referam vt quondam Heli Iu-
dæorum ſummum ſacerdotem Deus permiſerit c-
retrorſum alliſis ceruicibus miſerè perire, quod fil-
non obiurgaſſet diuinum cultum de Tyrannid-
adminiſtrantes?

2. *Paral.* 23. Non legiſtis vnquam, quod *Cum in-*
*greſſus eſſet Sennacherib domum Dei ſui, filij qui eg-*
*fuerant de vtero eius, interfecerunt eum gladio* ſa-
mo Dei ſui, ait textus ſacer, aſylo tutiſſimo Hol-
tris omnibus. An forte, quia cum blaſphemus eſſ-
impius, animis filiorum omnem impietatem ſucc-
cere diſſimularat?

*Iouianus Pontanus tomo* 1. *lib. de libertate cap.* 9. *p-*
*finem.* Quem fugiat vindicta memoranda, quam n-
rant doctiſſimi ſcriptores tam ſacri quam proph-
repetunt crebrò Doctores deuoti & illuminati, d-
tes perditum adoleſcentem aliquando lictori m-
tum, antequam extremum ſubiret ſupplicium, e-
tiſſe tortorem matris, ſecundum Jouianum, aut p-
tris ſecundum alios, quod ęquò indulgentius vi-
conceſſiſſent.

*Æſopus apologo* 82. *edit. Plantini,* matri cuid-
contigiſſe narrat, ſed pro naſo, habet aurem. Alex-
Alex. genial dierum l. 1. cap. 1. meminit.

*Ioannes Gerſon p.* 2. *op. ſerm.* 1. *de omnibus Sanctis*
K. dicit fuiſſe filium nobilis ciuis Romani. *D. Ber-*
*dinus Senenſis, de Euangelio æterno ſerm.* 17. *cap.* 5. *B-*
*nardinus Buſtis ſerm.* 25. 2. *p. roſarij lit.* I. *in fine.*

*Boetius lib de Diſciplina ſchol. cap.* 2. ſi tamen e-
eſt, de Lucretij filio narrat. Jlle itaque adoleſcen-
luptatibus ſuis totus immerſus ante vigeſimum a-
tis annum perditè concoxerat omnem hæredita-

ha-

haud ſecus ac prodigus noſter, biuira matre, aut, vt volunt alij, patre diſſimulante. Conſumptis omnibus ad furta, & latrocinia cõuolat, fidem ære commutat; quid ageret aliud, ad extrema compulſus? *Durum telum neceſſitas.* Hinc optimè Salomon: *Ne fortè egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei, mendicitatem ne dederis mihi.* Prou. 30. Demum in vincula agit flagitioſum Prætor. Ad ſupplicium raptus, fit roganti facultas colloquendi matri ſeorſim à populi tumultu; ſimulanſque ſe in aurem velle dicere quædam, aurem dentibus præciſam in terram exſpuit, hęc exclamans, infit Iouianus: *Sit hoc, ciues, maternæ educationis pretium. Diſcant igitur matres aliæ liberos ſuos bonis artibus educare. Non Prætor, inquit, ſed mater mea me ducit ad ſuſpendium.*

Similiter Agrippina effuſæ indulgentiæ & imprudentis voti, *Occidat dùm imperet,* pretium accepit, euiſcerata viuens à filio Nerone. *Vide Sueton. in Nerone.*

Athenæus lib. 4. cap. 20. *Cteſippus quidam vſque adeo intemperans ac prodigus fuit, vt paterni etiam ſepulchri in quod populus Athenienſis mille drachmas impenderat, lapides ob voluptatem vendiderit.*

Cernitis veriſſima eſſe quæ prædicat ſcriptura ſacra: *De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum ſunt in opprobrio.* Eccl. 41. videtis vt veriſſimus ſemper fuerit priſcorum Philoſophorum canon, adſtruentium hominem in hac vita cõmittere multa crimina, quæ Deus reſeruat vlciſcenda in altera, dempta tamẽ culpa remiſſioris inſtructionis liberorum, pro qua vt plurimum dant pænas in hoc ſeculo ab ipſiſmet liberis. Infelices certè, quibus vita perit, per eos, quorum vitæ authores exſtant. Imò haud miſerandi & miſericordia digni, qui vtrique in eas ſe ſpontè demerſerunt ærumnas, quas modico poterant effugere labore.

Verum hos mittens, quid eloquar de vobis, ô patres crudeles, non patres ſed viperæ, ſed Saturni Lunatici, qui voratis, perditis, abſumitis nefandè liberos, non ſolum eorum eruditionem omittentes, habendo

bendo vos *primatiuè* tantum, ſed etiam *actiuè*, pa[...]
do coram eis nefaria, per quæ peruertuntur ? O[...]
flendum piaculum ! *Quis dabit capiti meo aquam* [...]
*culis meis fontem lachrymarum* , *& plorabo die ac* [...]
*interfectos filiæ populi mei?* O lachrymæ, quo ſeceſſi[...]
Huc confluite fontes, amnes, maria, Oceanus, [...]
meate alueos oculorum meorũ, quò pro merito [...]
fleam tam funeſtũ exitium. Soluere & erumpe lin[...]
mea deductura in iudicium cædem tam horrend[...]
Quod parentes cauſa ſint filios non viuere æter[...]
ſed miſerrima perire morte, hauriendo peſtem & p[...]
nicioſiſſimum damnationis exemplum à peſtile[...]
bus moribus parentum ! O terra ! O cælum ! vt p[...]
ſtaret nunquam genitam ſobolem, quam miſeré [...]
perire ſcandalo genitorum . Non dantur pa[...]
quam plurimi, pędagogi iniquitatis, faciendo, [...]
doque factu & viſu turpia, etiam non toleranda [...]
delitias Alexandrinas? Quin referendo quaſi præc[...]
geſta, priſca ſua flagitia?

Terentius in Heaut. Clitipho loquitur: *Perij, [...]*
*hi, vbi adbibit plus paulò ſua quæ narrat facinora!*

*Apud Plautum in Aſinaria)* Demenetus ſenex p[...]
ſentę etiam filio ſcortum adit.

Non inuenias matres inſanas, docentes filias [...]
Herodias ſuam) aut per præcepta, aut per exempl[...]
*te mouere pedem*, vt ait vates; *compoſito gradu in*[...]
vt clamat Iſaias; ſubminia, ſubgrundaueſ [...]
germanis ſpuriorum latebris ; comam calami[...]
capillos in ſimilitudinem retium intertexere, qu[...]
amaſiorum intricent animos ; pectus ſtrophio [...]
ſtringere, vt iunco graciliores fiant: corpus ad am[...]
xus inhoneſtos ſcitè componere ; ieiunia ſibi & [...]
nentias ſathanicas imponere: *deducunt cibum*, [...]
dam; facare , & adulterinis coloribus aut pallo[...]
aut ruborem genis conciliare, prout libuerit; cho[...]
ducere, exſilire, ſaltare. Putatis in hac concione [...]
*Eunuch. act. 2. ſcen. 3.* eiuſmodi nullas , quæ, vt ait Comicus moralis, T[...]
rentius,

*Matres ſtudent ſcilicet filias*

*Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore vt graciles ſient.*
*Si qua eſt habitior paulò, pugilē aiūt, deducūtq; cibū,*
*Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas.*

Adeſſent ſimiles? Faxit Deus, non. Si quæ tamen ſint, nunquid non lenones nefandæ filiarum? venum exponentes filias? blandæ filicidæ? Nonne filias proſtituere incipiunt? Miſeræ certè matres miſeriorum filiarum; quæ (ac ſi natura, iuuentus per ſe, fragilitas ſexus, ac ſi procorum illecebræ & irritamenta non ſufficiant ijs perdendis) ſoluunt, infirmant, concutiunt, quod fulcire & roborare debuerant. Miſeræ matres, ignoratis ſimios tanto naturæ forti amore in fætus, vt poſt complexus, oſcula, inter ludendum & iocandum ſuffocent & extinguant? Et vos, veræ ſimiæ, non veremini ornando eas tam bellè & comptè, comprimere, & perdere in hoc & in altero ſeculo? O cæcum amorem! O ſimiorum morem! *Cæcus amor prolis*. Seneca l.2. de benef. c.14 *Ille amando me occidit*.

*Claudius Paradinus in ſymbolis heroicis, ad illud,* Cæcus amor prolis.

Stultæ matres, non ſufferetis moras perdendis & corrumpendis donec diſcretionis annos attigerint? Quorſum vanitate, & muliebri ſoluitis luxu filiolas vberibus etiamnum affixas? Ad greſſum ineptæ proles raptant poſt ſe purpurā; articulatam formare nō didicerunt vocem, & vix queunt *riſu cognoſcere matrem*, vt ait Vates; cùm quid ſit coccus norunt, de purpura iudicant, pōpas & luxum appetunt, antequam ſciant vitioſa. Ethnicis deplorata perditio, aſt multò magis catholicis deploranda. Quid enim non appetāt, quid non moliantur grandiores effectæ? Ea eſt origo luxus & exceſſus veſtium; hic fons pomparum: vos, inſipientes matres, hac nobis ratione texitis & ordimini omnem faſtum; vnde ærumnæ noſtræ cunctæ & miſeriæ.

*Virg. Bucolic. Eclog. 4.*

Quintil. l.1. inſtit. cap. 2. *Vtinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus. Infantiam ſtatim delitijs ſoluimus: mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus neruos omnes & mentis & corporis frangit: Quid non adultus concupiſcet, qui in purpuris repit. Nondū prima verba exprimit, iam coccum nouit, iam conchylium poſcit. Ante, palatum eorum quam os inſtituimus.* Et paulò

poſt:

poſt: *Gaudemus ſi quid licentius dixerint. Verba*
*xandrinis quidem permittenda delitijs riſu & oſcul*
*pimus. Nec mirum, nos docuimus, ex nobis audierun*
*ſtras amicas, noſtros concubinos vident Omne conu*
*obſcænis canticis ſtrepit, pudenda dictu ſpectantur.*
*bis conſuetudo, deinde natura diſcunt hæc miſeri,*
*quam ſciant vitia eſſe.* Repunt adhuc pueri, cum
re auent quæ nondum nouerunt: atque in mali
ti cognitionem venientes, eam excutere nequ
cuius habitudine animus flexus eſt. Concipiun
ducantur in iniquitate, non vident, non palpant,
audiunt præter iniquitatem: hinc temulentos,
leis totos conſpiciunt patres; hinc matrem cup
gulæ, libidini & quibus non? ſtudere obſeruant.
euadant alij liberi, quibus crebra vitiorum dom
petunt exempla? Madebunt vino, indigeſtumq
lis exerent merum, ventrem cibis opplebunt
tes; & fuerit ſatis prolibus oſſa de more canum
re? Si credis, falleris. *Saginabunt ſe patres vino,*
*canino prandio contenti erunt ſcilicet*, ait Ennius.
famoſæ ſint, & in ciuitate peccatrices ad inſtar
dalenæ, ſexcenties thorum fœdent coniugalem,
huiuſmodi diſciplina & exemplis peſſimis ſpe
turas filias caſtiores Penelope, & Lucretia pudi
Sapienter quidam adoleſcens Hiſpanus:

*Michael Ver. in diſtich.*

*Caſta refert caſtæ genetricis filia mores.*

Neſcitis Ariſtotelem docere in Politicis, hom
eſſe animal natura imitatiuum: & quò ideæ &
fuerint euidentiora & excellentiora, eò magis
ratiuum effici, vti adſtruunt memoriæ magiſtri?

Meminiſtis vos quandoque legiſſe ô docti, qu
loco, illuſtres illos Romanos, hanc imitandi pr
ſionem humanam ſequutos, intuitu attento ima
& ſtatuarum virorum illuſtrium & celeberri
ſuperioris temporis, ſeipſos excitaſſe & prouoca
virtutem, vt imitatione fierēt ſimiles ipſis? Nun
legiſtis Julium Cæſarem mirè accenſum deſider
trandi fortiter præclara facinora, ſolo aſpectu
inanimatæ Alexandri Magni?

D

*D. Auguſt. tom. 5. lib. 2. de Ciuit cap* 7. Aut non legiſtis quæ refert D. Auguſtinus poſt comædiographum Terentium, nimirum, adoleſcentem ſpectantem in tabula Iouem paratum patrare ſtuprum cum Danae, mox paſſionis amore agitatum, firmiter in ſeipſo ſtatuiſſe crimen æmulari? *Ego homuncio hoc non facerem? Ego verò ita feci ac lubens* O imagines, vt valetis inſtigandis hominibus vel ad malum, vel ad bonum! Quocirca aduertite obiter, non ſine cauſa honeſtas & ſanctas introductas, & conſeruari in templis Catholicis; nec immeritò laſciuas & pudendas tabulas eiectas, damnatas, interdictas ſeriò, etiam Ariſtotelis decreto, ædibus proborum omnium, *Vide Concilium Tridentinum ſeſſ 9. ſub Pio 4. in Decreto de inuocatione, veneratione, Reliquijs Sanctorum, & ſacris imaginibus.*

*Terent. in Eunuch.*

*Imaginũ virtus mira.*

Ariſt. l. 7. de Repub. cap. 17. *Certè ſpectacula etiam picturarum aut librorum obſcanorum exterminamus.*

Propert. l. 2. eleg. 6. *Quæ manus obſcænas depinxit prima tabellas,*

*Et poſuit caſta turpia viſa domo*
*Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,*
*Nequitiaq; ſuæ noluit eſſe rudes.*

Si emortuis, inſenſibilibus ſimulachris tantum robur ineſt, quid non efficient viuentia, quibus eò amplior virtus memoriam refricādi, vti mox dicebamus, & ad imitationem prouocandi, quò illuſtriora ſunt & excellentiora; vti de more videmus mortalium animos inceſſere æmulationem Papæ, Epiſcopi, Cæſaris, Regis &c. potius quam plebeiorum. *Regis ad exemplum, totus componitur orbis*, aiebat optimè Claudianus.

Propertius l. 2. eleg. 6. *Tu rapere intactas docuiſti impunè Sabinas,*

*Per te nunc Roma quidlibet audet amor,*
*O Romule.*

Iuuenal. ſatyra 14. *Velocius & citius nos corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnus cum ſubeunt animos auctoribus.*

Parentibus, potiſſimis dominis liberorum, talibuſque ab ijs habitis, Deus bone! quanta ineſt facultas

perdendi, peruertendi, corrumpendi ipſos. Adde
amor naturalis, quo in parentes feruntur, inſ
ipſos ad morum illorum æmulationem; & natu
tiata, peruerſa, procliuis in malũ quodãmodò
lat; *vt eſt ingeniũ hominũ à natura procliue ad libi*

Iuuenalis ibidem: *Dociles imitandis turpibus ac*
*uis omnes ſumus.* Amplius, eò vehementius allic
tur, quò domeſtica, & quotidiana magis ſunt e
quæ vtique ipſis ob oculos quotidie obuerſant
*Terent. in* cedit, quod. *Filij paternorum ſcelerum ſimiæ.* Quar
*Andria.* miſeros dixero parentes, qui ſedulo non cauent
*act. 1.* ocellis (vt aiunt) in Deum peccare. Sapienter
vulgatum prouerbiũ, ab ocello cauendum: ac
Satyricus pro ſuo more, Iuuenalis ſatyr. 14. poſt

*Maxima debetur puero reuerentia ſi quid*
*Turpe paras, nec tu pueri contempſeris an*
*Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.*

Plutarch. to. 1. Morum, tract. d: coniug. præcep
*to Senatu mouit eum, qui præſente filio oſculatus*
*xorem.*

2. *Machab.* 6. Ac vtinam tantus vos percelle
mor, ô parentes, patrandi vera ſcelera coram
prolium, quantus inceſſerat animum probi ſeni
quo li. 2. Machabæorũ, pauor committendi ſim
Raptus is ab apparitoribus ſacrilegi Antiochi, &
pulſus contra legem Moyſis vel carnes ſuillas m
re, vel tormenta ſubire; ac rogatus inſtanter à qu
dam miſeratione motis, ſuper veneranda viri c
ſaltẽ fingeret ſe de idolotitis manducare, vt hac
ne quali quali mortem effugeret, parere omnin
nuit; veritus ne ſimulati ſceleris imago ſimios g
ret, id eſt, imitatores, & veros legis transgreſſores
iuuentus natura imbecillis, obiecta imagine vit
bito exemplo viri omninò cani, viri inter primos
Doctores habiti, ab adoleſcentia virtutibus ex
rata demum defeciſſe à lege Moyſis, & ad alie
narum idololatrarum vitam tranſijſſe, verum
traret crimen quod ipſe tantum ſimulaſſet. N
*nim ætati noſtræ dignum eſt,* inquit, *fingere,* vt mul

*doleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tẽpus decipiantur.* Et paulò poſt: *Adoleſcentibus fortè exemplum relinquam*, conſtantiæ & magnanimitatis, vitam fundendo pro lege Dei & patria potius, quam fictione elabendo Illuſtris ſenex, qui glorię ſatis, patrię parùm cum vixiſſet, ſub finem dierum noluit fato cõcedere quin gloriam priſtinam nouis cumularet incrementis, patiendo tormenta virili pectore & conſtanti animo, ac vt decet germánum legis Doctorem, verumq; Philoſophum pro concione orando, *Adoleſcentibus exemplum fortè relinquam.* Quid ſentitis, ô parentes, de apophtegmate eius aureo, & facto heroico? En profectò egregiam imaginem, bellum exemplar, illuſtris norma parentibus ad proles.

Aſt, ſi non omninò probè & compoſiti ad virtutem ſunt actus noſtri, ſaltem non negligimus hortari, monere, cogere liberos ad benè, beateque viuendum, inquietis. Hem, ignaros! Non ſcitis vnico exemplo bono vel malo plus virtutis, & energiæ ineſſe, quam ſexcentis orationibus, ſiue bonum ſuadentibus, ſeu à malo auerſantibus?

D. Aug l. 4. de doctrina Chriſt. cap. 27. *Habet vt obedienter audiatur, quantacumque granditate dictionis maius pondus vita dicentis.*

D. Bernardus ſerm. 59. in Cant. *Dabis voci tuæ vocem virtutis, ſi quod ſuades, prius tibi illud conceſſeris perſuaſiſſe: validior operis quam oris vox.*

D. Chryſoſt. homil. 72. ad Pop. Antioch. initio: *Nihil ſic in veritatis viam inducit, vt conuerſationis integritas. Nec enim ita dictis noſtris intendunt, ſicut his quæ à nobis geruntur.*

Idem hom. 24 ad Antioch. *Clarior eſt omni tuba, per opera demonſtratio.*

Plato dial. 5. de Legibus.: *Præſtans & iuniorum & ſeniorum diſciplina eſt non verborum increpatio, ſed vt quæ increpando quis diceret & monendo, eadem ipſe in omni vita facere videatur.*

Non cernitis quod malè viuentes non valeat[illegible] grue inuehi acriter in vitia filiorum? [illegible]gnorati[illegible] nium cacchinnis & ludibrio excipiẽdum, qui Æ[illegible] pe atrior, alterum nonnihil æſtu ſolis peruſtum [illegible] re contendit? Qui claudus cum ſit, loripedem [illegible] gere tentat? Cuius cum inſit oculo trabs ingens, [illegible] ſtucam tenuẽ educere ab oculo alterius feſtinat? [illegible] ſemi-exanimis, ſanare vult eum, qui medium [illegible] febris acceſſum? Non erumpet ocyus fragilitat[illegible] mana correptus à parente natus in hæc verba: [illegible] nal. ſatyra 14 *vnde tibi frontem, libertatemq; [illegible]* *Cum facies peiora ſenex?*

Matth. 7. *Hyppocrita, eijce primum trabem [illegible] tue.*

Lucæ. 4. *Medice, cura teipſum.*

Iſa. 40. *Super montem excelſum aſcende tu, qui [illegible] gelizas Syon. Aſcende tu.*

Iſa. 13 *Ingrediantur portas duces.*

Exod. 32. *Fac nobis Deos qui nos præcedant*

Cicero 2. Tuſcul. *Proprium ſtultitia eſt aliorum [illegible] tia cernere, ſuorum obliuiſci*

Juuenalis: *Loripedem rectus, derideat, Æthiope [illegible]*

Nonne ad rem optimè aſſumet, quæ habet N[illegible] ſtrata in Phormione Terentiana? *Adeò indignum [illegible] videtur filius homo adoleſcens, ſi habet vnam amicam [illegible] vxores duas? Nihil pudet quo ore illum obiurgabit?*

Iuuenal. 14. ſatyr. *Si damnoſa ſenem iuuat alea, [illegible] dit, & hæres bullatus, paruoq; eadem mouet arma [illegible]* Non obijciat patri, quod adoleſcens quidam ob[illegible] aliquando, retorquens deprauationis ſuæ culpam [illegible] collum genitoris, vti narrat Seneca Philoſophus [illegible] *Imperator*, aiebat, *ob hoc de prælio fugit, vt bene pugna[illegible]* *exercitus? Non coercet vitia, qui prouocat. Meam lu[illegible] riam patri imputabo. Non ſub ſeuera fui diſciplina; [illegible] ſub benè inſtitutæ domus lege, quæ poſſet adoleſcentia[illegible] mare mores, & à vitijs ætatis abducere.* Ac ſi dic[illegible] Jmperatore mittente exercitum, & ocyus imper[illegible] glandium fugiente, quid ſupereſt, niſi vt milites [illegible] pedibusque pugnent, & turpi fuga elabantur? Sim[illegible]

*Sen. l. 2. declam. 6.*

ter ſi patrantem videro patrem hoc vel iſtud ſcelus, nonne ad ſimile pellicior? Si diſſolutionis notor, ſemitam prior calcauit parens. *Quodammodo ad luxuriam à patre præmiſſus ſum; madent vnguento cani, & commeſſator ſenex nulli nimiu luxurioſus, ſed parum ſanus videtur.* Aquila prouocat ad volandum pullos ſuos, ita eſt pater; ſed ille idem textus ſubiungit, *Et ſuper eos volitans*; hortans pullos volitat deſuper, iter pandit, & modum docet. Quapropter vos obſecro in nomine Ieſu Chriſti ô parentes; *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos*; Jtem: *In omnibus voſipſos præbete exemplum bonorum operum*, Sic agite, ſic viuite, vt aſſueſcat familia benè viuere: demirans ſanctum veſtrum & ſtudioſum vitæ inſtitutum. Sit cuilibet proli vita veſtra potius admirationi quã voluptati, *Tua cernere facta* 1. Theſſ. 5. 1. Tim. 2. Virg 8. Æneid.

*Aſſueſcat, primis & te miretur in annis*, aiebat Euander Æneæ, ſuum Pallantem commendans. Aut timete, non ſolum vocari in ius vt ſegniores inſtructores, ſed ſeuerè corripi à Deo tanquam deſtructores, corruptoresque liberorum. Namque, ſi, vt aſſerit Chriſtus, quicumque ſcandalizauerit vnum de puſillis, qui in eum credunt, & exitij cauſam ei præbuerit, extremum promeretur ſuppliciũ; quid non demerebuntur parẽtes, non exteros, ſed vteri ſui pignora perdentes?

Matt. 18. *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Ex*pedit ei*, ſcilicet magis quam illud feciſſe; vel, *expedit*, pro melius eſt, quia Hebręi carent comparatiuo. Crudelis iuſtitia, & prorſus Phalarica, aſt æquiſſima. Non enormis etiam truculentia æternum perdere ſobolem? Quæ ſæuitia huic comparari queat? Crudelitatis exẽpla in proles.

*Metam. l. 3. in fine*: Immanis certè crudelitas, ſi ita eſt, quod Pentheus diſcerptus ſit à materteris binis, quin genitricis Agaues manibus, ratis aprum. Jtem, magnum illum Herculem in furorem verſum, vxorem & liberos peremiſſe arbitratum Lyci Thebarum Tyranni coniugem. *Sen in Hercul. furente.*

*Ibidem lib. 6.* Rabies certè barbarica fuit Progues;

quæ furijs agitata in coniugem Tereum, quod ſo
rem Philomelam ſtupraſſet, & linguam ei præſci
ſet, ne patratum reuelaret crimen; filium Itym ſu
gulauit:

*Tendentemq; manus & iam ſua fata viden*
*Et mater mater clamantem, & colla petentem*
*Enſe ferit Progne.*

Inſuper partim elixauit, partim torruit, ac geni
edendum appoſuit:

Ibidem: *His adhibet coniux ignarum Tereum*

Seruius enarrans illud Virgilij 6 Æneidos; *Luc*
*genialibus altis Aurea fulcra thoris:* Non minus cru
da fuit immanis truculentia Tantali Corynthio
Tyranni, qui Dijs neceſſitudine coniunctus, quod
quenter excipiebat comiter, non ſuppeditante,
lautè hoſpites tractaret, Pelopē filiū mactauit, & p
pamentū exinde menſis intulit, ni mentiantur Poe

Nec horrenda minus Medeæ nominatiſſimæ ve
ficæ impietas, quæ à venuſtulo Jaſone præter da
fidem deſerta, perfidiam vindicatura omnes fi
quos ei genuerat exſtinxit impatientia furens.

*Cicero de Natura Deorum, Macrobius l.* 1. *Satur*
*lium cap.* 8

*Quid ſignificet hac Saturni rabies, vide apud eoſdem, ibidem. Fulgentium, ſiue al. Puriū Fublium l.* 1. *Mythiolog. cap.* 5. *Hierony. in Ierem. cap.* 7. 19. *&* 32. *Bacac. itinere* 66. *Molochites.* 2. *Paral* 28. *&* 33. *Pſal.* 105.

Grandis certè barbaries, ſi vera, Saturni, quidem
ratos filios poſtmodum reuomebat. En admira
crudelitatis facinora; ſi meram puramque verita
narrat antiquitas Gentilis.

*D. Hieronymus in illud Iſa Præparata eſt ab heri*
*phet.* Atrocitas magna fuit Gentilium idololatra
quorum meminit textus ſacer, qui pridem idolo A
monitarum Moloch, in valle filiorum Hannon,
procul à Jeruſalem verſus orientem, ad radices m
tis offenſionis liberos viuos immolabant, exponen
cremandos vlnis idoli ænei per omnia ſpeciem Reg
præter caput, quod vitulinum exprimebat, referta
& interius caui. Sacrificium profectò barbarum,
crudele ſpectaculum, quod nihilominus obtuler
Achas & Manaſſes Reges, vna cum populo decepti
quibus Propheta: *Immolauerunt filios ſuos & filias*
*monijs.*

*Baptiſta Fulgoſius l. 5. cap. 9.* Pariter horrenda fuit impietas Herodis, Tetrarchæ Judæorum, qui vna cũ Innocentibus filium è medio tulit: tam nefanda crudelitas, vt re per nuntios comperta Auguſtus Cæſar dixerit malle ſe Herodi porcum quam filium natum. Macrob. l. 2. Satur. c 4.

Eiuſmodi feritatem horret natura, qua monemur & iubemur diligere quod à nobis eſt; qua etiam bruta impelluntur vitam diſcrimini exponere, vt ſuorũ tueantur. Quis vnquam audiuit à leæna deuoratos leũculos, ab vrſa vrſulos, à lupa lupulos ſuos? Similis feritas digna eſt cui lumen ſuum ſubtrahat micans iubar; nec tamen cõparanda ad veſtras, ô parentes ſcandaloſi; illi enim ſolum corpus mactabant, rati ſua ſacrificia Deo acceptiſſima, *Arbitrantes ſe obſequiũ præſtare Deo*; vt Tantalus iugulans Pelopem, quo Deos falſos, in neceſſitate conſtitutus vrbanè reficeret; vt cultores Moloch: quandoque ex paſſione iuſtæ iræ, & vlciſci volentes atrox crimen, vt Progne, inceſtũ mariti; Medea fugacem perfidiam amici: vos verò, nulla finis boni ſpecie perimitis & perditis animas: illi vitam breuem, exigui temporis abripiebant; vos æternam; in tormento breuiſſimo & ſemel exponebant; vos millies flammis ſemper viuidis & æternis addicitis, nõ arbitrati obſequium, ſacrificiumuè præſtare Deo, non paſſione aliqua impulſi. O feritatem, omnem excedentem aliam! Execrabatur Dominus idololatrarum Molochitarum inhumanitatem, vt ideo præceperit,

*Vide Chriſtian. Adrichom. Delphum in ſua Ieruſalem deſcriptione pag. 186.*

*Vide Baron. to. 1. annal. pag 83.*

*Ioan. 16.*

Leuit. 7. *Quicunque dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, ille morte moriatur; populus lapidabit eum: & ego ponam faciem meam contra illum, ſuccidamq; illum de medio populi mei.* Leges, quoque ciuiles extremum decernunt ſupplicium parentibus perimentibus proles inſontes, vti norunt omnes: inſontes, inquam; nec enim diſputationem hoc loco texo, an reos exſtinguere queant, vti quondam Romani & * Galli. Saltem non concedunt leges cædi ſeruum ſine cauſa.

Juſtinianus Imper. li. 1, inſtit. rubrica de his qui ſunt ſui vel alieni iuris: *Ex conſtitutione Diui Pij Anthonini,*

*Vide legẽ Seruiam apud Sextum Põpon Dionyſ. Halicar. l. 2. c. 19.*

** Vide Ceſarem l. 6. Comment.*

*qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, non minus*
*iubetur quam ſi alienum ſeruum occiderit.* Si qui
nocent & peccant ſic corripiuntur à iuſtitia diui
humana: vos parentes digni eſtis lapide molari
appenſo, præcipitio in profundum maris, qui
nocetis & delinquitis, ſcandalum & improbitatis
emplum relinquentes filijs veſtris. *Expedit volis,*
Matt. 18 *ſuſpendatur mola aſinaria in collo, & demergi in pro-*
*dum maris.*

*Siſyphe, cui tradas reuolubile pondus habebis.*

Quocirca, Auditores, rebus veſtris proſpicite,
dormietis in negotio tam momentoſo, educatione
berorum, quam aut ingenuam aut illiberalē
nunquam; ne in re facili difficiles ſitis; ne à qua
bilis voluptas ad vos redeat ſi ſtrenui fueritis:
tores & ærumnæ patiantur, tot cruces & furcæ
lantur in animis veſtris, ſi ſegnius vos habueritis.
ſtate id, ad quod tot ſancti viri, tot Ethnici pro
imò animantia cuncta vos inuitant exemplo ſuo
leam, quod Deus ſuos ſemper inſtruxerit, ſub lege
turæ, in paradiſo voluptatis, ſub lege Moyſis, ſub
gratiæ. Aut veremini, ſi remiſſiores leges hum
inertiam veſtram non vlciſcantur, ne membra
tero veſtro educta ſint vobis tortori. Saltem, ſi
probam temnitis inſtructionem, ſcandalis veſtris
deſtruatis: aut timete ne ſublato in collum lapide
lari præcipites eatis non in Oceanum, aut aliud
viſibile, ſed in inferni abyſſum: quo enim aptius
dant, qui in profundum malitiæ liberos demergunt.
Non dolendum, quod authores vitæ prolium corpo-
reæ, authores pariter ſitis mortis animarum? Ac
mum in eandem deuoluantur damnationem & pa
& filius? O funeſtum caſum! Quare ſi dixerint
cum prodigo; *Da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me*
*tingit*; da mihi loculos, libertatem, licentiam om
videte qualiter, in quē finem, quibus talia largiamini
obſeruate indolem, & arteriæ pulſum, priuſquam
uerſa indifferenter concedatis. Id è re veſtra eſt
te, arguite, corrigite eos: eſtote eis exemplo eo,
liores euadere queant.

D. Aug

D. Aug. tom. 8. in pſal. 50. patremfam. alloquitur: *Quomodo ad nos pertinet vobis loqui in Eccleſia, ſic ad vos pertinet in domibus veſtris agere, vt bonam rationem reddatis de his qui vobis ſubditi ſunt.*

Plato lib 4 de Rep vel de iuſto: *Non noui cui rei maiorem diligentiam, quiſquis mentem habet adhibere debeat, quam vt filium optimum reddat.*

En, Auditores, medicamina & antidota, quę ingenti malo, improbæ educationi liberorum veſtrorum indicaui oportuna; veſtrum fuerit ea applicare. Nunc diſcutere maturo quid deſignet ſubſtantia quā Chriſtus largitur ſuis prodigis; & an Rerumpub. clauum adepti eum in hoc caſu imitari aut poſſint, aut debeant. Ite in pace.

---

# CONCIO DVODECIMA.

2. 12. *Et diuiſit illis ſubſtantiam ſuam.* — *Vulgata.*

2. 12. Καὶ διεῖλεν ἀυτοῖς τὸν βίον. — *Græca.*

2. 12. *Diuiſit itaque eis poſſeſſionem ſuam.* — *Syriaca.*

## ARGVMENTVM.

1. *Peccatoris ſubſtantia eſt liberum arbitrium.* 2. *An Chriſtus benè omnes donarit libero arbitrio.*

1. Diximus ſupra, ſi meminiſtis Auditores, quid denotaret ſubſtantia quam poſtulauit prodigus à patre; nunc examinanda venit donatio, ſiue largitio eiuſdem ſubſtantiæ. Dicitur ergo, *Et diuiſit illis ſubſtantiam.* Textus porrò Græcus exprimit ſubſtantiam dictione βίος, *vita*, dicendo, καὶ διεῖλεν ἀυτοῖς τὸν βίον. Quaſi diceret: *Diuiſit illis vitam*; per vitam ſumendo opes, & facultates ad ſuſtentandam vitam: aut intelligendo vnione perſonali, Deum animam

*Lucianus vocat inopes & egenos, ἀβίοις ἄνδρας.*

corpori humano infudiſſe. Addit textus Græcus
oni βίον, articulum communiter quandam em
ſim inuoluentem, ac ſi diceret: Diuiſit illis vi
ſtam, ſignando hoc modo vitam quandam
tem, haud vulgatem: aut immenſas opes, ſecun
exitus publicanis; vel multam viuendi pro arbi
centiam; prout agebant noſtri publicani, ſibi p
licti; non multùm impulſi ad meliorem frugem
mnis & tribulationibus; prout quandoque
eſt à Deo.

Pſal. 80. *Non audiuit populus meus vocem meam*
*Iſrael non intendit mihi, & diuiſi eos ſecundum de*
*cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.*

Jſai. 1. *Super quo percutiam vos vltra addentes pr*
*ricationem?*

Joan. 17. *Quod facis, fac citius* Et alius quidam
*xeris vt lubet.*

Si exponendus ſit hic locus de Iudæis & Ethn
dicendum Deum dediſſe Ethnicis legem naturæ
rationis, mentem ſanam, arbitrium voluntatis,
gratuita dona, multam ſcientiam, ſublimem cog
onem adytorum naturæ quam appetebant ani
quæ ſcanderent in notitiam Creatoris: Iudæis v
ſynceris famulis Dei, præter ea, lex ſcripta fuit
Prophetæ miſſi, præſidium gratiæ Dei, quæ cert
ſtantia ſublimis & vita vera, vti optimè appell
tus Græcus τὸν βίον Ita exponunt Priſci.

Venerabilis Beda in hunc locum: *Diuiſit illis*
*ſtantiam. fidelibus ſcilicet ſua gratiæ protectionem*
*deſiderabant, impertiendo: infidelibus verò natura*
*genij quo contenti erant beneficium concedendo.* H
in homil. ijſdem omninò verbis exponit.

Eraſmus in paraphraſi: *Iudaicus populus legem*
*perat, cuius ductu ſciret quid eſſet ſequendum, quid*
*endum. Habuit & gentium populus dotes ſuas,*
*genij, cognitionem rerum conditarum, ea quibus*
*cognoſcere conditorem, ſicut & cognouerunt.*
*de ratione rectè viuendi libros abſolutos ediderant.*
ſupra authoritates alias Doctorum.

Vt autem exponatur parabola de iuſtis & peccatoribus, adeoque de omnibus in genere, denotatur appetitus naturalis corporis organizati in vtero materno expletus à Deo, infuſione animæ appetitæ, vt in materia formæ; animæ inquam rationalis, liberalis arbitrij; vt ſequatur non affectus animales, ſed voluntatis electionem. Pro hac expoſitione videtur facere textus Græcus; vtitur enim voce βίον, non ζωή, quæ vox βίος, vt plurimùm denotatur ad denotandum vitam animalium rationalium, qualis eſt ſolus homo; ζωή econtra, vt ſignificet vitam brutorum. Vnde Ariſtoteles aſſignãs definitionem vitę humanę, ait: βίος ἐστὶ λογικὴ ζωή. Addens autem textus Græcus articulum emphaticum, innuit ſignificari vitam excellentem, vt eſt donati ratione & arbitrio libero. Diuiſit itaque Deus peccatoribus animam rationalem, intellectum, vim ingenij, memoriam, ſermonem, quo communicarent naturaliter homines hominibus conceptus mentis: ad hoc enim laudato primùm Numine, nobis ſermo datus eſt, ait Ariſtoteles lib. 5. de anim. cap 13. & l. 2. de part. c. 1. *Linguam animantibus natura dedit, vt alteri ſenſa animi aperiant.* Egregium hoc ſermonis & linguę munus dedit Deus hominibus, vt cordis noſtri ſit interpres; tumultus ſeditioſos furentis populi ſedet; ſolandis afflictis; accuſandis flagitioſis; erudiendis ignaris; vrcendis ſegnioribus quaſi ſtimulo & calcaribus ad virtutem; regendis animis humanis; cohibendis ferocioribus mentibus, haud ſecus ac capiſtro continentur equi; denique ad illud ipſum præſtandum hominibus, quod Orpheus & Amphion liræ ſuæ ſono, arboribus, ſaxis, fluuijs, quos quocumq; lubebat rapiebant, narrantibus Poetis. Res ſanè tam ſublimis eſt θεῖον, vt magnus ille Hermes Triſmegiſtus audeat eam conferre ſtatui & immortalitate Deorũ. Hermes cognomẽto ter maximus, ſerm. de Mercur. *Mentẽ & orationẽ vni ex omnib animalib Deus largitus eſt homini, non minoris vtiq; æſtimanda quã ipſa eſt immortalitas. Nã qui his conuenienter & ad ea quæ decorũ eſt vtitur, is nihil ab immortalitate differt, quippe qui vinculis*

*βίος & ζωὴ Græcis vt differant.* 2.

*Vide Oui. 10 Meta. Horat. in arte.*

*Quid ſignificet id, vid Cic. in libr. ad Herenn.*

*Idem in Bocatio.*

*culis tandem corporeis ſolutus, ab vtroque eorum ... rum beatorum Diuorumq́; perducatur.*

*Eſt enim* (ait Socrates) *mens bona in corpore ... ſita, res maxima in minimo collocata.* Præclara illa ...

Naturæ ornamẽta.

nera naturalia homini collata, ſignantur di... ſubſtantiæ; nec non fortunæ bona, vt aiunt.

Beda tom. 2. l. 4. in Lucam, cap. 15 *Viuere, ... meminiſſe, ingenio alacri excellere, diuini ſubſtan... neris eſt.*

Michael Baius in M. S. *Diuiſit illis, hic vtrumq; ... arbitrio reliquit.*

*Vid Mag. ſent. li. 2. diſt. 5. §. 6.*

Præ omnibus autem inſinuat Chriſtus hom... libero donatum arbitrio, quod eſt facultas ... ctus & voluntatis ſimul, per quam ratiocinat... currit, vult, eligit liberè bonum vel malum; ... alterum, reijcit alterum; vultque hocce arbit... pſi ad quod libuerit conceſſum. Ita exponunt ... ronymus, S. Chryſoſtomus, Theophylactus, & ... os doctiſſimi noſtri ſeculi.

*Didacus Stella.*
*Granat.*

D. Hieronymus p. 2 epiſt. tract. 2 epiſt. ... maſum: *Significantius Græcè legitur*, καὶ ἔδωκ... τὸν βίον *id eſt, dedit eis liberum arbitrium, dedit ... propriæ libertatem, & vt viueret vnuſquiſque, ... imperio Dei, ſed obſequio ſuo; id eſt, non ex neceſſita... ex voluntate, vt virtus haberet locum; vt à cæteris ... mantibus diſtaremus, dum ad exemplum Dei perm... eſt nobis facere quod velimus. vnde & in peccatores ... iudicium, & in ſanctos & iuſtos iuſtum præmium ... bueretur.*

D. Chryſoſtomus tomo 2. homil. 2. de filijs ... *bitur in iſtis, & euidenter oſtenditur libertas arbitrij ... animæ rationali ſpecialiter inſeruit Deus.*

Theophylactus in hunc locum: *Hominis ſubſta... rationalitas eſt, quam concomitatur libertas arbitr... ſimiliter quæcumque Dominus dedit nobis, pro ſubſtan... tia noſtra putabuntur, vt cœlum, terra, & vniuerſa ... tura, lex & Prophetæ.*

Dionyſ. Carthuſ. comment. in Luc. 25. cap. ... *dedit vnicuiq; quod petit, & quælibet facere permiſi... voluit.*

Simon Caſſian. lib. 6. cap. 16. *Dimiſit pater ſubſtantiam, cum vnumquemq; in ſuis ſingulatim conceſſis ſuo relaxauit arbitrio.*

Alexander de Hales: *Talis ſubſtantia ad minus in quinque conſiſtit, quæ omni homini tanquam neceſſaria conceſſa ſunt. Primum, eſt ratio ad cognoſcēdum bonum: Secundum, eſt tempus ad perficiendum bonum: Tertium, eſt facultas faciendi bonum: Quartum, materia ſe exercendi in bono, ſcilicet proſpera & aduerſa: Quintum, eſt inſtrumentum, quod eſt corpus, per quod operetur bonum. Et hæ ſunt quinq; talenta, Matth.* 25.

D. Bernardinus Senenſ. tract. de Chriſtiana relig. ſerm. 24. qui eſt de prodigo: *Hæc ſubſtantia Patris Dei eſt omne bonum quod habet homo, ſiue naturæ, ſiue gratiæ. Bonum tamen naturæ eſt, quod tam iuſtis quam peccatoribus contingit & datur.* Neoterici omnes ſic ferè exponunt.

Cicero pro Roſcio Amer. *Commoda quibus vtimur, lucem qua fruimur, ſpiritum quem ducimus, à Deo nobis dari & impertiri videmus.*

Inſuper notandum, quod dicendo, *Diuiſit illis ſubſtantiam*, nil amplius adiudicauit ſeniori quam iuniori; inſinuet omnibus, & iuſtis & peccatoribus æqualiter liberum arbitrium eſſe. Cùm enim vnus altero non ſit magis homo, & alter altero plus animæ non habeat: *Quinta enim proprietas ſubſtantiæ eſt ut non ſuſcipiat gradus, vt ſit magis minuſue talis; vnus enim homo non eſt magis homo quam alter: Eſſe enim vniuſcuiuſque eſt idem & vnum, nec intenſionem, nec remiſſionem accipiens:* atque liberum arbitrium conſtituat hominis ſubſtantiam, ſequitur omnibus & ſingulis nobis æqualiter datum; *Æqualiter cunctis viuentibus datur,* aiebat S. Ambroſius; nec minus ineſt Turcis, Barbaris, Judæis, peccatoribus, damnatis, quàm Chriſtianis, quàm iuſtis, quàm beatis, quoad ſubſtantiam; tametſi quoad effecta melius ſit in his quàm illis. Ita teſtantur ſancti Eccleſiæ Patres.

*Vid Ariſ. Categorias de Subſtantia poſt medium.*

S. Hilarius, in pſal. 2. *Vnicuiq; noſtrum libertatem permiſit.*

D. Hier.

D. Hieronymus ad Hedibiam: *Deus æquali ...*
*ſorte generauit, & dedit, arbitrij libertatem, vt fa...*
*nusquiſq; quod vult, ſiue bonum ſiue malum.*

Iuſtinus Martyr apolog. 1. *Omnium vero qu...*
*rati ſunt hæc natura eſt, vitium & virtutē accipe...*
*ſe.*

Quoad multa alia bona, naturæ, fortunæ, gr...
certum eſt omnibus non æquam obtigiſſe por...
non omnes æquè ingenio acres, vt omnē ſuperā...
ficultatem; non omnibus conceſſam Eſdræ m...
*Cic. l. 2. de finibus.* riam, qui vniuerſę doctrinæ Hebræorum mem...
non Themiſtoclis, qui nil aliud quam oblivio...
**Aulus Gelli. l. 7. noct. Att. cap. 17.* tē auebat; non Mithridatis Regis Ponti, vigint...
que idiomatū gnari totidem nationum ſibi ſub...
rum; non, cunctarū miraculum, Senecæ, qui b...
nomina referebat eo ordine quo audierat, & d...
verſus retrogrado ordine recitabat: non omnes ...
facundia cum S. Paulo, Cicerone, Demoſthene...
*Epheſ. 4.* *quid omnes Doctores? Ipſe dedit quoſdam Paſtores &...*
*Matt. 25.* *ctores;* Quibuſdam largitus eſt quinque talenta, ...
duo, alijs vnum, *vnicuique ſecundum propriam ...*
Non omnes pariter opibus præſtant; nec etiam ...
diebat: 1. ne difficiliores, moroſioreſue eſſemus ...
ſequio mutuo; 2. ne quidam abuterentur ijs, ...
Deus prænouerat; 3. vt inopes patienter ferent...
piam ſuam, coronæ ſuæ diuitias augerent in c...
vt diuites regulariter ſegniores ad bonum, ijs ...
ta expiarent: *Peccata tua eleemoſynis redime, ...*
*Dan 4.* Nabuchodonoſori Daniel; 5. vt ſibi compara...
*Matt. 5.* gnum cœlorum, ad pauperes pertinens, *quoniam ...*
*rum eſt regnum cœlorum;* 6. vt ijs quaſi illyrio ...
Deus ad ſe pelliceret; dantur enim nonnulli, ...
*Pſal. 48.* bus Propheta: *Confitebitur tibi cum benefec...*
*Pſal. 58.* *Si non fuerint ſaturati, & murmurabunt. Ego ...*
*Pſal. 29.* *abundantia mea, non mouebor in æternum.* ...
*Iob. 1.* *Iob fruſtra timet Deum? Nonne tu vallaſti eum ...*
*mum eius, vniuerſamque ſubſtantiam per circu...*
*Operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius ...*
*in terra.* Non omnes honore pari afficiuntur, ...

decebat: nonnulli ſiquidem, ſicuti Samuelis filij, vel Saul, ante honorem humiles, honorati ferocirent vt leones: pauci Dauidem referunt; qui quò ad altiora euehebatur, eò altius ſe deprimebat, & dicebat: *Vilior ſiam pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis*; Non omnes menſura vna conſequuntur gratiam Dei gratum, ſeu beatum facientem; non omnes Jacob, ſed Eſau aliqui.

*1. Reg. 7.* *2. Reg. 6.*

Epheſ. 4 *Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti.*

1. Cor. 7. *Vnuſquiſque proprium donum habet à Deo; alius quidem ſic, alius verò ſic.*

Iſaiæ. 34. *Spiritus Domini miſit Prophetis ſortem, & manus eius diuiſit eam illis in menſuram.* Aliter ſanctificatur Ieremias vates, aliter S. Ioannes Baptiſta, aliter nos in baptiſmo; melius ipſi quam nos: aliter Apoſtoli die ſacro Penthecoſtes; hi melius quam nos & illi: aliter virgo mater beata; ac ipſa omnibus præſtantius. De ea dixit quidam Eccleſiæ antiquus pater, ſi meminiſtis: *Cæteris per partes præſtatur; Mariæ verò ſimul ſe tota infudit plenitudo gratiæ.* Cæteris mortalibus obtigit nonnulla portio gratiæ Dei; aſt in Maria concurrunt gazæ omnes gratiarum. Jn qua quidem partitione impari æquiſſimè ſe habet Deus, liberalis in omninò bonos, miſericordia ſua; in mediocres non item, quod maiora non ſint meriti; improbis parum aut nihil largiens; quippe qui obicem, vectes, clathros, opponimus acceſſui & introitui gratiarum, ſeſe offerentium & pulſantium ianuam noſtram. Portionem verò liberi arbitrij, *dat omnibus affluenter, omnibus æqualiter*, eligendo bono vel malo, prout libu erit.

*Ierem. 1. Lucæ 1. D. Hierõ. vel vt vult Eraſmus, Sophronius Græcus in ſer. de Aſcenſione B. Mariæ ad Paulã & Euſtochium, in illud,* Aue gratia plena, *tõ. 4. operum Hieron. Iacob 1.*

Ex his per tranſennam colligite, ô Auditores, vt * Caluiniſtę noſtri, & omnes qui ab hoc fatali equo prodierunt, omnes illi Anti-Libertini firmato animo impugnantes libertatem arbitrij humani (quorum tamẽ mentibus ineſt aliud libertatis genus, de quo poſtea) perperã ſentiant; quandoquidẽ hæc pars paraboię noſtræ

**Calu. l. 1. inſtit. cap. 15. ſect. 8. Zuingl. to 2. comment. de vera & falſa religione, c. de merito. Et to. 1. c. de Prouidẽt. fol. 365.*

ſtræ litteraliter probet nos creatos liberos & ſo
non impulſos, & coactos quadam fatali lege no
ſtente, aut Planetarum influentia, volentes no
ſubire peccati iugum. Hic vnicus locus ſanè
ctus ab illis ſufficit, qui ſuadeat eis eandem
nos tenemus fidem. Verùm debuerat legiſſe a
dialogum Cain & Dei, in quo diſſerens Deus de
tate peccandi & non peccandi, aiebat ſcelera
*Geneſ. 4.* fratricidæ: *Sub te erit appetitus tuus*, ſcilicet p
*& tu dominaberis illius*, per arbitrij tui libertat

Liberum arbitriũ adſtruitur.

Debuerant probi illi ſcilicet, à ſcripturis ſ
cio exuberantes, ſcire dici ab Eccleſiaſtico ho
à Deo relictum ſui iuris: *Reliquit eum in manu*
*ſui*, id eſt, liberum; ignem & aquam, mortem &
*Eccli. 25.* hinc inde ſibi appoſita, facta facultate a
quod libuerit, *Ad quod volueris porrige manum*
ait D. Auguſtin. lib. de gratia & libero arbitrio
hunc locum pro libero arbitrio.

Cic. lib. 1. Offic. *Hoc ipſum ita iuſtum eſt, qu*
*fit, ſi eſt voluntarium.*

Nouerint in gratiam liberi arbitrij dici bea
um, *Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſu*
*mala & non fecit.*

*Eccli. 31.* Legiſſent ex S. Paulo, 1. Cor 7 *Non habens n*
*tem, ſed poteſtatem voluntatis ſuæ.*

1. Rationes & authoritates Patrum.

Didiciſſent (vt viuis rationibus ſuffocetur
ficta & apparens ſpecies) nuſquam futuros p
res & probos, ſublata à nobis libero arbitrio.
nim actus format, completue peccatum, ſed v
tas libera, per quam volo & committo talem
*Aug. l. de vera rel. cap. 14.* contra ius legum diuinarum, teſtante D. Augu
qui ait: *Vſque adeo peccatum voluntarium malum*
*nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium.*
*Idem l. 3. de lib. arbit. cap. 1.* *Nulla culpa deprehendi poteſt, ubi natura neceſſita*
*minetur.* Leæna lactans catulos, dira fame com
*fame rabida tria guttura pandens*; deuoret infan
obuium: alius quidam anthropophago imman
*Virg. 6. Æneid.* militer alium; non diceretis leænam non deliquiſſ
minem verò in ſimili caſu grauiſſimè peccare

homo potius quam leæna, niſi quia contrarium, nimirum non deuorare non eſt poteſtate leænæ famæ tabidæ, ſed compellitur deuorare; homo autem poteſt, vorare, aut non vorare? Perpetret homicidium compos mentis; ſimiliter furioſus; excuſato furioſo plectetur compos mentis; quia ratione ſcit & videt ſe malum committere; ille, minimè: iſte liberè; ille furiarum impetu operatur.

Stupratur Lucretia Romana à Tarquinio iuniore; ſancta Dei Virgo Lucia, vera lux Syracuſarum ad lupanar pertrahitur temeranda: rurſum Thais Alexandrina, Phryne Athenienſis, Plangonna Mileſiana ſpõteeò conuolant: non excuſabitur Lucretia, cuius *Corpus tantum violatum, animus inſons*: non dicetur cum parentibus eam conſolari ſtudentibus, *Mentem peccare, non corpus; & vnde conſilium abfuerit, culpam abeſſe?*

*De Phryne Quint. l. 2. inſtit. cap. 13. Tit. Liu. decad. 1. lib. 1. Breuia. Rom.*

Non geminabitur Sanctæ Agneti corolla, vti aiebat: *Si inuitam iuſſeris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam?*

D. Auguſtinus tomo 5. l. 1. ciu. cap. 16. *Sancta voluntate inconcuſſa ac ſtabili permanente, quicquid alius de corpore vel in corpore fecerit, quod ſine peccato proprio non valeat euitari, præter culpam eſt patientis.*

Idem l. 1. de ciuit. cap. 18. *Non polluet libido, ſi aliena erit.*

Ibidem: *Quis ſana mente putauerit ſe perdere pudicitiam, ſi fortè in apprehenſa & oppreſſa carne ſua exerceatur & expleatur libido non ſua? Si enim hoc modo pudicitia perit; profectò pudicitia virtus animi non erit.*

Ibidem: *Non de ipſo corpore perit caſtitas, quia eo ſanctè vtendi perſeuerat voluntas, & quantum in ipſo eſt, etiam facultas.* Vide pulcherrima ibidem.

Philo Iudæus, l. de migratione Abrahæ in fine. *Vbi deeſt aſſenſio, nec qui patitur verè patitur, nec qui præter animi ſui ſententiam lædit, reus eſt patrati facinoris.*

Seneca in Hyppol. nutrix loquitur: *Mens impudicam facere, non auſus ſolet.*

Et alius quidam: *Mens eſt quæ denique peccat,*

Rurſus, quæ ſpontè ad libidinem confluunt, nonne

omnibus infames habentur? Quî hoc? Quia p
bus oppreſſio erat; in poſterioribus, voluntas
tas. Si itaque nobis nullum eſſet liberum arbi
vti ſtatuunt ſectarij, & legem actibus noſtris
tum, nihil eorum quæ ageremus, reputaretur
11. tum. Namque, *vſque adeò peccatum voluntarium*
*lum eſt, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit volun*

*Vide Aug. l. 5. de Ciuit. pag. 9. Damaſc. l. 2 Ort. fidei c. 7.*

Non ignoraſſent inſuper ſublato libero arb
tolli omnes virtutes. vt enim actus ex genere
non eſt peccatum, niſi voluntarius; ita actus
bonus, non poteſt ad virtutem & meritum rep
pariter à voluntate libera manet; non verò
tia, & fato.

Pſal. 53. *Voluntariè ſacrificabo tibi, & confi*
*mini tuo Domine.*

2. Cor. 9. *Non ex triſtitia, aut neceſſitate; hila*
*nim datorem diligit Deus.*

1. Cor. 6. *Si euangelizauero neceſſitatem habe*
*mihi prodeſt: ſi volens hoc ago, mercedem accipio.*

Non adpellamus propriè ciconiam miſerico
clementemúe, quanquam opitulentur parent
nio confectis, vti antea dicebamus; impellitur
ad hoc natura, non libera voluntate, nec ſecus
facere. Equus bibens vt ſobrius compreſſis lab
quam hauriens puram, nec vltra quam requirat
ra, non poteſt dici propriè ſobrius; in ipſo etenim
ratur inſtinctus naturæ, non voluntas, & electio
de cæteris. Non auditis diſtrahentem vaſa aure
gentea, veſtes, tapes Turcicos, aliamq́ue ſuppe
lem præ furibus, vt conflatam inde pecuniam
peres, in loca pia diſtribuat, mero & puro Prin
cogentis imperio, dici eleemoſynarium libe
quod à voluntatis libertate non imperetur ille
ſed extero decreto, non arbitrij domeſtico
compellatur. *Hilarem datorem diligit Deus.*

Ariſt. 3. Ethic. cap. 5. *Spontaneæ ſunt virtutes.*

Vnde conſequitur optimè, ſublata voluntatis li
tate, tolli pariter virtutes, neminemq́ue propriè
ſtudioſum, tametſi virtutis actus & natura bon

quenter. Differunt ſiquidem *fortia agere, & fortiter agere*; bona facere, & benè facere.

III. *Vide Ariſt. l. 2. Ethic. c. 4.* Iuſta agere, & iuſtè agere, vt differunt.

Amplius; ſequeretur quoque exinde directa illatio ne, Chriſtianam fidem noſtram, Platonis ſententiam, Virgilij opinionē, incaſſum ſtatuere infernū, aut cruciatū aliquē poſt mortē, nabis, potius quā brutis. Vbi enim delictū nō eſt, non habet locū iuſtitia ſiue iniuſtitia *Pœna, eſt reordinatiua culpæ*, inquiunt Theologi. vbi nihil curuū, quid ſubrigatur? vbi nihil ſordidum, quid purget fullo? Jniquè animaduerteret Deus in eū qui quod egit, non potuit nō agere. Si impulſore Deo, vel fato, vel vi conſtellationū viatorem trucidauit latro, ergo iniuria plectitur, aut in crucē agitur. Iuſti Ariſtidis, an verò trucis Heronis factum, ſuffraginibus cæſis ſeruum cogere, vt in ſtadio velocius feratur vēto, & currere non valentem exquiſito torquere cruciatu? Rex humanus, an Tyrannus ſæuus Semproniū vinculis & funibus arctè adſtrictū in carcerē abtrudat; ac ad prælīū nō ſequutū edicto publico in crucem ſuſſiciendum, aut capite plectendum pronuntiet?

IIII. *Plato in Phædone vel de anima, in fine. Virg. 6. Æneid. Silius Italicus l. 13. Ouid. 4. Metam. Claud. l. 2. in Ruf. fin.*

Adhæc, infertur, amota arbitrij libertate, adeoque virtute omni, fruſtra fide noſtra Catholica adſtrui regnum cælorum, æquū virtutum prœmium: vanè imaginaretur Plato locos ſublimes, ſequeſtratos remunerandis heroibus, & probis: perperam Virgilius & alij ſfugerent campos Eliſeos, deputandis ijs qui ad virtutem mores compoſuerint: nil enim præmio & laude dignum daretur, ſi huc, illuc, ad vitium & virtutē verſare ſe non poteſt pro libitu homo. Quam rationem è ſuis tabernis mutuam dederunt priſci Patres.

Iuſtinus Martyr. Apol. 1. *Neque enim quicquam eorum laude dignum eſſet, niſi homines vtramque in partem flectere, & quaſi ſe conuertere poſſent.*

D. Clemens Alex. l. 2. Stromatum: *Neque vituperationes, neque honores, neque ſupplicia iuſta ſunt, ſi anima non habet liberam poteſtatem.*

Tertullianus li. 2. in Marcionem: *Nec boni nec mali merces iure penſaretur ei qui aut bonus, aut malus, neceſſitate fuiſſet inuentus, non voluntate.*

D. Auguſtinus lib. de vera relig. cap. 14. *Poſtre- non voluntariè malè facimus, nemo obiurgandus*

Idem ſerm. 61. de tempore: *Non eſt damnan- quem pro eo quod non potuit vitare, quia piius eſt.*

V. Si non daretur liberum arbitrium, ſtultè lo- tur innumeris in locis ſcripturæ ſacræ Sapienti- na Lingua, quo tendis ? Parcite; ad euincend- ti Libertinorum iſtorum ſtoliditatem, impie- tur lingua mea. Poſſunt dici *Bona malè, & ma-* infit S. Gregorius. Quapropter dico, Audite- ineptos texere ſermones paſſim in ſcriptura, ub- do crebrò hominibus vt eligant è duobus, a- quod libuerit. Quæ enim deſipientia; hoc vel e- lige; optio tibi datur, ſi quaſi vnco prenſus & - eſt homo rei vni, adeò vt aliam eligere nequeat.

*Greg lib. 23. moral. c. 3.*

Deuteronomij 30. *Propoſui vitam & bonum dictionem & maledictionem, elige ergo bonum, v- uas & ſemen tuum. Elige.*

*Philo Iudæus, Libro Quod Deus ſit immutabi-* tur hoc oraculo pro lib. arbitrio.

2. Reg. 24. *Trium tibi datur optio, elige vnum.*

Eccl. 15, *Propoſui tibi aquam & ignem, ad quod eris porrige manum tuam.*

Ierem. 21. *Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & am mortis, eligite.*

Ioan. 6. *Nunquid & vos vultis abire?*

1. Cor. 7. *Si vult, nubat: ſi vult, ſeruet virgin- ſuam.*

VI. Non ſufficit: ſi in nobis non eſſet volunta- tas, imprudenter Deus (*mala benè* dixero, ruſtica ſtra gratia) præcepiſſet quædam, quædam con- ſet. Ea enim ſit Regum prudentia oportet, vt co- ſua & decreta commenſurent ad normam fac- ſubditorum; ſi vt homines non vt Tyranni im- aueant; ſi non velint de numero eorum haberi, ſingula adferunt, ita nobis placet.

Iuuenal. ſatyra 6. *Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ra- voluntas.*

Perpendant Legiſlatores, an penes ſubiectos

ſtram exequi quod decernunt, aut vitare quod prohibent.

Ariſtoteles lib. 3. Ethic. cap. 5. *Ad ea quæ neque ſpontanea ſunt, neque ſunt in nobis, agenda hortatur nemo.* 1. *Ouid.* 8. *Met.*

Audiſtis vnquam Legiferum imperaſſe ciui, per ae- 2. *Matt.*
re volare, vt 1. Dedalus; mare ſicco veſtigio obambu- 14.
lare, vt 2. S. Petrus; in tertium cælum conſcendere, vt 3. 2. *Cor.*
3. S. Paulus; rotare montes de loco in locũ, 4. vt Gigan- 12.
tes; *ſupponere Peliō Oſſæ*; & 5. S. Greg. dictus Thaumatur- 4. *Metă.* 1.
gus, qui montē templi ſtructuram impedientem tran- 5. *Greg.*
ſtulit quantũ ſat erat; cohibere paucis verbis velociſ- *Nyſſenus*
ſimos veredarios ſolis & lunæ, 6. vt Ioſue: *Sol cōtra Ga-* *&* *Ruffi-*
*baon ne mouearis, & luna contra vallē Aialon*; aut ſolem *nus l.* 2.
retrogradum tenere iter, 7. vt Iſaias; aut reiuueneſcere, *ca.* 5. *hiſt.*
8. vt Æſon pater Iaſonis; aut 9. aquila; aut, 10. ſerpens. *Eccl.*
Audiſtis vnquam præcipientem Principem, aut ſua- 6. *Ioſue.*
dentem ſubditis nunquā infirmari, nunquam eſurire, 10.
ſitire, vigilare? Quî non? Quia talia non ſunt in facul- 7. *Iſa.* 38.
tate noſtra; *non ſunt ſpontanea, neque ſunt in nobis. Ad* 8. *Metă.*
*impoſſibile nemo cogitur.* Exigunt autem moderata & æ- 7. *lib.*
qua vectigalia; vetant machinationes rebellionum; 9. *Pſ.* 102.
arma ſumere in patriam; prædicant, *Pugna pro patria*; 10. *Ariſt.*
prohibēt cōmeſſationes, duella, certamina, digladia- *l.* 8. *hiſto.*
tiones pernicioſas, velitationes, & alia innumera; quod *anim.*
perſuaſum habeant ea ſub hominis voluntate & pote- *cap.* 17.
ſtate poſita. Vniuerſa porrò quæ aut præcepit aut ſua- *Ariſt.* 3.
ſit Deus, in nobis poſitum eſt præſtare, aut non. Alte- *Ethic. c.* 5.
rũ ſit neceſſariò verum. Si, non: id eſt, ſi non ſit ſub no- *Cato.*
ſtra facultate, & electione facere bonum, & declinare
malũ, iuxta edictum Dei (vti impie aſſerunt Caluini-
ſtæ) cerneret cæcus Deũ ſtolidiſſimũ, inconſultiſſimũ,
ſtultiſſimũ Legislatorem, quem ſomniaret Edymion
quadraginta ſeptem annis ſoporis ſui iugis: infero hāc
blaſphemiam, aſt *mala benè*. Rurſus, ſi ſic; id eſt, ſi ca-
dunt leges Dei ſub electionē & poteſtatē noſtrā prout
reuera cadũt: *Iugũ enim meũ ſuaue eſt & onus meũ leue*,
inſit; Itē: *Mandata eius grauia nō sũt*; aſſequor intentũ, *Matt.* 11. 1. *Ioan.* 6.

D. Aug. ſerm. 61. de temp. *Neque poterit aliquid impoſſibile imperare, qui iuſtus eſt.*

Neceſſum eſt, ô Caluine, cruciatu & equuleo
rationis fateatis Chriſtum Ieſum, Patrem & Con
rē omnium noſtrū diſtribuiſſe æqualiter omnib
Ci v, opes illas & ſubſtantiā excellentę, liberum
titu, quo quaſi parui Dij conſtituimur; poſſumus
re, & non facere, hoc vel illud liberè, vt Deus. D
*illis ſubſtantiā, dedit cuiq; liberū arbitriū* Iſti
Argi illi, aut magis talpæ cæci, gloriantes ſe p
ces. *Hoc argumento pro libero arbitrio, vſi ſunt D.*
*aduerſus Simonem Magum, vti teſtatur Clemens*
*nus lib 3 Recognition. Iuſtinus Martyr apol. 2. pro*
*ſtianis; Tertul. dehortatione ad caſtitatē initio,*
*uerſus Marcionē, Nazianzenus Orat de Natiu.*
*D. Chryſ hō. 2. in 1. c. Geneſis, D. Aug. tom. 3. de*
*Chriſtiano, c. 10. li de gratia & lib. arbit. c. 2.*

VII. Animo ſeduló verſaſſent, ſi nobis non ſit lib
arbitrium, fruſtra conſultari & deliberari ſuper
bus noſtris; vtilitate huius; detrimento iſtius:
conſuleremus necne, equidem euenirent pro
fatali, non verò pro noſtra conſultatione.

Ariſtoteles l. 1. Perihermenias: *Neque conſ*
*portebit, neq; negotiari, veluti ſi hoc quidem fecerimus*
*hoc; ſi verò non fecerimus, erit hoc.* Vanæ omnino
conſultationes bellicæ; vana Rerumpub. Conc

VIII. Inſuper præuidiſſent, quod ſi ſubſtantia iſta
arbitrij nobis non eſt conceſſa, omnia peſſum
Rebuſpub. Nam vti ait quidam;

*Ouid. 1. Triſt.*

*Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt,*
*Parſq; ſuum mundi, nulla tenebit iter.*

Leges omnes in fornicationem, in ſtuprum
num, in furta, latrocinia, blaſphemias irritæ:
liceat laxatis habenis ferri citato curſu in volup
fornicari, ſtuprare virgines, prædari, blaſphema
tatim impunè & impudēter: perperā Moyſes He
& Chaldæis tot leges præſcripſit: Fruſtra Drago
tus, Solon ſapiens, Plato diuinus, ſuis doctis At
ſibus: fruſtra Lycurg⁹ mitis, iuſtis ſuis Lacedæmo
fruſtra religioſus Numa Pōpilius, victoribus ſuis
manis, tot, tā decoras, tam vtiles leges ſanxiſſet,

bria iuſſiſſet corripi tranſgreſſores, ſi populis nullum ſit liberum arbitrium, per quod velint exequi vel non exequi legum iuſſa. Fruſtra inſtitutæ ſunt Academiæ; fruſtra nonas has cudimus conciones: fruſtra S. Baſilius, S. Auguſtinus, S. Benedictus, S. Franciſcus Ordines inſtituerunt, vera virtutis gymnaſia: fruſtra morigerandis pueris deſignantur pædagogi; ſi non ſit in libera electione & facultate auditorum Academicorũ poſitum exequi præcepta per Platonẽ vel per nos data; ſi Monachi Prælatis morem gerere nequeunt; ſi meliores non euadent pueri ſub inſtitutorum diſciplina: quin fruſtra Caluinus, in ſuis inſtructionibus, dicã? an euerſionibus; vniuerſique alij hæreticorũ miniſtri caput ſibi obtundant, & auditoribus aures vellicent declamantes hoc vel iſtud, eo, aut illo modo prout ſomniarint credendum; ab iſtis vel illis ſuperſtitionibus, idololatrijſue Papicolarum abſtinendum, ſi in homine non fuerit liberum arbitrium: fruſtra Caluinus ſuo ſe Serueto oppoſuit, iniuria viuum lento igne abſumi Geneuæ curauit.

Meminiſſent nos Dei imagines dictos, quod quemadmodum Deus operatur liberè, potens agere quod non agit, & mittere quod agit, ita & nos: quod ob eam cauſam differamus à brutis eſſentialiter; quod ratione præditi, & non ipſa; liberi ſimus, & non ipſa: quod eſſemus vti bruta, & non ſicut Deus, neque ad eius plaſmati imaginem, ſine libero arbitrio, in quo potiſſimum ſita eſt imago Dei ſecundum Tertullianum l. 2. in Marcionem: *Cum liberum, & ſuæ poteſtatis iuuenis hominem à Deo inſtitutum, nullam magis imaginem & ſimilitudinem Dei in illo aduertere potes.* Orator nemo, quantumuis diſertiſſimus & eloquio pollens, cui ferrei os, ac in hoc linguæ mille; vti fingunt Poetæ; cui linguæ hominum & Angelorum, ſicuti imaginatur S. Paulus, non recenſeat ſummariè minimam partem Hydrarum, blaſphemiarum, inconuenientium pullulantium quaſi ab inferorum faucibus, à negatione liberi arbitrij. Quare miſſis Hydri iſtis peſtilentibus in ſuo lacu Geneuenſi, lemuribus il-

*In vita lat. Caluini initio.*

IX.

*Virg: 6. Æneid.*

*1. Cor. 13.*

lis hæreticis, qui cum homines ſint, liberi & ſui
putant ſe bruta abſque libertate arbitrij. vnum
Rom. 10. credite, Auditores, quin cũ Eccleſia, Deũ qui Dom
*omnes* , æqualiter partijſſe omnibus ſubſtanti
præclaras opes liberi arbitrij: ac concludite cu
Auguſtino, lib. 3. Hypognoſt. *Eſt igitur liberum a
trium, quod quiſquis negauerit, catholicus non eſt.*
præſtat Vniuerſitati toti credere, quam diſcipul
negato & expulſo? Vniuerſæ Eccleſiæ Catho
quam Sectario excommunicato? Quid inquio, Ec
ſiam Catholicam? Ipſi Philoſophi arguunt me
Caluinum, & apertè liberum fatentur arbitrium
quam obuium habuiſtis in libris Platonis Eth
qui diceret, quod potẽs malè agere mallet emori
neſtè viuendo probè? Non percipitis ſub verbi
ſonum vehementem liberi arbitrij?

Philoſophi liberũ arbitriũ concedũt.

Jn Phædone Platonis: *Profectò cum nobis liceret
piter viuere, honeſtè emori maluimus, quam vos
quẽ poſteros infamia cuiq; ſubijcere, ac parentibus
ſuperioribusq; dedecori eſſe; putantes homini ſuos
ranti, non eſſe viuendum.*

Meminiſtis magnũ Ariſtotelẽ, ô Docti, per to
put quintũ l. 3. Philoſophiæ moralis adſtruere
cus vitium & virtutem in noſtra poſita facultate

*Dicere neminem neq; ſponte improbum, neque in
beatum eſſe, alterum falſum eſſe verum videtur.
cum beatus nemo inuitus euadat; improbitas vero
tanea ſit.* Alioqui dicendum neminem principium
genitorem ſuorum actuum (ita enim loquitur
prolium genitor eſt. vniuerſi, inquit arbitrij ad
libertatem, potiſſimum legislatores, qui in impo
vindicant ſcelera, ni ea patrarint aut coacti, aut
ri; quorum ipſi non ſint cauſa: venerantur autem
bos, tum vt ſti mulentur hi, tum vt cohibeantur

Ibidem: *Vt homines ſint iniuſti & intemperantes
dant, ipſi in cauſa ſunt, dum & diſſolutè ac remiſſè
& maleficia perpetrant, & in compotationibus,
alijs libidinibus ætatem degunt.*

Ibidẽ in fine: *Actionum enim à principio vſq; ad
Domini ſumus.*

Ibidem: *Quoniam in noſtra erat poſitum poteſtate vel ita, vel non ita uti, etiam habitus ipſi ſpontanei ſunt.* Talpa cœcior, vel trecentis cœcis Pariſienſibus ſit, qui non percipit iſtis omnibus Ariſtotelem profiteri liberum arbitrium: ſurdior ſit mari ſæua tempeſtate agitato, qui non audit ſonum validum elegantium harum ſententiarum, reſtinguendis oblatratibus Miniſtrulorum Geneuenſium Caluiniſtarum, hoſtium libertatis arbitrij; aſt amicorum plus æquo libertitatis quam falsò iactitant Euangelicæ. *Diuiſit illis ſubſtantiam,* τὸν βίον, omnibus largitus eſt Deus donum ſplendidum libertatis.

Quin tanta eſt libertas & facultas noſtra, vt Deus
quandoque ſuam abrumpat ſuſpendatque, quò no-
ſtra locum habeat. Non *vult omnes homines ſaluos fie-* 1. *Tim.* 2.
*ri:* Aſt quoniam non omnes volunt ſalui fieri, ſaluos
facere omittit, ne liberi arbitrij iura ſoluere videatur.
*Vocaui & renuiſtis &c. Ego quoque in interitu veſtro ri-* *Prou.* 1:
*debo* Quia renuiſtis, dimiſi vos arbitrio veſtro *Quoti-* *Matt.* 23.
*es volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pul-*
*los ſuos ſub alas, & noluiſti.* quaſi diceret: veruntamen
non mea voluntas, ſed tua facta eſt, ne inuita beata eſ-
ſes; factum eſt quod voluiſti, non quod ego: tametſi a-
nimo tam moleſto & ægro, vt idcircò eruperint la-
chrymæ: *videns ciuitatem fleuit ſuper illam.* Coegit ali-
quando Deus creaturas, vt facerent quæ natura non
appetebant; cohibuit fluxum maris rubri, iter ſolidũ
præbens iſraelitis, *Stetit vnda fluens, ſicut moles, aut* *Exod.* 14.
*murus;* ſolem in ſuo curſu retinuit: ſuſpendit ignis a- *Exod.* 15.
ctiuitatem ne noceret flamma tribus voluntate mar- *Ioſue* 10.
tyribus, fornaci Nabuchodonoſor imperio iniectis: *Dan.* 3.
vno & altero verbo mari ſilentium indixit: *Obmuteſ-* *Marc.* 4.
*ce, quieſce, & facta eſt tranquillitas magna:* Quin coget *Matt.* 8.
ignem tartareum non ſplendere; ignis illi dabitur, ſed *Baſ. ſer. in*
ſine ſplendore: *Ignem carentem ſplendore, vrendi qui-* *Pſalm.* 33.
*dem vim habentem, ſed priuatum lumine,* experientur *ad verſ.*
reprobi, inſit S. Baſilius: aſt nunquam Deus compel- Timorem
lat hominem vt velit quæ non vult. Te ipſe perdas, Domini
aut ſaluum facias; *Perditio tua ex te Iſrael, dicit Domi-* docebo.
*nus.* *Oſee* 13.

*nus*.Si pereas, dixeris, *Videns, volenſq́ pereo*. Tribu-
gitur Deus adoleſcentiori prodigo, id eſt, peccato-
bus cunctis, & ſeniori, id eſt, probis, ſubſtantiam li-
ralis arbitrij, τὸν βίον, illam vitam, ſic liberè poſſi-
uere illam, illam ſubſtantiam; illud ſplendidum
nus, quo efficimur Deo ſimillimi. O vitam! ô exc
Liberoar- lentem vitam! ô prædiuitem ſubſtantiam!
bitrio be- 2 Vt multis tibi tenemur Pater miſericordiarum
nènos do- Quanto honore, quantis bonis nos cumulaſti
nauit De- & Seruator mundi, diuidens nobis ſubſtantiam li
us. arbitrij; quanquam ex illa miſeri per noſipſos; p
1. pſam enim ceu notam & mitellam tuam diſtin
*Tamen* nos à brutis, inter bonum & malum diſcernere,
*apud Cic.* cinari, diſcurrere, eligere non valentibus; *vt à c*
*l.3. de Or.* *animantibus diſtaremus*, ait S. Hieronymus. N
*patitur i-* bus nos donaſti claris, magnos creaſti heroes, A
*deò calũ-* lis ſimiles, imò quaſi paruos Deos; *Ego dixi Dij*
*niam De-* *filij excelſi omnes*. Sumus equidem quaſi parui
*us.* *Dum ad exemplum Dei permiſſum eſt nobis facere*
*D. Hiero* *velimus*. O vitam ſublimem! ô vitam diuinam! Pe
*p.2. tr.2.* figuras, per colores iſtos dignoſcimur verè ima
*epi.15. ad* ſimilitudo Maieſtatis tuæ; formati, plaſmati, d
*Damaſ.* ad prototypum tuæ diuinitatis. O vitam! Qu
*Pſal.* 81. bona largitus es Domine! Per illud nobis ſe
2. calcaſti, & ſtrauiſti ad virtutem; fores nobis re
*Hier. vbi* ad palmas, ad lauros, ad corollas æternas, *vt*
*ſupra.* *haberet locum*, infit S. Hieronymus: ſine libero a
3. trio etenim ætatem degeremus vt bruta, nec vlla
4 maneret paradiſi gloria, vt bruta. Hac ratio
*Hier. ibid.* tam feciſti nobis admirabilem iuſtitiam tuam,
ignibus æternis, paratis diabolo & Angelis eius a
5. dicare homines qui præceptis tuis morem non ge
*Ibidem.* ſent, niſi libera arbitrij voluntate deliquiſſent:
6. *& in peccatores iuſtum iudicium, & in ſanctos*
*iuſtum præmium retribueretur*. vt ſapienter! Quo
nos creabas ſupplendis choris Angelorum, ca
ciferi & complicium eius imminutis, decebat no
miles fieri Angelis reſiduis, confratribus noſtris
ris: ſimiles, inquam, animo potiori & nobiliori p

tione noſtri, liberos, vt ipſi, ne turmæ varietate nimia differrent, & nationibus differentibus permiſceren tur. Namque in caſtris cuneum tutò non componant natione differentes milites, cùm quia non capiunt mutuum idioma, tùm maximè quia non feruntur a more ad inuicem; cùm tamen conſultum ſit in prelio amicos amicis, ſimiles ſimilibus iungi, inquiunt militiam profeſſi. Procul hinc, carpentes ſapientem hūc & liberalem collatorem, quod perperam beneficio ſimus vſi; apagite, blaſphemi eiuſmodi. Tu, ô anima mea, ne culpam in donatorem, ſed in acceptorem, nō in Deum, ſed hominem retorſeris.

*Vid. Vege. l. 3. de re militari c. 4.*

*Apud Cicer. l. 3. de nat. Deo.* longe ante finem inuenies rationem doni Dei in homine calumniatum.

D. Ambroſ. l. 7 in Luc c. 15. *Nec putes culpam patris quod adoleſcentiori dedit. Nulla Dei regno infirma eſt ætas, nec fides grauatur annis Ipſe certè ſe iudicauit idoneum qui popoſcit*. Lauda anima mea quantum potes hunc tuum Patrem, qui te tam illuſtri nota ſignauit; omnes conatus tuos in eius honorem regere; lita, liba, quæcumque donauit. Tua voluntas ipſius pareat arbitrio; ſe ſubdat pedibus eius, qui te in conſortium Angelorum aſſumpſit, qui te ſibi ſimilem in ſuum inuexit ordinem, paradiſi ianuam aperuit, per hoc tuum liberum arbitrium Crebrò prædica, *Benè omnia fecit*. Benè, optimè. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.* Ipſius voluntas eſt regula & libella totius æquitatis & rectitudinis. Quandoquidem ea nos eſt dignatus ſubſtātia, haud dubiè donum eſt optimum.

*Marci 7.*
*Gen. 3.*

Reſpirare liceat paululum quæſo; quam primùm licuerit diſquiremus, an hæreticis concedi poſſit aut debeat libertas. Ite in pace.

CON-

# CONCIO DECIMATERTIA.

*Vulgata.* 2. 12. *Et diuiſit illis ſubſtantiam ſuam.*

*Græca.* 2. 12. Καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.

*Syriaca.* 2. 12. *Diuiſit itaque eis poſſeſſionem ſuam.*

## ARGVMENTVM.

*1. Varia genera libertatis declarantur. 2. Libertas quam petunt Hæretici non concedenda, & quare. 3. refutantur rationes hæreticorum. 4. Exhortatio ad Principes & Rectores.*

PAx, pax (Hæretici nouelli, Hydræ renaſcentes) audio grunnientes, & importunè ſoluentes ſomnum exſtaticum, in quo gratias Deo referebam pro ſubſtantia nobis ab ipſo liberaliter collata: pax, pax exurgo à ſomno; percipio enim operam perditam rogare vos ne excitetis animum quieſcentem placidè in Deo ſuo, & dicere: *Adiuro vos ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoad vſque ipſa velit.* Aduolo reſponſurus ad ea quæ ſuſpicabar à vobis proponenda; nimirum, An quemadmodum Deus libertate homines donauit, ita Papæ, & Monarchæ Catholici non poſſint, aut non debeant vobis concedere libertatem Chriſtianam, quam dicitis, pro qua crebrò cõclamatis, & dicitis, *Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit.* Pater Patrum, ſancte Pater, Pater patriæ, Rex, da libertatem.

*Cant. 2.*

Xenophon l. 8. de Cyri pedia, initio: *Ego ò viri ſæpenumerò etiam aliàs cogitaui bonum Principem nihil differre à bono patre. Nam & parentes prouident filijs, vt bona his nunquam ſint defutura.*

Jn Sopatri epiſtola quadam, notatur Homerus

ſatisfuiſſe Principem ſimpliciter ſubditorum patrem appellaſſe (quamuis haud aliud nomen inter homines benignius inueniri poſſet) ſed ad patris vocabulũ adiunxiſſe quoque manſuetum, bonis parentibus & Principibus aptum nomen daturum.

Virgilio dicitur, *Et pater Aeneas* Itaque, pater! Patres patriæ, Patres manſueti, ſubſtantiam libertatis concedite: Vnde verò aptius exordiar, quam à quæſtione finitiua, *Quid ſit* libertas quam expoſtulatis? Imploremus gratiam cœlitus. AVE MARIA.

Si de libertate naturæ, oppoſita ſeruituti & neceſſitati fati eſt quæſtio, de qua nobis ſupra ſermo, ea potimini, ô hæretici: & vobis ille Pater patrum diuiſit, aut potius reliquit illam excellentem ſubſtantiam; Cæſares, Reges, Patres patriæ eam vobis concedunt: nec enim in triplicis diadematis Papalis poteſtate eſt poſitum eam reſcindere vlla ex parte; & illud, *Quod natura dedit nemo tollere poteſt*, hoc loco optimè quadrat. — **I. Libertas naturalis.**

D. Bernardus de libero arbitr. *Libertatem, à neceſſitate*, id eſt, fato, *contulit nobis conditione natura.* Arbiter de ea vos non intendere quæſtionem; nec meretur quoque illuſtre libertatis Chriſtianæ nomen.

Si libertatem Philoſophicam putatis, quæ eſt, ad normam iuſti & æqui ætatem degere, imperio Tyrannico paſſionum vitioſarum non ſubſterni, cupiditatum inſanarum colluuiei non ſeruire; quo modo ſumebat libertatem D. Ambroſius, tomo 4 lib. de Ioſeph Patriarcha, cap 4 dicens: *Ille in quauis conditione ſeruitij ſemper liber eſt, qui amore non capitur, auaritia vinculis non tenetur, &c.* — **II. Philoſophica.** — *Totũ caput Ambroſ. pulchrum.*

D. Aug. to. 5. l. 4 de ciuit. cap. 3. *Bonus, etiam ſi ſeruiat, liber eſt: malus autem, etiam ſi regnet, ſeruus eſt, nec vnius hominis, ſed quod eſt grauius tot dominorum, quot vitiorum.* In quo etiam ſignificatu ſumebat libertatem Plato Iudaicus, inquam, diſertiſſimus ille Philo, D. Hieronymo nominatiſſimus, qui librum ex profeſſo conſcripſit, in quo probat omnem probum & ſolum liberum. — *D. Hier. de ſcript. Eccl. to. 1.*

Phi-

Philo, libro quod omnis probus liber, in fine: [illegible]
*nima concupiſcentijs agitatur, aut ab inopia* [illegible]
*torta trahitur, & ipſe ſeruit, & totum hominem* [illegible]
*innumeris ſeruire adigit. Sin autem inſcitiam pruden*[illegible]
*luxum temperantia, formidinem fortitudine, auari*[illegible]
*æquitate ſuperat, imperat etiam, tantũ abeſt, vt ſerui*[illegible]

*Diogenes Laertius libro 6. vit.* In quo etiam [illegible]
mebat Diogenes, inquiens Alexandrum, quan[illegible]
magnum, ſeruorum ſuorum tantummodo ſer[illegible]
ſuperabat etenim affectus & cupiditates, quibus [illegible]
debat ſe turpiter Alexander ille magnus. Adhuc, [illegible]
tronibus captus, & ſeruo deterior factus, qua[illegible]
quam artem calleret, reſpondit; Scio hominibus [illegible]
eſſe; commonſtrans ſe probum, liberum, non ob[illegible]
te captiuitate, & ſeruitute externa. Jn qua etiam [illegible]
ceptione intellexit, & mordicus aſſeruit vniuerſa [illegible]
icorum ſchola. Item Cic. parad. 5. & orat. pro Mu[illegible]
*Quis viuit vt vult, niſi qui recta ſequitur? Soli hoc* [illegible]
*git ſapienti vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil* [illegible]
*ctus. Quis neget oẽs cupidos, omnes improbos eſſe ſerui*[illegible]

Idem ad Herennium: *Liber eſt is exiſtimandus,* [illegible]
*nulli turpitudini ſeruit.*

*Phil. lib. Quod omnis probus liber. Diog. Laer. l. 7. Cice. li. 3. de Orat.*

Pari modo ſumpſit magnus ille Ariſtoteles, Gr[illegible]
idem quod pupilla oculo, & animo ratio; dicens [illegible]
virtutem liberos facere & nobiles; malitia igno[illegible]
& ſeruos effici; eſt enim virtus quaſi forma & a[illegible]
viuificans ingenuitatem & veram libertatem.

Ariſt. lib. 1. Polit. *Virtus & malitia determinat ſer*[illegible]
*& liberos, nobiles & ignobiles.*

Epicharchus: *Libertas nomen virtutis eſt, ſer*[illegible]
*malitiæ.*

Plutarch. tom. 1. moral. libello de auditione: [illegible]
*oni qui parent, ſoli digni ſunt qui liberi habeantur.* [illegible]
*enim hi viuunt vt volunt, qui quid velle debeant di*[illegible]
*runt.* Qualiter etiam vſurpant Poetæ, non omnes [illegible]
qui è fontibus ſalubrioribus Muſarum limpid[illegible]
lymphas hauſerunt; qui inter ludendum perbelle p[illegible]
loſophati ſunt, & dixerunt liberum, qui ſibi ſuta [illegible]
nouit, qui paupertate, vinculis, equuleis, flam[illegible]

tetriſſima morte non terretur; qui cupiditates ſupprimit, honores calcat, ſemper manet idem. Horat. ſer. l.2. ſatyr. 7.

*Quiſnam igitur liber? Sapiens, ſibiq; imperioſus,*
*Quem neq; paupertas, nec mors, nec vincula terrent,*
*Reſponſare cupidinibus, contemnere honores,*
*Fortis: & in ſeipſo totus teres atque rotundus.*

Id eſt, eodem ſtatu mentis perſeuerans, vt & globus quocumque eum rotes, ſemper rotundus quieſcit. In quo etiam ſenſu Seneca ſemi-Chriſtianus, ſemi-ethnicus, ſemi orator, ſemi-poeta ſumpſit in epiſt. *Quid ſit libertas, quæris? Nulli rei ſeruire, nulli neceſſitati: nullis caſibus fortunæ ab æquo diſcedere.* Scriptura ſacra plerumque in eadem acceptione vtitur, vt: *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Item: *vbi Spiritus Domini, ibi libertas.* Libertas verè Chriſtiana, verè Euangelica; libertas per gratiam Dei. Si ea eſt libertas, pro qua crebrò interpellatis Patrem patrum, Pontificem Romanum, Patrem patriæ, Regem, *Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit*, libertatem, libertatem: ſi de hac intendatis loqui, pax ſit, pax, ſilentium, ſilẽtium ex nomine Dei, ſanctitatis ſuæ, & Maieſtatis Catholicæ, eam vobis annuntio & promulgeo datam; Eccleſiaſtæ omnes catholici, eiuſdem ſunt feciales & precones: non ſolum conceditur, ſed & commendatur vobis ipſa. Eam vobis prædicat S. Paulus, Ioan. 8. 2. Cor. 3.

Roman. 8. *Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ*; libertatem gloriæ, ſed *filiorum Dei.*

Ibidem: *Lex Spiritus vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis.*

Rom. 6. *Nunc liberi à peccato, ſerui autem facti Deo.*

Commendat eam S. Paulus ibidem: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem: Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.*

Promouemini ad fruitionẽ iſtius libertatis, ſit vobis pars in ſacramẽtis Eccleſ. ſi vti libuerit; ea accõmoda

ſunt

ſunt infundendo ſyphone liquori gratiæ Dei in vobis
ſine qua verè liberos eſſe non datur.

III. Redēptionis libertas. Ampliùs; ſi libertatem intenditis, qua erepti ſu-
mus de duriſſima tyrannide Ægyptiorum & Phara-
nis inuiſibilis, per luitionem generalem à Ieſu Chri-
ſto pro nobis perſolutam; quantum nobis, tantum
vobis conceditur communicare. *Empti enim eſtis*
*vos pretio magno*, vti & nos. *Non corruptibilibus auro*
*vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione*
*paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni im-*
*maculati Chriſti. Redempti eſtis & vos* Tantùm recon-
ciliamini Eccleſiæ; regredimini, ſi egreſſi & recedi-
tis; baptiſmus quem pridem ſuſcepiſtis, erit vobis pro-
ficuus, libertatem perditam reſtituet pœnitentia ve-
ſtra. Si libertatem legalem obtruditis, id eſt, abditi-
onem legis Moſaicæ; exemptionem à graui illo & o-
neroſo legis iugo, ac viuere ſecundũ legē Euangelij
Jeſu Chriſti vultis, pax ſit, pax, ô hæretici; en patet vo-
bis ad eam libertatem aditus; à mille ſexcentis vel
citer annis poſſeſſionem ſubijſtis, adeò vt eam ad-
dicetis ſine animarum veſtrarum pernicie.

Galat. 5. *State, & nolite iterum iugo ſeruitutis conti-*
*neri, Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circumcida-*
*mini, Chriſtus nihil vobis proderit.*

Vult S. Petrus non ſufferendam legis Moſaicæ ſer-
Act. 15: uitutem ceruicibus Chriſtianorum excuti: *Viri fra-*
*tres, quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices*
*diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare*
*potuimus?*

Summi Pontifices, nec volunt, nec poſſunt eam li-
Gal. 4. bertatem à Chriſto donatam *Qua libertate vos Chri-*
*ſtus liberauit*, eripere vobis. Si enim ſublata hac liber-
Gal. 5. tate, reſtituatur iugum Moſaicæ legis, *Chriſtus nihil*
*vobis proderit*; mors eius fruſtranda erit. Item *Factum*
*ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret.* Ibidem cap.
5. *In libertatem vocati eſtis.* Libertas vobis eſt eſto,
pax ſit.

V. Eſt & alia vobis libertas, impropriè ſic dicta, qua
viuere contenditis pro cupiditatibus veſtris; dece-

ſaceréque pro arbitrio; Panegyrim omnem mordere, laceraréue, vt canes: ratum enim habetis, *in ciuitate libera, liberas eſſe linguas oportere*, vti aiebat Tyberius Cæſar; in Eccleſia, ciuitate liberrima: iniuſtas diſceptiones veſtras, clamores moleſtos in Eccleſiam; latratus veſtros impios in Papatum, ſignari cuperetis illuſtri dictione *Parrheſia*; quæ virtutem ſignat aſſentationi oppoſitam; non vero maledicentiam impudẽtem & illiberalem. Libertatem dicitis, agere quicquid lubet, pro inani cerebro veſtro; legiſtis aliquando, haud dubito, ex Cicerone l. 1. Offic. *Libertatis proprium eſt ſic viuere vt velis*. Item parad. 5. *Quid enim eſt libertas? Poteſtas viuendi vt velis*. Et ex Ariſtotele, l. 6. Polit. cap. 2. *Alterum libertatis ſignum eſt, viuere vt quiſque velit: ſiquidem ſerui eſt viuere non vt vult*. Sit libertas, viuere pro arbitrio; ſed perperam intelligitis. Sic ſumitis libertatem veſtram, vt nihil aſperum vobis indicatur; nihil turpe interdicatur; nihil præter Decalogum iniungatur. *De ſuis, vel cum ſuis, vel cum quibuſcunque volentibus faciat quiſque quod libet*. Nulli poteſtati Eccleſiaſticæ, aut politicæ; Papæ, Imperatori, Antiſtiti, Regi, Paſtori, Domino, liceat in vos animaduertere: *Reges non curent quam bonis ſed quam ſubditis regnent*, vt nauſeantibus ſtatum, vel ordinem quempiam tranſilire licitum ſit ad alium; & ab hoc, in alium; a cruce, in crucem, prout libuerit: redundent vrbes ſcortis publicis; aut omnibus qui ijs vti voluerint, aut ijs quibus propria alere nõ ſuppetit; frequẽtia ſint conuiuia ſplendida; vbi & quando cuique arriſerit; noctu, diuque ludis, commeſſationibus, crapulæ detur opera, ad nauſeam, & redundantiam vſque; choræis & ſaltationibus vacetur omni tempore; in theatris exhibeantur omnigena ſpectacula, ſiue cruẽta, vt digladiationes nociuæ; ſiue turpia; vt libidines; non audiantur deinceps monſtra illa nominum, quadrageſima, vigilia, quatuor tempora; omnia feſta & ieiunia ſint pro deuotione colentium: hoſtis habeatur publicus, cui hocce ſtudium non arridet? Quiſquis eum mutare vel auferre tentauerit, cum libera multitudo

*D. Aug. tomo 5. l. 2. de ciu. c. 20.* ferè nobis miniſtrauit hanc impiã libertatis deſcriptionem.

tudo auertat ab auribus, euertat à ſedibus, a
viuentibus. Id eſt, arbitror, quod libertatem
ad quã totis votis famelici anhelatis. O vt tem
nique iudicio valetis. qui hęc omnia libertatem
gelicã autumatis, quæ ne pro ciuili quidem
nota ſit. Exſtitit aliquando regnum, aut Reſpub.
quantumuis liberrimæ, nõ fuerint Rectores, ſed
correctores delinquentium? Quæ vnquã liber
uitas quam quæ in duobus hominibus, mortal
& immortalibus, coniunctiſſimis cõſiſtebat,
*ciuium, vnitas Adæ & Euæ*, ſepta paradiſo volup

Reſpub. nulla ſine lege, cenſore, iudice protoplaſti.

Quantocyus verò libera iſta Reſpub. conſtitu
& ciues illi bini conuenerunt, nõne Deus
diploma, probatum & authenticum commina
mortis, ſi contingeret præuaricari?

Protoplaſti.

D. Aug. Euchirid. cap 25. 26 27. *Mortis ſupp
Deus homini comminatus fuerat, ſi peccaret. ſic
nerans libero arbitrio, vt tamen regeret imperio,
exitio.*

Gen. 3. *Ex omni ligno paradiſi comede*. Quaſi
ret; per me licet: *De ligno autem ſciẽtiæ boni &
comedas*: hæc eſt prohibitiua lex: *in quacumque
hora comederis ex eo morte morieris*; ibi crux &
tranſgreſſionis. Violata lege non proceſſit
uerſum tranſgreſſores; non vocauit in ius
iuridicè? Recordamini, quod latentem Adamum
dumeto denſo (quid enim ageret aliud reus:

*Conſcia mens vt cuique ſua eſt, ita concipit
Pectora pro facto, ſpemque metumque ſuo.*

*Qui malè agit odit lucem*) Deus vocarit dicens
*vbi es*? Quod interrogarit, quod peccati argu
demum plexerit, malèdicens terræ? *Decernens*
ceps in ſudore vultus manducaturum panem?
multos exantlatos labores in puluerem reditu
exilio perpetuo mulctatum, perpulſum in hãc
riarum vallem poſtpoſita omni appellatione,
ſtituto ad paradiſi ianuã oſtiarore Cherubino, gl
ancipiti accincto? Inficiabimini Adamum, non
ſtantibus iſtis in præclaram Rempub. aſſumptum

imò in Adamo ſolo, ac noſtrûm ſingulis, eſt conſtituta rectrix, ratio; & morē gerens, corpus; nec tamen ideò nō liberi Adam & nos. Extitit aliquando ſub ſole liberior ciuitas Athenis, aut Lacedęmone? Hę deperierunt libertatem, adeò vt ſemper maluerint ciues emori liberi, quam viuere ſerui, *Mors eſt ſeruitute potior* Roma; tam illuſtris triumphis, tam amica libertatis, vt nunquam tulerit Regem Tyrannum; Roma, ſeruitutem præ fulgure timens; Roma, quæ genitoris imperio natos vidit palo affixos virgis cædi quandoque, & tolli è medio, ne libertatis iacturam faceret; Roma, quæ vt omnibus iura daret, à nemine acciperet, toties vidit ciuium ſuorum cadaueribus ſtratos agros, madentem cruore terram; Tyberim ſanguine tinctum; Roma quæ nummis nunquam, ferro ſemper luit; Roma, in qua, vt ait Virgilius 6. Æneid. . . . . . *Natoſq; pater noua bella mouentes*

*Athenæ.*
*Lacedæm.*
*Roma.*
*Cicer. tō. 3 Philip. 8. Orat. 3.*
*Vide Liuium l. 2. decad. 1.*
*Valer. l. 5. cap. 7.*

*Ad pœnam pulchra pro libertate vocabat.*

Roma, inquam, illa, nonne Reſpub. liberrima? Attamen, Drago, Solon, Plato, leges conſtituerunt Athenienſibus; Lycurgus Lacedæmonijs; Romulus nonnulla decreuit iura Romæ, vix deſignata vrbe, & iactis primis fundamentis; poſt eum Numa. Poſtmodum libera & expedita ab hoſtibus per circuitum, circiter annum trecenteſimum a fundatione, leges accepit à Decemuiratu, (Magiſtratus eſt decem viris conſtans) ſigaanter Athenis allatas; necnon tabulas duodecim æneas, ac his inſculpta *Æqui boniq; iuſſa*, loco prominenti affixas. Jjs continebantur ſanctiones vitę honeſtæ; ordo iudicandi; cautiones exceſſuū; pænæ & ſupplicia improborum; præmia iuſtorum. Quæ quidem temporū iniuria obſoletæ, verbis æquipollentibus reſtitutę & renouatæ ſunt. Ratane Roma imminutam libertatem lege Æmilia, qua non ſolum ſumptus cænæ, ſed & fercula præfigebantur? Sub Conſulatu Faunij, & Marci Valerij, Romani illi liberi, imò qui rerum potiebantur, iureiurando ſe adſtrinxerunt, non exceſſuros ſumptus qualibet cæna cen-

tum viginti aſſium; non computatis oleribus, p
vino : iurarunt non vſuros viuo præterquam p
non illaturos menſis argenteas pateras plures q
lex ferebat.

*Lucina lex, quam L. Craſſus diues tulit, erat vt Ca*
*dis, Nonis & Nundinis, cuique liceret triginta tan*
*ſes in cibis conſumere , reliquis autem diebus ne a*
*apponeretur, quam in carnis aridæ pondo tria, &*
*mentorum libra.*

Liberrimi illi Romani tulerunt Caium Orch
Tribunum plebis leges præſcribere, quibus inu
rum ad cænam numerus decernebatur, iubeba
apertis oſtijs cænare ; vt hinc exceſſus reſcinde
tur.

*De hac Pompon. Lætus, li. de Legibus Rom.*

Liberrimi Romani, libertatis ſectatores ſedul
ierunt ſponte legem Oppiam , quæ mundo mu
modum conſtituebat ; feminas prodire in publ
ſuperfluo comptas amictu vetabat , eas vſu the
& pilentarum interdicebat ; auribus appendere
vncis pondus excederet, prohibebat; itidem alia
tas leges, quas *ſumptuarias* dicunt , ſuo ſuo cl
bat, reſcænando luxui veſtium.

Liberrimi illi Romani iugum legis Falcidiæ,
iubebantur parentes plecti vna cum filijs ſcele
non ſunt auerſati.

Plutarchus tomo 1. Vit. in Catone Maiore: Ce
*ra in vitas moreſque ciuium, inquiſitionem habet. N*
*Romani, neque nuptias cuiuſquam, neque liberorum*
*creationem, neque victus rationem, neque conuiuium,*
*aminis & iudicij immune, ſingulorum hominum vol*
*tati aut cupiditati liberum relinquebant* &c.

*Feneſtella lib de Magiſt. Rom. cap.* 17 Liberi Roma
rigidam diſciplinam & morum inquiſitionem ſ
ſoribus, de quibus mox dicebamus, perpeſſi ſunt
ſub rigore ſacro legum ætatem ducentes arbitra
tur ſublatam libertatem ? Erat ſemper *Libera Ro*
erat *Roma caput mundi* . Viuebant Romani v

*Cicero parad. 5.*

bant, nec enim quicquam turpe volebant , ſed
iuſta, & quæ legibus concedebantur. *Nam is vi*

*vult, qui recta ſequitur.* Nequaquam in ſeruitutem veneras ô Roma: ſpontaneè, liberè, alacriter leges amplectebaris (quod non ſeruitus,) non ſeruiliter, timore furcæ, equuli, ſuſpendij, ſed virtutis amore.

Cicero, parad. 5. *Seruitus eſt obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis ſuo.*

Jbidem in fine: *Omnis animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas, ſeruitus eſt.*

Si malitia, inquiente Ariſtotele, ſeruum facit; non ſeruiebas ô Roma, quanquam porticus & peryſtilia tui capitolij, columnæ fanorum tuorum, locus ille celeberrimus *in Roſtris*, legibus, ſanctionibus, edictis, tabulis plena viderentur. Haud itaque libertas ciuilis, carere Pontificibus, Rectoribus, Cenſoribus in omnium vitam inquirentibus, & ſcelera vindicantibus; Chriſtianam dixerimus? Aſt magis licentiam peſtilentiſſimam, pernicioſiſſimamque.

Deinde, Iudaica Gens exclamans aliquando vali- **Populus Iudæorū**
dè, *Nemini ſeruiuimus vnquam*, cum tamen Moyſes, ***Ioan.* 8:**
Ioſue, Judices, Reges Gentis ſceptra rexiſſent; ſapienter indicabat, ſub æquis boniſque legibus viuere haud præiudicare libertati ciuili.

Tuine obliuiſcerer Ieruſalem ſuperna, libera, tran- **Ieruſalē**
quillaue ſedes beatorum; *Ieruſalem, quæ ædificatur vt* **ſuperna.**
*ciuitas*; ciuitas myſtica, tui obliuiſcerer? *Si oblitus fue-* ***Pſal.*121.**
*ro tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea.* Quæ verò ***Pſal.*136.**
ciuitas, quæ Reſpub. triumphis illuſtrior, liberior, ab omni ſeruitute remotior, tam eius quam dicimus fatum, quam peccati, quæ ſubiectio omnium miſerrima; triumphante noſtra Jeruſalem, vbi nil niſi mera viſio pacis? Meminiſtis dictam S. Paulo, qui vt verus Dædalus volatu exſtatico in eam aſſumptus, audiuit *arcana verba quæ non licet homini loqui*; liberam? *Quæ*
*ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.* O **2. *Cor.* 12**
Jeruſalem, quando hæc mea ſeruitus, commutabitur ***Gal.*4.**
in beatam libertatem tuam? Sedabitur pace tua bellum meum? Lachrymæ meæ conuertentur in gaudium tuum? O ciuitas! *Ieruſalem libera eſt.* verum, huic Reipub. tam liberæ nullus eſt Rector? Putatis Angelos aſ-

Tob. 12. cendere & deſcendere nemine iubente? *Tempus eſt* *reuertar ad eum qui me miſit*, ait Raphael. Audimus perantem, & imperata facientem?

Venit ad virginem Gabriel, alterius imperio, Luce. 1. Euangelium; *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo* *uitatem Galileæ, ad virginem* &c.

Trucidant Angeli, ſicarios, & homicidas Matt 22. miniſtrorum Regis, ſed iuſſi: *Miſſis exercitibus ſuis,* Act. 12. *didit Rex homicidas illos.*

Aperit Angelus D. Petro carceris portas, Domino: *Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum* *ſuum, & eripuit me de manu Herodis*. Putantur Angeli conſtituente nemine, cuſtodes noſtrûm Regum, Pſal 90. uinciarum? *Angelis ſuis Deus mandauit de te,* & Matt. 4. *diant te*.

D. Hieronymus lib. 3. comment. in cap. 18. Matt. dicit quemque ſingulariter deputari: *Magna dignitas* *animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis* *cuſtodiam ſui Angelum delegatum*. Non tamen ea conſtitutione infringi ipſorum libertatem & quillitatem. Namque, *Is viuit vt vult, qui recta* *tur*: & qui quod vult facit, liber eſt. Agunt quod nec volunt, niſi quod Deus vult; igitur liberi ſunt etſi ſub imperio Dei.

Ipſe Chriſtus liber non eſſet, ſi alterius imperio Ioan. 14. bertas deperiret. Non legiſtis vnquam; *Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio*; aliosq; huic ſimiles ſus? Conſequitur ergo libertatem ciuilem ſtare alterius imperio; abſit quo minus Chriſtiana & Euangelica. Quo tēpore maximè florebat libertas Catho- Reſpub. lica, nouellis Catholicis non erant Prælati, quorum Eccleſiæ. iuſſa capeſſerent & exequerentur? Quorſum geminant Apoſtoli, Obedite, Obedite, ſi conſiſteret bertas Euangelica in exemptione omnimoda?

Stat liber- Heb. 13. *Obedite Præpoſitis veſtris.*
tas ciuilis Epheſ. 6. *Filij, obedite parentibus.*
tum alte- Ibidem: *Serui, obedite Dominis carnalibus.*
rius im- Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus*
perio. *ſubdita ſit.*

1. Pet. 2. *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum; ſiue Regi, quaſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis. ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei.*

In florentiſſimo illo regno libertatis Euangelicæ, Act. 15.
nulla ſanciebant Apoſtoli? Non legiſtis; *viſum eſt Spiritui Sancto & nobis?*

1. Timoth. 6. *Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere.*

Nihil aſperum indicebatur? 1. Petri 5. *Fratres, ſobrij eſtote & vigilate.*

Nihil turpe, fœdumúe interdicebatur? 1. Petri 2. *Abſtinete vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam.*

Non refrænabantur linguæ caninæ, ſalaces, mordaces? Iac. 1. *Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio.*

Nil præter Decalogum præcipiebatur? 1. Cor. 11. *Laudo vos fratres quod ſicut tradidi vobis, præcepta mea teneatis.*

1. Theſſal. 4. *Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum.*

Non animaduertebant in crimina Paſtores & Do- Act. 5.
mini? Non exſtinxit S. Petrus Ananiam & Saphyram proprietarios extemplò: & Simonem Magum alliſis ceruicibus præcipitio ſuſtulit? S. Paulus, non tradidit poteſtati Sathanæ inceſtuoſum Corinthium, bis Co-
rinthium, & genere, & vita, *vt ſpiritus ſaluus eſſet in die* 1. Cor. 5.
*Domini*? Nonne idem Elymam pſeudoprophetam Act. 13.
cæcitate percuſſit? Ipſe Ieſus Chriſtus conditor religionis Chriſtianæ, author libertatis Euangelicæ non eiecit aliquando flagris è templo vendentes & ementes: Licebatne tunc temporis à ſtatu, ab ordine ad alium tranſuolare?

1. Cor. 7. *Alligatus es vxori? Noli quærere ſolutionem.*

Ibidem: *Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit.*

Aſſerit S. Paulus mulierem, quæ virginitatem, aut

continentiam Deo ſacrauit, ſi nubat, etiamſi vi[illegible]
damnatione eſſe?

2. Tim. 5 *Habentes damnationem, quia primam* [illegible]
*irritam fecerunt.*

Lucæ 9. *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum,* [illegible]
*reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.*

Seruine & mancipia ſub ijs legibus Chriſtia[illegible]
nantis illius Chriſtianiſmi, æſtatis amenæ Euang[illegible]
dilucidæ auroræ veræ libertatis Catholicæ! Itaq[illegible]
conſiſtit in ijs quæ profertis vera libertas Chriſti[illegible]
Abſit eiuſmodi mandata præiudicare ei, qui [illegible]
Chriſtianè, Euangelicè, Philoſophicè, ciuiliter, [illegible]
raliter, ad libertatem aſpirat; (Natura etenim hu[illegible]
na, in puris ſpectata præter virtutem nil appetit; [illegible]
mentote, ô Docti, eorum quæ nuperis diebus [illegible]
bam; *Viuere ſecundum naturam*) quin potius fauen[illegible]
& promouent: legum namq; reuerentia continet [illegible]
minem finibus virtutis & modeſtiæ; ſupprimit & [illegible]
cidat in eo tot truces Tyrannos (veram ſinceram[illegible]
libertatem tollentes,) quot inſolentias & flagiti[illegible]
trari vetat.

Libertas Chriſtiana, in quo conſiſtat. Jtaque verſatur libertas Chriſtiana in alijs, qu[illegible]
neſcitis, aut ſcire non vultis. In eo conſiſtit, quod [illegible]
ſimus per baptiſmum; non amplius Diaboli per [illegible]
catum naturale, ſeu originale: in eo quod deincep[illegible]
1. imperet nobis lex Moyſis, per gratiam Jeſu Chriſti.

Rom. 6. *Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.*

Galat. 5. *Si circumcidamini, Chriſtus nihil vobis pro*[illegible]
*derit.*

2. Conſiſtit in eo, quod vitium perſonale non ob[illegible]
neat dominium, imperiumúe vllum in nos, inqu[illegible]
*Rom. 6.* Fuiſtis ſerui peccati. Theologi; *vt nõ regnet peccatũ in noſtro mortali corpo*[illegible]

Ioan. 8. *Qui enim fecerit peccatum, ſeruus eſt pecca*[illegible]

Cicero parad. 5 *An ille mihi liber eſt, cui mulier impe*[illegible]
*rat, cui leges imponit?* &c. *Poſcit, dandum eſt; vocat,* [illegible]
*niendum; eijcit, abeundum; minatur, extimeſcendum.* [illegible]
*go verò iſtum non modò ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruum,*
*etiamſi in ampliſſima familia natus ſit, appellandũ pu*[illegible]

3. Conſiſtit in eo, quod gratia & amore Dei informa[illegible]

ti,ſi ſecundum veritatem ſimus Chriſtiani, per Ieſum Chriſtum cunctos obices boni ſuperare valeamus, omnia ad malum irritamenta ſoluere; per charitatem & gratiam Jeſu Chriſti peccati iugum excutere valeamus. Ea eſt germana Chriſtianorum libertas; ipſis ita propria, vt veri Chriſtiani oēs, & ſoli, sēper tenuerint eā, sēper tenebunt & tuebūtur; pro qua acrius quā pro focis ad mortē vſq; certabunt Ad hoc decus, ad hāc libertatem nati ſumus. En libertatem; quæ vt ſarta tecta conſeruetur, ſtandum & reſiſtendum vſque ad ſanguinēm. vt liberi, ô Chriſtiani, excuſſo ceruicibus veſtris Moſaicæ legis iugo! Quam liberi; erepti à ſeruitute & captiuitate diaboli & peccati, vt Ieſu Chriſto ſerui ſitis! O Reges! O Cæſares! O Monarchæ! *Deo namque ſeruire, eſt liberum eſſe & libertatem ſeruare*, inquit S. Ambr. *Deo ſeruire, regnare eſt.* ait Eccleſia. O libertatem gloria illuſtriorē vniuerſis regnis, & imperijs!

*Amb. l. 1. de Spiritu S. c. 5. Ex eiuſdem epiſt. 83. quæ eſt ad Demetriadem.*

Galat 5. *Vos in libertatem vocati eſtis, tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis.*

Claud. l. 3. in Stilic. laudes:

*Pallitur egregio quiſquis ſub Principe credit,*
*Seruitium, nunquam libertas gratior exſtat*
*Quam ſub Rege pio.*

Serui ſunt & miſera mancipia, qui animo tepido, fœdo, remiſſo ſe rapi ferunt à cupiditatibus, vinciri arctè a peccatis; intricari indiſſolubiliter manicis & cōpedibus prauæ conſuetudinis, vt centum iugis boum è cæno non educantur. Euidentes ſunt inſtantiæ iſtæ, vrgent, demonſtrant id quod cupitis, non eſſe veram libertatem, ſed licentiam noxiam. Turbant vos, vt video, inſtantiæ noſtræ.

Eia, hæretici, concedamus, ſupponamus eſſe veriſſimum, quod falſiſſimum, nimirum, quæ dicitis, libertatem eſſe; quam ob cauſam putatis vobis concedendam? Quia, dicitis, Pater eam permiſit prodigo ſuę; & Deus quemq; ſuo reliquit arbitrio. Ita eſt, conceſſit eam filio parens; aſt nonne ſatius non cōceſſiſſet? Præſeruaſſet eū à multis ęrumnis & malis, in quę pręceps ruit. Sapiant itaq; Prælati Principeſq; Catholici periculo

Libertas an permittenda hæreticis.
1.


culo

culo alieno; eamque vobis penitus abnuant. De
II. xatis habenis quemq; ſuo permiſit arbitrio; no
exleges & impunitos dimiſit : oppoſitum ſup
batum eſt : ſed dicitur non coegiſſe voluntat
quantur bonum, aut malum. Si ſine lege reliq
III. quis dicat; *Cur ita facis?* Si ſine legibus, ſine ſup
eos ſuo iuri conceſſiſſet, quis ſcit, an vt admiſ
denter inconuenienti vno, myriades aliorum v
adeoque exinde perſpicerent Antiſtites & Prin
inconſultum iſtiuſmodi libertatem tribuere?

Qui fieri poteſt vt non delinquat Deus, fac
Dubium. quod ab homine factum, duceretur delictum? N
Reſponſ. primò, ſupremus eſt Deus; nec præceptũ vllum
greditur, cui lex nulla præfici poteſt. Deinde, e
ma & regula omnium : ipſius voluntas dirigit &
ficat cuncta; ſuntque ea æqua, iuſta, bona, qu
IV. pſo volita; ſecus de homine ſentiendum. Adh
ratis, ô hæretici canonem S. Gregorij, & S. Aug
adſtruentium, quod ſicuti res geſta quandoq
vacans culpa quoad actum, tamen monument
data, præſagit, vaticinaturque laude dignum
rium; ita res benè geſta, poteſt deſignare alia
gerendam.

D. Gregorius lib. 3. moral. cap. 21. Et D. Aug
22. contra Fauſtum. cap. 87. *Aliquando res geſta*
*cto culpa eſt in ſcripto autem prophetia virtutis;*
Gen. 27. *trario in ſacris litteris.* Sileo factum Iacob qui
D. Aug l. pellibus amictus ſimulauit perſonam fratris E
*contra* S. Auguſtinus eũ à mendacio eximat, quod
*menda* aſt Dauidis facinus in Vriam ciuem ſuũ procul
*ciũ c.* 10. iſtiuſmodi eſt. Piaculum, quod Dauid, quod Re
2. *Reg.* 11. Vates concupierit vxorem fidelis ſubditi; quod
lus patratum lateat, hortetur clientem de
Plautus in domum, lauare pedes, concumbere vxori: rurſ
Bacchidi- nerosum, quod miles conſtanter eas delitias
bus allu- indecens, quod Dauid ceu amicum vocet ad
dit ad hoc uium, & perfide ei *Bellephorontis litteras* trada
prouer- iudicij in caput ſuum pronuntiati. O Rex, non
bium. ſed improbus; qui generoſo athletæ pro bono

reddis! O te cruentum, qui patrati criminis pœnas das per eum ipſum, in quem patratum eſt! Tota res geſta nefaria eſt, & execranda: eius tamen hiſtoria, eſt perpulcher typus, bella effigies Ieſu Chriſti, ac in myſterio optima ſignificat. Rex Dauid deambulans poſt meridiem in ſolario domus regiæ, figuram eius gerit, qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum.

Pſal. 18 *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*. Dauid in ſolario; Chriſtus in ſole. Dauid miſſis nuntijs tulit Bethſabee: Chriſtus adaptat & appropriat ſibi ſpiritualiter litterã legis, quã amplexabatur populus carnalis, vti Vrias vxorẽ. Optimè Vrias denotat Populum Iudæorum; interpretatur enim, *Lux mea Dei*. Et populus Iudæorum gloriabatur occaſione acceptæ legis ſe quaſi illuſtratum lumine Dei. Tollit Dauid Vriæ vxorem, vt eam ſibi copulet: Seruator quoque noſter, *Manu fortis*; id enim ſignificat Dauid, ſibi copulauit legem Moſaicam, monſtrans eam de ſe figuraliter & parabolicè loqui, & Iudæis qui ſolum litteræ corticem ſequebantur oſtendẽs legem nullatenus ad ipſos ſpectare. Dimittit Vriam Dauid domum; hortatur admouere balnea pedibus: Deus noſter carne humana amictus monuit procul dolo populum Iudaicum ad corredire, conſcientiam ſedulò luſtrare, feruidis lachrymis ſordes actionum eluere, ſpiritualiter intelligere legis verba, ad baptiſmum ceu aſylum confugere. Aduertitis doloſum aſtum Dauidis in Vriam denotare optimum, ſalubreque conſilium Ieſu Chriſti Iudæis datum. Remittitur demum Vrias, accepto in epiſtolis, quas deferebat, mortis decreto; atrox ſane ſcelus ſecũdum hiſtoriam: Iudæi ſimiliter, quia non crediderunt vero Dauidi deferunt legem Moyſis, iuxta cuius tenorẽ morientur aliquando iuſtè, & ad Patrem æternum mæſti clamabunt, quod ait quidam: *Aha! Bellerophontem tam tuus me fecit filius; egomet tabulas detuli vt vincirer* Iudæus enim tenens legis iſtius ſtatuta, nec ea opere complere volens, certiſſimè ſuam ſecum defert mortis ſententiã. Quid nefandũ, quid execrandũ magis facto Dauidis ſecundũ hiſtoriam? Quis ſyncerior, fide-

fidelior, ſimplicior Vria? Rurſus, ſi myſterium ſpec
quid Dauide ſanctius; quid bellatore Vria incred
lius, ac myſticè magis impium? Nupera malitia
futuram iuſtitiam; & innocentia hiſtorica gen
*Iudic.* 14. gerit typum peccati futuri. Daretur ne fortè qui
15. & 16. mile in geſtis Sampſonis, venuſtuli amatoris, & Da
læ eius amaſiæ? Arbitrer; verùm lubens prætereo
taque, dubitandum minimè, multa bona, iuſta,
toria, Chriſto fuiſſe vſitata, quoad ſe quorum
tio noxia nobis & pernicioſa foret Haud dubiè
mum merebatur coram Patre Deo, inuitus
miſcens colloquia de rebus varijs cum ethnica
ritana, ſalutaribus tamen, quò animum rebellem
lieris iſtius mundanæ & famoſæ deliniret: *Meus ci*
*Ioan* 4. *eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me.* An forte
alij ſimile quid auderent? Paſſus eſt diſcipulos,
conijcere licet, incidere in quandam ſui admi
nem, ex colloquio, etiamſi bono, cum muliere
trice, vt alios retraheret à colloquijs famili
cum mulieribus, ſignanter famoſis, ne caninis la
bus impeti contingat; ex quo animis eorum
tione quadam aliquid daret ipſe Chriſtus.

*Luca.* 7. Jn eum ipſum fortè finem ad ſe veni
ceſſit; pedes lauare lachrymis, capillis tergere
eſt La in Ieroſolymitanam inquam, famoſam
peccatricem, cordis ipſius emollito & contrito
*Pſal.* 113. & conuertente ipſa, *petram*, cordis, *in ſtagna aqua*
*& rupes in fontes aquarum*, Quis nouit? Si ad
veriſſimè Theologi, quoſdam actus ſanctorum,
neceſſitudine Deo iunctorum, admirandos, non
tandos: idipſum non liceat de ſanctorum Sancto
verò Deus ab initio ortus quemque liberum &
tum, ſine lege, ſine ſupplicio dimiſiſſet; nec ideo
inferẽdũ, permittẽdos vos, tanquã agrũ ſine
re, ſine lege, ſine regula, ſiue ſupplicio vllo, veſtro
trio, & effuſę licẽtiæ. Dixerim enim, & magis in
contrarium, Deũ ita feciſſe (ſi fecit) & permiſiſſe
digos, peccatoresque deuolui in omnigenã mi
ſua libertate; necnon protoplaſtos prodigio

ſuæ & noſtræ citò incurrere peccatum, exiliũ, mortem, infernum: ne parentes, ne Principes & domini, Patres patriæ eam permitterent nimiam ſubditis, potiſſimum eiuſdẽ vobiſcum farinę: experimẽto nos voluit edoctos mala a libertate pullulantia, vt medicamina, antidotaue inde pro libertate componeremus.

*felix, quicumque dolore,*
*Alterius diſces poſſe carere tuo.* Tibullus l. 3. eleg. 6.

Deinde, non ſequitur, ſi Deus hominem ſine lege ſine freno permiſit, proprios motus eũ impunè agere ſinens; quod Epiſcopi & Principes idipſum poſſint & debeant ad ſubditos. Aliter enim Deus hominum rector eſt; aliter homines: Deus, vt proprietarius; homines, vt diſpenſatores. *Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Dei. Homo quidam habuit villicum.* Proprietario licere facultates ſuas diuendere, diſtrahere, oppignorare, prodigere, dilapidare, impunè, nulla cuiquam irrogata iniuriâ, quis neſciat? *Aut non licet mihi quod volo facere?* Iſta verò nõ licent œconomo, ni examen ſubire velit. *Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* V. 1. Cor. 4. Lucæ 16. Matt. 20.

Lucę. 16. *Homo quidam habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit eum &c.*

Amplius: Pręſciebat Deus Prodigum pænitentia ducendum: nouerat quoque, Quod quantumuis procul effugeret peccator, eum facilè aſſequeretur, & in meliorem viam, vbi & quando luberet, cogeret, vti & coegit: quâ præcognitione, & potentia non gaudent Principes mortales. *Incerta prouidentiæ noſtræ.* Quapropter amplectantur hocce conſilium: *Principiis obſta. Beatus qui tenebit & allidet paruulus ſuos ad petram.* Conterendum eſt caput ſerpentis. VI. VII.

Adhæc: Plectens Deus tandem diſſolutum prodigum fame & ſeruitute, euidenter demonſtrat haud impunitos dimittendos ſceleratos. Itaque libertas quam prætenditis, vobis non debetur: neque penes VIII.

Princi-

Principes ſtat eam vobis concedere.

*An hæretici occulti permittendi liberi?*

Eſto; aſt inquietis; Qui palam in leges pecc... qui Reipub. tranquillitatem perturbant, plecta... dimiſſis illæſis, qui deterius nihil quam boni Cat... lici in publico agunt; non vituperant Ca... licos, non blaterant in ſacerdotes; non execran... Papatum; non exclamant publicè in Eccleſiam... ſolummodo domi; inter priuatos parietes veſcu... carnibus tempore vetito; non ieiunant de more C... tholicorum; legunt inſtitutiones Caluini; non... turbulenti, non ſeditioſi, ſunt in cute ſolum, ... quod aiunt, hæretici.

*Lipſius l. 4. polit. c. 2. 3. & 4. vbi agit de quietis hæreticis. Vide Bodin. l. 4. de Republ. ca. 6. verſus finem.*

Noui virum eruditiſſimum, in ſuis politicis ... riè conditis, & mirâ induſtria, omnigenis ... rum monumentis, intertextis, propoſuiſſe quæ... nem & reſpondiſſe: *Doctore hic magis opus quam ... torê.* Arbitrer autem magnum illum virum intel... re rudem plebeculam, ignorantiâ & inſtructionis... fectu ſeductam: aut eos qui & numero, & viribus... lent, vt ęgrè armis obtineri queant; qui eloquio ... do Doctorum facilius demulceantur & reducan... quam armis militum Catholicorum. Quis non... inſinuatum cuperet, Batauis *Doctore magis op... quam tortore*? Doctore, qui blandis condition... rem ageret, quā milite armato? Seneca epiſt. ... *dam, ait Epicurus, ad veritatem ſine vllius adiutorio... iſſe, feciſſe ſibi ipſos viam... Quoſdā indigent ope ... non ituros ſi nemo praceſſerit, ſed benè ſequuturos ... hæc autem inuenies aliud genus hominum, ne ipſum ... dem faſtidiendum, verum qui cogi ad rectum compelli... poſſunt, quibus non duce tantum opus ſit, ſed adiutore, ... vt ita dicā, coactore.* Fortè doctorū Paſtorū, & ... pollentiū concionatorū ſtudio & opera reduci...

*Virg. 2. Æneid.*

*Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,*
*Non anni domuere decem, non mille carinæ.*

* De his, conſultius, & opportunius in conſilio... & conſilio; ad propoſitum redeo.

*Scripſit ...uthor de ...s Romę ...ulo V.

Quoad eos qui ſcienter, in Eccleſiæ deſpectum, ... Papatus talia agant, vbi iuſtitia ſceptra adhuc ... *Doctore opus & tortore.* Doctore primum prim...

inde, ſi litteratus doctor fruſtra deſudat & laborat ex-
hortando ad recta, accedat gladiatus doctor & magi-
ſter inſtructus non verbis, ſed ferro, flamma, cruce, e-
quuleo; & vi cogat referre pedem, vnde exſilierunt; *Cō-* *Luc.* 4.
*pelle intrare*, aiebat Rex in Euangelio, vnguenta, cata-
plaſmata adhibēt primū medici, faſciāt linteolis, col-
ligant vulnera; quibus ſi nil profecerint, admouent
ferrum, nouaculas, cauteria... *Immedicabile vulnus*

*Enſe recidendum, ne pars ſincera trahatur.* I.

Tantum eſt, quantum corā offenditur Deus: neq; *Ouid in*
opus ſolum exterius conſummatū eſt tranſgreſſio; vti *metam.*
ſtultè autumabant Iudæi, dicentes; Manus, non ani-
mum arcet lex: ſed etiam ſola voluntas, cordis cupi-
ditas, tametſi nunquam erumpat in effectum.

*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum*
*Facti crimen habet.* *Iuuenal.*

Non ſolum publica acta vlciſcitur Deus, ſed etiam *ſatyr.* 13.
cogitatus, & abſtruſiſſimos actus. *Tu feciſti in occulto,* II.
*ego autē in oculis ſolis huius*, aiebat ad Dauidē. Occidiſti
clanculum Vriā, nemine tale quid ſuſpicante; ego ve-
rò ſupplicium irrogabo ſpectantibus vniuerſis, vlciſ-
cēte Deo occultos hominū cogitatus; Dei locū tenē-
tibus licebit vindicare opera occulta hæreticorū, ta-
metſi peracta inter priuatos parietes; quę hominibus
ſunt quod Deo arcana cordis ſepta & concluſa mace-
riæ corporis noſtri: licebit, inquā, ſi quid certò explo-
ratū habuerint. An ad hocce iuſtitiæ munus Primates
hortatur Iſaias, quærens flebiliter; *Vulnus & liuor, &* *Iſa.* 1.
*plaga tumens non eſt circūligata nec curata medicamine,* Contuſio
*neq; fota oleo?* intelligendo per vulnus hiulcū, crimina vel plaga
aperta; per contuſionem & liuorem, occulta peccata; humida.
per plagam tumentem & purulentam, arrogantiam & puru-
& ſuperbiam? Cauſatur non curatum medicamine li- lenta. Ita,
uorem, id eſt, peccata ſecreta, ô hæretici. Hector
Pintus.

Diſſimulando quoſdam de hęreticorū more viue- III.
re conſtat lædi Rempub. tametſi occultè tolerentur,
1. quia mēbra putria. 2. quia vnicus ſufficit impius A- 1.
cham, domi occultans ſpolia Iericho interdicta. *Ab-* 2.
*ſcondi in terra*, ait, *contra medium tabernaculi*, *ar-* *Ioſue.* 7.

gen-

*gentumq́ue foſſa humo operui*, euertendę, perdendęq́
Reipub. Ioſue. 3. Inficiunt proles, famulos, ancil
qui deinceps in tot familias quot ſunt capita diſtri
buti, demum lolio opplebunt totam vrbem.

IV. Neque inuſitato more procedit Eccleſia manu ar
mata, id eſt, cruciatu corporeo compellit abiurare
hæreſes: quin priſcum illum vſum reſtitui opus eſt, ni
caſtris ſcelerum velimus patere ianuam ad nos. Nun
quam, quoad licuerit, permittatur libertas hæreſeon;
nunquam ſint ſine legibus, ſine ſupplicijs, ſine præ
mio ſplendido iuſtorum, ſine ſupplicio condigno
improborum vrbes. Habetote quæ prædicant Ca
tholici Doctores, de neceſſitate ſuppliciorũ, necnon
de fructibus peſſimis execrandę libertatis, Iustinus

* Forte melius, confeſſionem.

Martyr l. 3 cap. 2. *Vndique reſiſtendum eſt hæreticis,
quos ex his retuſione confundentes, ad* conuerſionem ve
ritatis adducere poſſumus.*

I. Authoritates Patrum pro libertatis impugnatione.

S. Ioannes Chryſoſtomus homilia 6. ad Antioch.
ait:

*Si iudicia ſuſtuleris tribunalia, omnem vitæ noſtræ or
dinem ſuſtuliſti. Et ſicut ſi gubernatorem à naui ſeparaueris,
ueris, ſcapham ſubmerſiſti: & ſi ducem ab exercitu abdu
cas, vinctos hoſtibus tradidiſti milites: ita ſi Principes à
ciuitatibus abſtuleris, feris irrationabilibus magis irrati
onabilem degemus vitam, inter nos mordentes, &
deuorantes pauperiorem potentior, manſuetiorem audi
cior.*

Idem ibidem: *Quod in domibus faciunt ligna
contignationes, hoc Principes in ciuitatibus. Et ſicut ſi il
las ſuſtuleris, diſſoluti parietes per ſeſe corruunt: ſic & ſi
mundo Principes tollas, & horum metum, & domus &
ciuitates, & gentes cum multa inter ſe licentia corruent,
nemine exiſtente qui contineat & repellat, & pœnæ timo
re eos quieſcere perſuadeat.*

Ibidem: *Principes Deus armauit, vt laſciuientes ter
erant.* Cernitis Principum, & legum vltricium neceſ
ſitatem

D. Hieronymus comment. in illud Prouerb. cap.
Ierem. 1. 22 *Stultitia colligata eſt in corde pueri &c. Multos*

*mus pueros ſapientia præditos. Nam & Ieremias puer prophetiæ myſterium ſuſcepit: & Daniel ſcribit quod Deus dedit pueris abſtinentibus ſcientiam & diſciplinam in omni verbo & ſapientia. Vnde reſtat intelligere quod pueros hoc loco non ætate ſed ſenſu paruulos ſignificet, quales vetabat Apoſtolus eos eſſe quibus ait: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote.* 1.Cor. 14. *Huiuſmodi enim pueros, id eſt animos ſtultitiæ, vel laſciuiæ, vel inertiæ deditos, neceſſe eſt iuuenili diſciplina caſtigari, & ad iuſtum vitæ tramitem, prudentium vigore perduci. Neceſſe eſt caſtigari*, inquit.

Magnus ille S. Auguſtinus inquit Regna omnia eſſe latrocinationes, exulante iuſtitia; ea ſcilicet, quæ (vt dicit S. Bernardus quodam ſermone) Principibus reuerentiam, paribus opem, aut ſuccurrendo, aut ſanè conſulendo, ſubditis protectionem reddit; *& ſi dereliquerint diſciplinam.*

D. Auguſtinus tomo 5. libro 4. de Ciuit. cap. 4. *Remota iuſtitia, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia?*

Idem in quadam Epiſt ad Donatum, probat homines non permittendos omnino ſibi, vt quod libuerit faciant; quandoquidem Deus aliquando fregerit infractum animum S. Pauli perſequutoris, recudendam in protectorem Chriſtianorum: & moueantur parentes cogere liberos diſſolutos verberibus, vt actus & mores ad virtutem componant.

S. Auguſtini verba habentur 23. 4. Diſplicet, §. Si voluntas: *Si voluntas mala ſemper ſuæ permittẽda eſt libertati, quare Paulus non eſt permiſſus vti peſſima voluntate qua perſequebatur Eccleſiam, ſed proſtratus eſt vt cæcaretur: cæcatus eſt vt mutaretur: mutatus eſt vt mitteretur: miſſus eſt, vt qualia fecerat pro errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare monetur pater in ſcripturis ſanctis filium durum non ſolum verbis corripere, ſed etiam latera eius tundere, vt ad bonam diſciplinam coactus ac domitus dirigatur? Vnde idem Salomon dicit: Tu percutis eum virga, animam autem eius liberas à morte.*

 Idem

Jdem S. Auguſtinus epiſt. 50 ad Bonifacium: Schiſ-
*matici dicant: Cui vim Chriſtus intulit? Quem coe-*
*Ecce habent Apoſtolum Paulum. Agnoſcant in eo pri-*
*cogentem Chriſtum, poſtea docentem: prius ferientem*
*poſtea conſolantem.*

Idem paulò poſt. *Cur non cogeret Eccleſia perditos fi-*
*lios vt redirent, ſi perditi filij coëgerunt alios vt perirent?*

Paulò poſt. *An non hoc pertinet ad diligentiam pa-*
*ſtoralem, etiam illas oues quæ non violenter ereptæ,*
*blandè, leniterque ſeductæ à grege aberrauerant, & a-*
*lienis poſſideri cœperant, inuentas ad ouile dominicum,*
*reſiſtere ei voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam*
*doloribus reuocare?*

Idem ibidem. *Moleſtus eſt medicus furenti frenetico,*
*& pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cædendo,*
*ambo dirigendo. Si autem illos negligant & permittant,*
*iſta potius manſuetudo falſa, crudelitas eſt. &c.*

Idem ſerm. 94. de tempore. *Si quis verba contem-*
*nit, adhibebis & verbera. Incutis pœnam, ingeris dolorem,*
*& quæris ſalutem. Multi amore, multi timore cor-*
*ſunt; ſed per tremorem timoris peruenerunt ad amorem*
*charitatis.*

Idem epiſt. 48. ad Vincentium: *Mea primitus ſen-*
*tentia erat, neminem ad Chriſti fidem, & Eccleſiæ vni-*
*tatem eſſe cogendum, verum &c.*

*Idem epiſt. 66. ad Donatiſtas:* Gregor. l. 3. Epiſt.
*ad Ianuarium Epiſcopum Calaritanum*: Tomus 2. De-
*cretal. cauſa 26. quæſt. 6.* videantur.

Verum enimuerò noui, ô hæretici, hoc loco
nihili facturos graues illos & ſanctos Doctores,
riâ vobis dictos cucullas ſaburratas; obæſa ſtolida
capita: qui S. Ambroſium, S. Hieronymum, alios-
que Doctores ſacros dicitis deliros, inſanos, ſom-
tores, mendaces: qui penes vos ſolos Spiritum ſan-
ctum inueniri iactitatis: & à vobis inuentam Euan-
gelij ſacri fabam prædicatis: Quare, quò liqueat
bis non aduerſari ſolum ſtolida illa capita; vt bla-
phemè effutitis, venio ad Doctores veſtros com-
nes, Philoſophos, proauos veſtros (ſi vera

Ronſardus ridēs hęreticos, Oratione ad Gallos.

quę paſſim circumferuntur, nimirum hæreſim Philoſophiâ natam) *Gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi.* Philoſophi, fundatores inſtitutoreſq́ue veſtri in noſtram aduerſum vos, iurarunt ſententiam.

11. Philoſophia aduerſantur libertati.

Sapientiſſimus ille Athenienſium Legifer Solon, aiebat, remuneratione rectorum, ſupplicio impiorum, augeri Reſpub. auctas conſeruari: hiſq́ue ſublatis, omnem diſciplinam corruere.

Rogatus Archidamus quo Rectore Facedæmoniorum Reſpub. floreret, eoq; in ſplendore dudum perſeuераret; reſpondit: legibus, & Magiſtratu legũ iuſſis parenti. Plato in quadam epiſtola ad amicos Dionis ſeruitutem facit libertate natam. Ariſtoteles in moralibus extollit legiſdatores, qui bonos præmio, malos ſupplicio afficiunt: redarguit vrbes in quibus viuit vnuſquiſque ſicut vult, Cyclopum more, filijs dans iura ſuis, & vxori.

Eloquentiæ parens Cicero, exlegem Rempub. exanimi corpori confert. Miſerum adſtruit eum, qui legenõ cohibitus, in omnigena rueret flagitia; conſultũ ducit membra infecta, & alijs noxia reſcindi; quomodo medici à corpore reſecant putres partes: obiurgat acriter M. Anthonium, quod ſponderet militibus omnia impune licitura. Tam rudes vos, & parum verſati in Philoſophis veſtris, vt neſciatis libertati veſtræ prætenſę aduerſari? Aut ſi ſcitis, diſſimulatis?

Plato 9. de Legibus dialogo: *Neceſſe eſt leges hominibus ponere, vt ſecundum leges viuant; nam ſi abſque his viuerent nihilò à feris atrociſſimis diſcreparent, Cuius rei cauſa eſt, quia nullius hominis ingenium ita naturâ inſtitutum eſt, vt quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt ſufficienter cognoſcat: & ſi cognouit, vt optimum id quod nouit, ſemper agere poſſit ac velit.*

Idem epiſtola 8. ad Dionis propinquos & amicos circa medium: *Seruitus ac libertas ſi modum excedat, vtraque mala eſt: ſi modum obſeruet, vtraque bona.* Et paulò ante *Qui omnibus præferunt viuendi libertatem, iugum verò ſeruile fugiunt tanquam malum, ij caueant, moneo ne inſatiabili importunæ libertatis auiditate,*

 in ma-

*in maiorum ſuorum incidant morbum* (ſeruitutem tyrannidem intelligit;) *quem quidem illi propter ſunt, quod nulli parêre volentes, libertatis amore intemperanter abuſi ſunt.*

Ariſt.1.polit.c.3. *Imperare & parêre non ſolum neceſriorum ſunt, ſed vtilium.*

Ariſt.l.10.Eth c.9.ante medium, inſigniter p tum. *Sunt qui Legislatores cenſeant inuitare ad vi ac prouocare homines honeſtatis cauſa debere, vt probi ex conſuetudine obtemperaturi ſint. Illis vero non parent, ſuntquê naturâ inertiores, caſtigationes pœnas irrogare: qui autem inſanabiles ſunt, prorſus terminare.*

Cicero tomo 2. Orat pro Cluentio, *Vt corpora ſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege; ſuis partibus & uis, ac ſanguine & membris vti non poteſt.*

Et 2. de Rep. Cic. Nonius in Modicum: *Statuo timè conſtitutam Remp quæ ex tribus generibus illis gali, optimo, & populari confuſâ modicè, nec puniendo irritet animum immanem ac ferum: nec omnia pr mittendo, licentiâ ciues deteriores reddat.*

Idem 5. Tuſcul de Cinna loquens: *Beatuſne qui hos interficit? Mihi contra non ſolum eò videtur quod ea fecit, ſed etiam quod ita ſe geſſit, vt ea facere ceret. Et ſi peccare nemini licet, ſed ſermonis errore mur. Id enim licere dicimus quod cuique conceditur.*

D. Auguſtinus to.5 l.5. de ciuit. cap. 27: *At Tull us de quodam qui peccandi licentiâ felix appellabatur miſerum, cui peccare liceat?* Contra inuidos id loqu D Auguſtinus. *Infelices, qui omnia ſibi licere exiſtima runt.* Citat Marcellinus 26. in fine.

Cicero tomo 3. Orat. Philip 8. *In corpore, ſi quid iuſmodi eſt quod reliquo corpori noceat, vri ſecarique timur, vt membrorum aliquod potius, quam totum pus intereat. Sic in Reip. corpore, vt totum ſaluum quicquid eſt peſtiferum, amputetur. Dura vox: multo la durior; ſalui ſint improbi, ſcelerati, impij.* Idem habes 3. Offic.

Item Philipp. 8. *Scelerum promiſſio, & ijs qui*

*ſtant pernicioſa eſt, & ijs qui promittunt. Nos* (de bonis loquitur, ) *noſtris militibus libertatem, iura, leges, iudicia imperium orbis terræ, dignitatem pacem, otium, pollicemur. Anthonij igitur promiſſa cruenta, tetra, ſcelerata Dijs hominibuſquе inuiſa nec diuturna, nec ſalutaria.*

Auditis vt magnus ille Orator tonet in veſtram libertatem prætenſam, dicens cruentam, tetram, ſceleratam, Deo, hominibuſqúe inuiſam, nõ diuturnã nec ſalutarẽ? Percipitis velle pænas extorqueri ab improbis? Attamẽ Ethnicus loquitur: aſt multò melius & diſerti⁹ vobis, qui falſa ſpecie Chriſtianos vos iactitatis.

Ipſi Poetæ, omnium licentioſiores veſtram impugnant libertatem, dicente vno, tollendis cædibus, & litibus; promerendo illuſtri nomine Patris patriæ, infractè cohibendam ſubiectorum effuſam licentiam. III. *Poëtæ libertatem impugnant.*

Horat. l. 3. Oda 24. *O quiſquis volet impias*

*Cædes, aut rabiem tollere ciuicam,*
*Si quæret Pater vrbium,*
*Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat,*
*Refrænare licentiam:*

Alio, libertatem adoleſcentibus permiſſam, totius corruptionis parentem.

Statius l. 5. Syluarum : *Quem non corrupit pubes effræna, nouequе*

*Libertas properata togæ?*

Non eſt ex Poetis Heroicis & Comicis qui veſtram non abiuret licentioſam libertatem. Claudius de 4. Honorij Conſul. . . . *Procliuior vſus,*

*In peiora datur, ſuadetquе licentia luxum,*
*Illecebriſquе effrana fauet.*

Iuuenalis ſatyra. 14: *Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantum*

*Permittas, ideò indulgent ſibi latius ipſi.*

Terentius in Heautont. *Deteriores omnes ſumus licentiâ,*

Idem in Adelph. *Nimia illa illa licentiâ,*

*Profectò euadet in aliquod magnum malum.*

Publius Mimus. *Cui plus licet quam par eſt, plus vult quam par eſt.*

Idem : *Bonis nocet, quiſquis pepercerit malis,*
*Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.*

IV. Hæreſiar-hę huic libertati contrarij.

Atat; quid mihi caput obtundo proferens mo-
menta Chriſtianorum & ethnicorum, quibus quam-
libet creditis! Huc, citò adducatur, Euangeliſta, A-
poſtolus, Elias, veſter S. Paulus Gallus; cui & in c
creditis ſemper, Theodorum veſtrum, dico, Beza-
verè Theodorum, & Dei donum, à ſcientia ma-
ni ab Eccleſia Romana defeciſſet; Theodorum, n
ius, ô vt doleo vices! Accipite cenſuram magni ve
Theodori ſuper libertate veſtra. Is in epiſt. Theolog.
1. pag. 20. 21. ſic loquitur.

2. Petri 2. Velamen malitiæ Libertatem &c. Filij Belial dicuntur qui ſunt abſque iugo.

*Libertatem conſcientijs permittere, ſinere vnumquem-
que ſi volet perire, merè diabolicum dogma eſt & bel-
la diabolica eſt libertas, quæ Poloniam & Tranſiluaniam
hodiè tot peſtibus impleuit, quas nulla alioqui ſub ſolis [...]
tiones tolerarēt.* Vniuerſus orbis in vos conſpirat; pro-
prio iugulamini ferro; arma veſtra inimicis ced[...]
infelices profligati.

1. Hæreticorum argumenta pro Libertate.

3. Rationes excutiamus veſtras. Debetur vobis li-
bertas, inquitis, quia Deus cuique arbitrij liberta[tem]
dedit: *Diuiſit illis ſubſtantiam.* Reſpondet D. Aug[uſt.]
tomo 2. Epi. 50 *Datum eſt homini liberum arbitrium*
*ſed vt ſi eſſet malè faciens, eſſet malè patiens*; quod [...]
videbitur in prodigo noſtro. Namq; etſi liberos c[rea-]
rit Deus; cogit tamen minis ſubinde, alias ſlage[llis]
morem gerere. Luce meridiana clarius eſt iſtud.

II. 1.

Dicitis, naturam ſatis ſuperq́ue homini conce[ſ-]
ſe ingenij quo ſe ipſum regat. Ita eſt, ante pecca[tum.]
Non cernitis vt offuſcata ſit & fuligine atra obdu[cta]
ſapientiæ humanæ lux per peccatum? *Excæcauit [eos]
malitia eorum. Volentes eſſe ſapientes per eſum ligni ſcien-
tia boni & mali, ſtulti facti ſunt.*

Sap. 2. Rom 1. Gen. 3.

2.

Deinde, non omnibus indiuiduis, ſuppoſitis [...]
ſingularibus ſpeciei humanæ æqualiter ſuppetit ſa-
picntia: dantur enim & ſimpliees, & ſtulti, quibus [...]
opus legibus, ceu face, quâ deducantur. *Vt tenacu[...]
titos inſcitia debilis actus: Plato &c.* Sunt ipſis neceſſa-
riæ leges. Perſius ſatyr. 5.

Rom. 7 *Peccatum non cognoui, niſi per legem.*

Pſa. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.*

Plato 9. dialogo de leg. *Legum ponendarum cauſa eſt, quia nullius hominis ingenium ita natura inſtitutum eſt, vt quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt, ſufficienter cognoſcat.* Denique, non tantum ſunt inſtitutę leges inſtruendo intellectui ignaro, ſed etiam, 5.
inducẽdis & cogẽdis volũtatibus rebellibus, in bonũ.

Deus poſt peccatum, adducitis, ſufficienter nos erudit aut perſonaliter, aut per Angelos ſuos. Concedo, ſi per Angelos nõ ſolùm intelligitis indiuidua naturæ Angelicæ; ſed etiam Doctores, legiſlatores mortales, à Deo denominatos inſtruendo & regendo populo Nec enim Deus immediatè per ſemetipſum, neq; miniſterio ſolorũ Angelorũ ſufficienter erudit nos, tametſi poſſet; ſed aſſumit quoque cauſas ſecundas, humanas, mortales, id eſt homines, qui ignorantes doceant. *Dedit quoſdam Doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij.* Si ſecus; quorſum dixit Apoſtolis: *Docete omnes gentes.* III.

Ephes. 4.
Matth. 28.

Allegatis demum, quod ſi non vetaretur malum, minus in ipſum cupiditate ferremur. Atque aſſumptum probare nitimini axiomatibus Poetę cuiuſdam, necnon locis nonnullis ſacræ ſcripturæ. IV.

Oui. 2. Amorum, *Quod licet, ingratum eſt: quod non licet acrius vrit:*

*Quod ſequitur fugio: quod fugit ipſe ſequor.*

Idem 3. Amorum: *Cui peccare licet, peccat minus; ipſa poteſtas*

*Semina nequitiæ languidiora facit:*
*Nitimur in vetitur ſemper, cupimuſque negata:*
*Sic interdictis imminet æger aquis:*
*Quicquid ſeruatur, cupimus magis; ipſaqúe furem*
*Præda vocat.*

Plinius: *Omnium rerum cupido langueſcit, cum facilis occaſio eſt.*

D. Hieronymus. *Quicquid licet, minus deſideratur.*

Rom. 5. *Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum.*
Rom. 7. *Cum veniſſet mandatum peccatum reuix...*
Rom. 7. *Occaſione accepta peccatum per mandat... operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.*
Ibidem: *Inuentum eſt mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem.*

Poeticè cum Poeta ludens, & clauum clauo pel... lens, dicerem:

Lib 3. diſtich. Catonis. *Miranda canunt ſed non credenda Poetæ.*

Horat. in arte: *Pictoribus atque Poetis*
*Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.*

Ipſe tuus Vates retractat ſententiam, & omnem ... bi tollit authoritatem, dicens non omnino hiſtoriam & veritatem puram quæ ſcribunt Poetæ:

Ouid l. 3 Elegia: *Exit in immenſum facunda licentia vatum,*
*Obligat hiſtorica, nec ſua verba fide.*

Reſponderem inſuper, ex taberna eius qui pro... effuſam ſe ſectatum licentiam, prodire nihil, quod ... libertate non faciat.

Æneid. 2. Non Poeſeos hoſtis, is ſum, in qua, *& nos ali... nomenq; decusq; geſſimus:* neque infamare in gene...
I. mnes ſententias, aureas, & veras crebro intertex... mendacijs iſtius, aliorumq;, eſt animus. Itaque ... uerſos ſimul, & hunc omninò non denig em, dico ... loco perperam diſcuſſam ab ipſo, homine Ethn... materiam: dico magis credendum Doctoribus Eccle... ſiæ, Philoſophis præcipuis; & potiſſimæ claſſi aliorum Vatum, quos ſtatim produximus, quam homini ... *Plurium calculus vincit Plus vident oculi quam oculus.* Præferatur ſententia Philoſophorum Vati vni.

II. Addo, experimento liquere contrarium Quis enim noſtrûm adeo ſanctus, qui limitibus quandoque ... excederet, ni legum reuerentia cõtineretur? Nec ... tum diſcrucior locis deſumptis ex epiſtolis S. Pauli qui videntur probare peccatum per legem inductum:
III. etenim S. Paulus ſatisfacit, ſeipſum exponens, & di...
Rom. 7. cens: *Peccatum non cognoui, niſi per legem.*
Vide Al- Quantum ad primam authoritatem ex S. Pauli ... deſum...

deſumptam, *Lex ſubintrauit*, *vt abundaret delictum*; *phonſ.* à
non eſt exiſtimandum coniunctionem *vt* ſumi *cauſa* *Caſtro l.* 1.
*liter*, ſed *conſequutiuè*, vt ſignificet exitum legis, ſiue c.20. de
qu d accidit poſt datam legem. Quaſi diceret: *Lex* iuſta pu-
*ſubintrauit*; inde factum eſt, *vt abundaret delictum.* nitione
Quæ quidem non indicant ex lege proceſſiſſe multa hæreti-
delicta; ſolummodò per legem multa peccata mani- corum.
feſtata, quæ non putabantur peccata: *vt appareat pec-* *Rom* 7.
*catum*.

IV. Ad ſecundam; *Cum veniſſet mandatum*, *peccatum reuixit*: non intendit à lege effici peccatum; ſed peccati cognitionem à lege proficiſci. Aut, dicit, nullum noſtrum actum futurum peccatum ſine lege, cui aduerſatur illi.

Ad poſtremas duas; non dicunt legem propriè cau-
ſam peccati: ſed tantam hominum eſſe fragilitatem, V.
vt ab eo quod ſibi bonum erat futurum, quandoque
malum eliciat. Deinde, loquitur fortè Apoſtolus ex VI.
nomine quorundam peccatorum perditorum, quibus
poteſt id contingere; non verò morigeris. Notate
quoque dici à S. Paulo; *Occaſione accepta*, non *data*. VII.
Quapropter, demonſtrat euidenter, leges natura ſua
non effectrices peccati, haud aliter quam mel, vel roſa
non eſt ex ſe cauſa veneni, ſed per accidens, qua araneum reſpicit, cuncta etiam ſuauiſſima in virus conuertentem: quomodo vita per accidens improbis eſt occaſio mortis; & lex per ſe bona, occaſio nequitiæ & peccati. Alioqui, ſi per ſe lex eſſet malitiæ occaſio, omnes ęqualiter mali euaderent: quod non fit.

Porrò, ſi quia ex bonis legibus occaſionem ſumunt ruinæ impij ideo eſſent abrogandæ; eadē ratione tollendi eſſent è mundo viri & mulieres omnes, eorumque forma; quod improbi *occaſione accepta* concupiſcant fęminas; ac hæ, viros, eorumq́ue ſpeciem. Exſtirpandæ quoque vites, quia *occaſione accepta* gulosè eo abutuntur ebrioſi: euellendæ ſtyrpes & arbores, eliminanda medicina, quia *occaſione accepta* procurantur per ipſas abortus, miſcentur pocula veneno: ſubtrahendum eſſet ſacroſanctum corpus Domini, quo

*occaſione accepta*, abutuntur veneficæ: De Ieſu Chri
non eſſet deinceps ſermo habendus, quia quibuſ
*occaſione accepta* fuit, *petra ſcandali, lapis offenſionis*,
1 Pet. 2. *Lucæ. 2.* *gnum cui contradicebatur: poſitus in ruinam multorum*
Ecquid non? Omnia autem iſta non poſſunt
bere; neque ergo id vnde inferuntur. Quid ergo
turæ noſtræ corruptæ curuum & flexuoſum eſt
gendum, non natura rerum, inſit S. Chryſoſtomus.

Tomo 5. homil. 15. ad Antioch *Laqueus*
*mulieris forma, imò verò non mulieris forma, ſed*
*laſciuus. Non enim res calumniemur, ſed noſtrum*
*rem. Neq; dicamus, ne ſint mulieres, ſed ne ſint adul*
*Neq; dicamus, ne ſit pulchritudo ſed, ne ſit fornicatio*

Ibidem: *Generoſus miles quodcumq; ferrum*
*virtutem ſuam oſtendit, ignauus ab omnibus impedi*
Non calumniemur itaque leges & ſanctiones,
VIII. quimus, tantummodò malitiam noſtram. Con
medicus ægro bona, vetatq; vetanda, ex canone
quantumuis nitatur in noxia & vetita: neglig
Antiſtites & Reges ſancire & cauere iuſta, qu
peiores euadent *occaſione accepta*? Perpetam
IX. namini dicentes non tantam fore nequitiam.
ſub rigore legum, erectis crucibus, imminent
hominum ceruicibus vix in officio continentur,
funderentur permiſſa quam prętenditis liberta
aſſerit Lutherus veſter populum deteriorē factum
bertatis conceſſæ aut vſurpatæ tēpore, quam ſub
tifice Romano? Non teſtatur Beza veſter diabol
libertatem illam impleuiſſe tot peſtibus Polon
Tranſyluaniam? Eraſmus veſter, aut noſter, par
fert, non dicit Euangelio nouo, eo ſc. quod liberta
prædicat, non corrigi homines, ſed fieri deteriores

*Lutherus Dominica* 1. *Aduentus*; palam in ſuos
hitur, eorumque mores quæritur longè corrupt
factos eſſe, quam antea ſub regno, (vt ipſe vocat)
mani Pontificis fuiſſent: quin eos demum Sodom
peiores, vel decies euaſiſſe luculenter affirmat.

*Idem in cap 6. ad Gal.* fatetur ſuos non minus
Papiſtas inſulſos eſſe.

*Eraſmus Hyperaſq.* 2. Et in epi. contra pſeudoeuangeliſtas aſſerit adeo per hoc nouum Euangelium non corrigi homines, vt paſſim deteriores fieri videantur: qui non peccare deſinant, ſed peccent impunitius.

*Schmidelinus concione* 4. *in Chriſti verba Lucæ* 21. ſatis oſtendit quam pij ſint ſui Euangelici.

Si Senatuſconſulto cauto non eijciendas immunditias in plateis vrbis, vix eæ mundę aſſeruari queunt, quid fieret, facta licentia cunctis agendi quod vellent? Si Pontifex Romanus, aut quis Rex Catholicus promulgaret, *Libera Corcyra, caca vbi lubet*; aut, *Chijs licet intemperanter agere*. Templum patet, cuique licet impunè quod vult moliri; an non breui Ephororum ſellæ merdis opplerentur pace veſtra dixero; id eſt, mitræ Epiſcopales, tonſuræ, ſacerdotum vertices, altaria Deo & Diuis ſacra ſtercore fœdarentur turpiter? Ipſe Deus ſub ſacramento quaſi latens non calcaretur pedibus; ex quo nondum libertate permiſſa, regnante adhuc vtcumque iuſtitia reperiantur qui haud meliora patrare non vereantur? Deus bone! Quot hæreticos aduceheret libertas iſta, quandoquidem ſub diſciplina tantus eorum pullulet numerus? Deinde, adducitis, ſi non caueretur malum, non tam ardenter in illud ferrentur homines: ſcilicet. Econtra, reperias qui timore legum imperialium tandem boni euadunt Catholici, quod accidiſſe Hippone, cuius ciuitatis Cathedram regebat, teſtatur Diuus Auguſtinus, Tomo 2 epiſt. 48. ad Vincentium: *Ciuitas mea cum tota iſſet in partes Donati, ad vnitatem Catholicam legum Imperialium timore conuerſa eſt: quam nunc videmus ita animoſitatis veſtræ perniciem deteſtari, vt in ea nunquam fuiſſe credatur.* Gratia Deo.

Citatur ab Euſtachio in Dionyſiũ. Vide quid Plutarch. dicat de Chijs incantantibus ſellas Ephororum.

Dicitis: Imago Dei ſumus; adeoque nos decet libertatem, vt ipſum. Dico ego: non conſiſtere in eo imaginem quod à nemine iura accipiamus; ſed quod poſſimus velle aut non velle hoc vel iſtud, quod non tollunt leges: etſi enim exterius quod materiale eſt legis exequamur, liberum tamen eſt interius non V.

pro-

VI. probare, & non velle conſenſu quod agimus.

D. Aug. epiſt. 50. tomo 2. Jnſuper, cum D. Auguſtino prædicatis fidem li-
ram eſſe, nec vi cogendam.

Lactant. li. 5 Jnſtit. cap. 14. *Quis imponat mihi ne-
ceſſitatem vel colendi quod nolim, vel quod velim non co-
lendi: Quid iam nobis vlterius relinquetur, ſi etiam
quod voluntate fieri oportet, libido extorquet aliena*

Caſſiod. Var. 11. epiſt 27. Rex Theodoricus: Religio-
1. *nem imperare non poſſumus, quia nemo cogitur vt cre-
inuitus.*

Jta eſt: nondum baptizatos, adhuc paganos, Iu-
deos, Saracenos, nō cogit poteſtas humana (quamuis
coram Deo credere teneantur) iuxta decretum Conci-
lij Toletani quarti. Nondum ſacris lymphis expiatis
credere eſt voluntatis & libertatis. Jſtiuſmodi, ſum-
mus Pontifex, & Reges Catholici permittunt ratio-
nem liberi arbitrij; aſt vbi incorporati, inſerti ſunt
per baptiſmum corpori myſtico Jeſu Chriſti, poſſunt
vrgeri & compelli. vult enim naturæ lex ſtemus pro-
miſſis. Liberum eſt polliceri vel non polliceri; pro-
ſione autem facta, non eſt liberum retractare.
mittendo quidpiam, ſubdimus nos poteſtati pub-
quæ cogat nos fidem liberare præſtitam. Libera
des, libertate oppoſita neceſſitati; non libertate
poſita obligationi libera eſt ei, qui aliquam ſolem-
miſit profeſſionem in baptiſmo. Miles, priuſquam
cramentum militare dicat, liber eſt: aſt vbi militiæ
nomen dederit compelli poteſt vt pergat in prælium,
& per labefactatos muros irruat in vrbem.

Deinde; Quanquam ſummoperè cuperet Eccle-
2. animæ interiora ſana; attamen ſibi factum ſatis p-
(ex quo maiora obtinere nequeat) ſi externum
quod deforis eſt non diſcrepet à bonis Catholicis
adeoque manet libera noſtra intrinſecè fides: n-
nobis imponitur credendi neceſſitas; *nemo cogitur
inuitus credat.*

Perſtatis: Si de Catholicorum vſu viuimus, c-
VII. mus merito: virtus enim, vt ſit voluntaria ſit op-
ſimiliter vitium, vt ſit vitium, vti alias dicebam
D

*Deus aſpernatur coacta ſeruitia*; igitur nemo cogendus ad id ex quo non meretur. *Non metu, ſed decori gratia peccatis abſtinendum eſt*, aiebat Bias. Conceditur: neq; verò compellunt improbos leges ad iuſta, ſpe educendi meritum à bono coacto; ſed ſperant pedetentim iri aſſuefactos odio mali, & amorem iuſti ſpontaneè, quo demum mereantur. Proprium etenim naturę humanę & inſueta faſtidire, conſueta diligere. 1.

Deinde: ſi vera ſunt quæ dicit Ariſtoteles, nimirum, virtutis frequentatione fieri ſtudioſos: conſultò cogitur improbus ad iuſta, vt tandem iuſtus euadat. 2. Cõſuetudo potẽs.

Ariſtoteles l. 2. Ethic. cap. 1. *Moralis virtus aſſuetudine comparatur.*

Ibid. *Suſcipimus virtutes atque perficimur per conſuetudinem.*

Ibidem: *Ædificatores, ædificantes, & citharœdi pulſantes citharam fiunt: pari modo iuſta agentes iuſti, & modeſta, modeſti, fortiaq; fortes efficimur.*

Ibidem: *Atque omnis quidem Legumlatoris hæc eſt voluntas.*

Diogenes Laert. lib. 6. de Vitis Philoſoph. *Ipſius contemptus voluptatis*, (aiebat Diogenes) *ſi nos aſſueſecerimus, iucundiſſimus fit. Et ſicut hi qui conſueuerunt voluptuosè viuere, moleſtè ſe inde auelli patiuntur: ita qui aliter exercitati ſunt, facillimè ipſas contemnunt voluptates.*

Productis habitibus in nobis exercitio crebro, quod coactè reluctanteque fiebat, aut non ſine mærore & dolore *ex triſtitia, aut ex neceſſitate*; poſtea liberè, alacriter, meritoriè exercetur coram Deo. *Hilarem enim datorem diligit Deus. Voluntariè ſacrificabo tibi*, ait Pſaltes vatidicus. Pſal. 53.

Ouidius 2. de arte amandi: *Quod malè fers, adſueſce, feres benè, multa vetuſtas Lenit.*

Haud dubiè aſſueſcimus bono, eius exercitio: aſſuefacti, exercemus prompti, & alacres: *Habituum enim ſignum voluptas & dolor qui in actionibus*, inquiunt Philoſophi.

Ariſtoteles l. 2. Ethic. c. 2. *Abſtinendo à voluptatibus*

*tibus efficimur temperati, & facti iam temperati, ma-*
*mè ab ipſis poſſumus abſtinere.*

Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem.

Aug. tomo 8. in Pſal. 127. *Cum per timorem gehen-*
*continet ſe homo à peccato fit conſuetudo iuſtitiæ, & in-*
*pit quod durũ erat amari: & incipit excludi timor à cha-*
*ritate, & ſuccedit timor caſtus* &c. *Ille* (ſc. timor gehen-
næ) *vtilis eſt, ſed non permanet in æternum.* Per eum ...
timorem concipimus ſpiritum ſalutis: ipſe eſt abe-
darium & initium ſapientiæ.

Iſaiæ. 26. *A facie tua Domine concepimus, & partu-*
*uimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.*

Pſalmo 110. *Initium ſapientiæ timor Domini.* Id ...
ſentiẽdum de ſupplicijs legum humanarum, qu...
timore compellimur fugere malum, & facere bon...
ac tandem efficiunt, vt omnia amore faciamus: E...
*lens iam teneat quod nolebat.*

D. Auguſt. tõ. 2. epiſt. 49. *Non quod quiſq; bonus p...*
*eſſe inuitus; ſed timendo quod non vult pati, vel relin...*
*impedientem animoſitatem, vel ignorantem compe...*
*cognoſcere veritatem; vt timens vel reſpuat falſum*
*quo contendebat, vel quærat verum quod neſciebat,*
*volens iam teneat quod nolebat.*

3. Alio itẽ reſpectu conſulta eſt coactio iſta: Na...
verè nõ emendentur, ſaltẽ nõ tot tãtaq; actualiter...
trãt flagitia, quot quãtaq; animo verſãt, & in q...
te feruntur: quæ aucta, agerẽt itidẽ ærũnas in p...

4. Denique; Si ipſis bona non eſt Reipub. pro...
vtilis: hac enim ratione non retrogradiuntur ...
crorum more, inficientes, rodentes, vaſtantes, ...
tes ſynceriorem eius partem.

2. Tim. 2. *Hæretici multum proficiunt ad impietatem,*
*& ſermo eorum vt cancer ſerpit.* Hinc rudes plebei p...
ratiores ſemper ad malum quã bonum, prompti...
ad noua quæq; amplectenda, & credenda, non vide...
tes publicã eorũ inſolentiam, non audientes me...
cia veritatis ſpeciẽ ementita non omninò pereunt ...
numero ſ erunt hæretici ſimulati. Ex duobus mal...
ligendũ minus: minus malũ eſt habere hæreticos o...
cultos quã publicos: minus nocent, q̃ obtenta lib...

tate illa licẽtioſa. Tot hæreticis quæſo cõtenti eſtote.

4. Te verò Sanctiſſime Pater, homo cæleſtis, paruę Deus terreſtris, tuam poteſtatem, tibi traditã authoritatẽ rogo (agam cũ ſanctitate tua abſentẽ quaſi præſente; quis nouit nũ ea ſequetur has meas conciones ſecundæ fortunæ aura, vt in beatas manus veſtras incidant aliquando) quantumuis hæretici, adoleſcentes illi, qui nouiſſimè aduenerunt, efflagitent; *Pater, pater, da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit*, Libertatem Libertatem, quam falsò clamitant Chriſtianam; mentiantur ſe contingere, delirent expedire, etſi, clamantes, & geminantes, Libertatem Libertatem, quæ me contingit; nunquam de Beatitate tua audiatur quód narrat Euangeliſta de patre noſtri prodigi: *Et diuiſit illis ſubſtãtiam*, Beatus Pater coaxatione importuna & moleſta ranarum iſtarum, conceſſit, dedit, promulgauit libertatem. Nunquam Beate Pater, nunquam micans orbis iubar, rem tam noxiam conceſſeris Phaetontibus iunioribus,

*Funeſti ne ſis tu muneris author.*

Tam noxium & virulentum munus, à tanto, tamq; bono Patre non deueniat ad manus filiorum. Si potiãtur vnquã Phaetontes illi poſtulatis, actũ eſt de ipſis & nobis: certò certiſſimè exſpectabimus denuò orbẽ vniuerſum belli facibus accenſum iri: *In chaos antiquũ confundimur, Atria veſtra ruent, Atlas en ipſe laborat*; Vides quãtos ſine libertate ſuſcitarint ignes, ſi vnquã furioſorũ manibus cõmittatur gladius, perijmus, illi, & nos, & tu Pater ſancte, ſi audiatur aliquando (quod abſit) *Et pater patrum diuiſit illis ſubſtantiam*; non ſperemus præter diuiſionẽ, defectionẽ, numeri haud ſpernendi bonorũ, numquã reditum licentioſiorũ. Caput obtundant ſibi, Beate Pater, rogo te per triplex diadema tuũ, regni inſigne & principatus tui; per mitram & ſceptrum, ſacrum ſymbolum Pontificatus per omne quod eminenter ſplendet in tua ſanctitate; per ſalutem animarum tibi creditarum; per ſanguinem Ieſu Chriſti, & ipsũ Ieſum, qui acquiſitas & dealbatas, tuæ cuſtodię tradidit, ſupplicat Eccleſia vniuerſa; nũquam

Author poſtea Romæ Paulũ V. conuenit, ſolus ſolum in penetralibus, de vijs Belgicæ pacis: quas & ipſi ſcripto reliquit. vidit illas R. P. F. Ioannes Neyen pacificator ille, & laudauit: optauitque quædam ex his in Hiſpania habuiſſe pretio prope immenſo. Abſit verbo inuidia.

excedat Roma fatale, funeſtumque *Fiat.* Si cupi
dere Roma templorum euerſionem, altarium
phanationem, Chriſti gregem hæreſi reſperſum
ctumq; : ſi velit de ſe dici Roma, quod de Troia
dam

*En campos vbi Roma fuit*; Aut; *Hi fuerunt*

*Virg. 3. AEneid.* Si ſine lachrymis velit, aut poſſit ſanguinem
& corpus Ieſu Chriſti conculcatum ſpectare;
*Pſal. 86.* dat Roma hæreticis libertatem; dicat: *fiat fiat*;
*illis pater ſubſtãtiam.* O Roma, cui receptum eſt p
*Virg. 6. Æneid.* re ſubiectis *& debellare ſuperbos*; priſcæ ne obli
praxis. Sancti Patres tui ô Roma, tibi ſemitam
runt, viam aperuerunt oppoſitioni & punitioni
centius eius nominis primus. & Gelaſius primus,
pellendo Cataphryges, Gelaſius Manichæos,
bus tuis. Roma, ſi Roma perſtare aueas, *Super*
*& baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem &*
*conem*; ſub diſciplina contineas hæreticos, aſpi
rulentos, baſiliſcos oculis faſcinantes, eſt nece
non laxes habenas leonibus & draconibus iſtis.

Te quoq; ſacra Hiſpaniarum Maieſtas, Atlas
Hercules vnice Chriſtiane, qui tot laboribus &
ptibus ſuſtines quaſi ceruicibus tuis cælum my
Eccleſiam Dei, ſacra Maieſtas, mure æneo C
*Concil. Tolet. 4. c. 56. Michael Ritius Neapolit l. 1. de Regibus Hiſpan. verſus finem.* cis omnibus, generosè perſta primis diuturnis
natibus aduerſum libertatem iſtam. Qui optimi
ſpanorum ſceptra regerunt ad hoc te inuitant.
butus, aut ſecundum alios Siſſebuta, religioſ
Princeps dictus Concilio Toletano, qui relig
Chriſtianæ gloriam plurimum adauxit, traiici
pias per mare Herculeum: ante ipſum Rechared
lius Leonolgidis, qui omnem hæreſim Arrianam
ſpania pepulit; ſacramento abſoluit omnes ea
fectos, nec ad liberorum munia aſſumi in po
voluit: Auſtriaca familia tua vniuerſa, tam pia,
Catholica, ac nuperis temporibus probus Cæſar
rolus Quintus auum tuum dicam, an noſtrum (
mus & tuum & noſtrum, ob amorem quoad p
cias Belgicas ferebatur) qui vt pro hac libertate

tiones abrumperet, toties facultates, clientes, Imperialem ſuam Maieſtatem in diſcrimen vocauit; te, inquam, hortantur vt eiuſmodi ſupplicationes abnuas. Dignetur ſacra Maieſtas tua *Præliari bella Domini*; ea proſequi; repagulo & propugnaculo eſſe domo Domini, nec vnquam permittere, inducereue libertatem, dixero, vbi armis quidpiã effici poteſt (ſileo nunc Batauos & Zelandos.) Non ſit ſatis Maieſtati tuæ ſacræ claro auguſtiſſimoq; Catholici nomine fulgere: præſta quoq; Chriſtianos oẽs, id eſt, baptizatos, albo Chriſtianorũ adſcriptos vniuerſos, publicè Catholicos & eſſe, & dici. Haud abs re bãlteis Regum appenduntur gladij, *ad vindictam malefactorum*, ait S. Petrus; vt conſecrent Deo manus ſuas æquiſſima clade ſeditioſorum, & Reipub. Chriſtianæ iniuriorum; vt armis ſegregatos in vnionem compellãt Eccleſiæ. Quid funeſtius Reip. hæreſi? *Quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam*, aiebat optimus Imperator Theodoſius. Qui conceſſerit libertatem illam prætenſam hæreticis, dico ijs, in quos adhuc tenet imperium iuſtitia; hæreſes ſparget: qui diſſimulauerit, inuitabit; & vmbra ſua vt incrementa ſumant, fouebit.

*Quid dixerim de hac ipſa re & ſcripſerim, bis Romę eſt, bis in Belgiô, N. S. poſteris Neyno noſtro lectum, mire placuit.*

*1. Pet. 2.*

*Theodoſ. in li. Manich. c. de Hæreticis.*

Pub. Mimus: *Veterem ferẽdo iniuriam, inuitas nouã:*

D. Greg. ſuper illud Job 40 quod de diabolo ſub nomine Behemoth loquitur, dicens, *Protegunt vmbræ vmbrã eius; Scelera peccantiũ tãto maiora incremẽta percipiũt, quãto per defenſionẽ potentiũ, diu inulta tolerãtur.*

Pub. Mimus: *Bonus animus nunquam erranti obſequium accommodat.*

Iſa. 26. *Cum feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis.*

Pſal. 82. *Imple facies eorum ignominia & quærent nomen tuum Domine.* Ne ſperetis ô Reges, miſericordia & clementia reducẽdos hæreticos; ſerpentes ſunt, ſerpentes ſemi-exanimes, qui in domum illati, & ad focũ appoſiti, demũ ſibilo, & veneno ſuo vniuerſam domũ inficiunt: blãdis verbis, ſine verberibus efficietis nihil. Iſa. 26. *Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiã.* Manſue-

*Æſop. apolog. 8. edit. Plaut.*

*Luce. 14.*

ſuetudine fruſtra laborabitur. *Cõpelle, compella...*

Jſa. 26 *Indulſiſti genti Domine, nunquid gl...*
*es? Elongaſti omnes terminos terræ.*

---

# CONCIO DECIMA QVART...

*3.13 Et non poſt multos dies, congregatis om...*
*adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in re...*
*nem longinquam: & ibi diſſipauit ſubſtantia...*
*am viuendo luxurioſè.*

3 13 καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας συναγαγὼν ἅπ...
ὁ νεώτερος υἱὸς, ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακ...
καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώ...

*3.13 Paucis autẽ poſt diebus colleg t filius iu...*
*nor quæcumque ad ſe peruenerant, & profe...*
*in regionem longinquam, & illic dilapidau...*
*ſtantiam ſuam, dum profuſè viueret.*

ARGVMENTVM.

*1. Duplex via, arcta & ſpatioſa. 2. vocis lo...*
*etymon. 3. Quibus prodigus concoxit ſubſta...*
*ſuam ex textuũ examinatione inquiritur...*
*hominem perdunt. 5. multum peregrinari...*
*ſalutare. 6. Prælati præſentia ſubdito opor...*
*auaritia & prodigalitate pauca. 7. Omnia...*
*dit Adam. 8. vt profecti ſunt publicani. 9...*
*noſtræ non ſunt. 10. Vt dicatur peccator a...*
*regionem longinquam. 11. Non expellit eum...*
*us. 12. Qui à Deo contingat elongari, qu...*
*præſens eſt. Regio longinqua, quid. 13. Non...*
*peccata, æqualia. 14. mala à peccato manan...*
*Mala ſpecialia ex luxuria.*

HVc vſque ſtudui, non eſſe prolixum, ſe...
tum, & adyta parabolæ noſtræ apertè pa...
nunc, quia nobis modicum ſupereſt tempus...
ad ſolitas ferias quæ iuſtitium noſtræ Academ...
quot hebdomadibus edicent, cogor de more L...
ſorum agere, & paucis quod ſupereſt prima...

parabolæ noſtrę quæ ad famem vſque prodigi noſtri, famē æquiſſimum peccati ſupplicium;famem, futuram, fauente Deo, porticum & introitum ſecundę ſectionis,totius corporis noſtri conatus, protenditur, exponere. Materia hæc doloris mihi; vtique qui vbi effundi rebar, macilentior, aridiorue teſta:vbi vela eloquentię, quantulæcumque à Deo collatæ, expandere;ibi ea contrahere & reducere: vbi in ſtadio citatim currere,ibi vinctus pedes cogar ſubſiſtere. Fax it Deus,vt breuitati ſtudens,obſcurus & intricatus non ſiam. Veruntamen ſolatio eſt,quod putamini nucis claudatur Ilias;ſub alis apis abſcōdatur triremis nautica ſuppellectili omni inſtructa; hemiſphærium noſtrum capiat oculi pupilla; in exiguo clypeo, ſculpſerit Phidias Gigantum bellum, & Centaurorum certamen:ſolatur quoq; quod pugnus vt plurimum robuſtior ſit palma; & breuitas dialectica ſit collectanea vaſtitati & amplitudini oratoriæ: itaque hac lectione expendemus in quibus prodigus prodegerit ſubſtantiam ſuam;monſtrabimus obiter, vt opes mundanæ, & peregrinationes longinquæ frequenter ſint exitio hominibus:vt conſultum ſit ſubditis,non abeſſe procul a Prælatis;exinde tranſitum parabimus ad publicanos,peccatores, idololatras, hęreticos,nō cuneorū impetu,adaptādo ſed molliter hanc textus noſtri partē.Dignetur quę mūdo edidit Verbū breuiatū nobis impetrare breuitatē, & claritatē decētē. Aue Maria.

Vt ſublimiter ſpeculatus eſt Plato hominem omnē raptari equis binis, diuerſis & contrarijs: Alterum equorum, æquum, honeſtum eſſe dicens, & bonum, ex boniſque & honeſtis oriundum: alterum huic contrariū,atque è contrarijs ortū:per hos equos intelligens iraſcibilem & concupiſcibilē, atque his indomitis caballis aſſignans aptiſſimū rectorē, rationē. Rhedæ directio moleſta eſt & ardua, ex diuerſitate & repugnātia equorū; iraſcibili quandoq; gerēte morē rationi rhedarię,quin interdū ſuppetias ferēte ipſi in prelio:rurſus,concupiſcibili pertinaciter & ferociter reluctāte, ſurdaſtram ſimulante, noncedente flagris & ſtimulis

Quam optimè ille idem Plato philoſophatur
conſiliarios geminos imprudentes, inuicem
rios eſſe, dolorem & voluptatem! Vt euange
Euangelio diſſeruit Ethnicus ille, conformiter
ctrinam D. Pauli, ſtatuentis in quoque homine
ſpiritus, & legem membrorum, ſiue concupi
rapientem quamq; hominem ſuum huc illuc;
piſcentia vt plurimum euadente victrice!

*Xenophō in 1. commemorationū ex Prodico. Cicero l. 1. Off. Budæus, de ſtudio litterarum inſtituendo.*

Vt doctus Prodicus, poſt eum Xenophon,
quutus Cicero, alijque ſapienter finxerunt He
doleſcenturienti, deliberanti ſuper delectione
tionis, occurriſſe biuium, ac in eo Voluptatem
tutem oratione fuſa certatim eum ad ſe pelli
nantes, monteſq; pollicentes aureos! Quam C
nè pagani illi, quos Ieſu Chriſti cognitio non
rat, diſſerebant, adſtruentes cum Chriſto
viam: alteram ſpatioſam & voluptuoſam, &
arctam & ſtudioſam alteram, aſt ſalutarem;
æqualiter obuias, ſed non ab omnibus æquè
vt verè aſſeruerunt Herculem ingreſſum
mitam! Nam, *Pauci qui inueniunt eam*, ait Do

*Matt. 7.*

altera verò voluptatis & perditionis trita eſt
dine certatim irruentium.

Adeſt, qui cum cæteris reluctante ratione
ce, rapi ſe patitur à caballo feroci, concupiſcen
eſt, qui cum cæteris capeſſit monita conſilia
ptatis: adeſt vnus, ſed rarus, ſed ſingularis, qui
rannicæ membrorum legi credit, quā æquiſſ
tis: qui fallaci voluptati fidē adhibet, non
modum eius quæreri; qui miſſa arcta ſalutari
tioſam perditionis percurrit. *Multi ambulant*

**Apparatus prodigi.**

*Sic Eraſmus in paraphraſi. Anthon. de Ghyſlandis q. 3. in hanc parab D. Bernardi*

Hoc loco deſcribit Euangeliſta apparatum
ter, mores poſt appulſionem. Apparatum, ibi;
*poſt multos dies congregatis omnibus*: mobilibus
mobilibus, domi & ruri; id eſt, auctionatus eſt
ſa, conuaſauit in vnam ſummam, & facultates
ſuas arctis limitibus marſupij concluſit. Haud
ram, ſi in eum finem quem ſuadebat Dominus
centi, dicens: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ*

*& da pauperibus*; quod conſilium ſequuti ſunt ſancti plurimi, vt primi Chriſtiani; Maria Magdalenæ, Martha, Lazarus, teſte Marulo; Hilarion quindecim annos natus, narrante S. Hieronymo in vita eius; Paula Romana: Lucia Virgo; D. Cyprianus Afer, Epiſcopus; S. Nicolaus Smyrnenſis Epiſcopus, & alij: aut cum Crate Thebano, alijſque, vt diuitijs ſolutus, liberius philoſopharetur. Nihil minus; pauperes, aut philoſophiam nequidem ſomniarat.

Iter, ibi: *Peregrè profectus eſt in regionem longinquam.* Bellè ſe inſtructum videns pennis patrijs, procul à nido auolat, *inſalutato hoſpite*, quod aiunt: (alioqui Euãgeliſta, omnia anxiè & ſedulò referens, valedictionis vrbanæ meminiſſet) animo non reuiſendi in poſterum charam patriam, proficiſcitur in regionem longinquam; ſibi ipſe viam parat. Non in aliquam regionem vrbis, quam incolebat parẽs (quod ſuſpicaretur quis;) antiquitus enim potiores vrbis partes dicebantur regiones; ad inſtar regionum, quæ orbem diſtinguunt; ſed in prouinciam longinquam ſeceſſit, quærens locũ & conſortium ſe dignum, *Dignum patella operculum*. Id facilè ſuſpicor, primò; quia capiebat remoueri ab auribus & oculis patris, adeò vt is ne vel minimum perciperet ſonum, aut vllum videret ſpecimen perditæ vitæ quam degere mente verſabat. Deinde, quia dicitur facta fames valida in regione illa, per quam in

ſeruitutem venit miſerandam: non autem in regione
patria; cum non ſit veriſimile inualuiſſe famem in vna 1.
vrbis parte, & non potius in tota: itẽ ſe mancipaſſe ob- 2.
ſequio tã fœdo, non magis ad patrẽ redijſſe, ſi eandem 3.
inhabitaſſet vrbem: neq; patrẽ non percepiſſe famam 4.

profligatorũ morũ, & ſeruitutis miſeræ, ſi vrbe nõ exceſſiet. Diceret Euangeliſta: *Facta eſt fames valida in vrbe illa*, & non *in regione illa*. Proficiſcitur itaq; in regionem remotiſſimam. Haud malè, ſi vt fugaces ſectaretur litteras, quomodo Plato & Pytagoras; ſi vt pęnitentiam faceret ignotus in deſerto; aſt quis exiſtimet hunc perditum cogitaſſe de ſtudijs aut pænitentia?

Quoad mores; eos refert verbo vnico, arcana ſex-

*nus Sen. in hũc locũ. F. Leuinus Ammonius:* Conuaſatis, *inquit*, omnibus, & in vnam ſummam redactis. *Act.* 4. *Marul. l.* 1. *c.* 10.

Profectio

Quatuor olim fuere vrbis Romæ regiones, Suburbana, Exquilina, Collina, Palatina.

Prodigi mores.

*Prodigi mores.*

centa in ſe claudenti, quæ reſerare vtinam pro
liceret, Euangeliſta: *Et ibi diſſipauit ſubſtantiam ſu*
Si qualiter quæratis, reſpondet: *viuendo luxurioſe*
cundum verſionem Syriacam, *Dum viueret prod*

*Luxuria quid.*

*I. D. Thom. 2. 2. q. 153. a. 1. reſp. ad 1. Et in quæſt de malo q. 15 D. Bonau. c. 9. Diæta.*

2. Notandum hoc loco verſionem vulgatam
vſurpare dictionem æquiuocam, & amphibolog
*luxurioſè*. Dico, æquiuocam & ambiguam; quo
ſumunt vocem; *luxuria* vno; alij, alio modo S. Th
Aquinas & S. Bonauentura dicunt præcipuè po
re venerea, quæ, pro omnibus, hominis animum
uat, quod forte in ea vt plurimũ, & facilè exc
Inde, vt denotet omnem exceſſum; ſicuti libid
tur ad omnis generis vitia connotanda, vt libid
*nandi, libido vlciſcendi; & opum furioſa libid*
Ruſus, Laurentius Valla aſſerit dictionem luxu
ſumi latinè pro fornicatione: dicitque argum

*II. Eſt immoderatus appetitus ſecundũ tactum. Nau. cap. 23 conf. num. 112. Laurentius Valla in errores Antonij Raudenſis ſub finem.*

deſumptum ex primo Officiorum Ciceronis, Lu
*cum omni ætati ſit turpis, tum ſenectuti fœdiſſima*
intelligendum de peccato carnis. Significat a
priè *luxuria*, ait, nimiam profuſionem veſtium
rum, & ſimilium. Ad quod deſignandum, add
cero eo loco tanquam oppoſitum: *Si autem*
*dinum intemperantia acceſſerit, duplex malum*
alterum alteri opponens. *Ibidem*: *Turpe diſſ*
*ria, delicatè ac molliter viuere.*

*III.*

*IIII.*

Dicunt alij, nomen *luxuria* tribui propriè
quando ſeminis abundantia, & germinis red
ſegetes ſuffocantur. In quo ſenſu dicebat Virg
Georgic. *Luxuriam ſegetum tenera depaſcit in*
Quomodo etiam Cicero aiebat, *Lætas ſegetes, lu*
*ſa frumenta*: ac ab his per metaphorã transferu
mines, ad ſignificandum aut eorum elatos anim
Ouidius 2. de arte amandi: *Luxuriant animi re*
*rumq; ſecundis*, aut profuſionem cibi, potus, ve
quo ſignificatu ſumit Apoſtolus 1. ad Tim. 5.
*Cum luxuriatæ fuerint in Chriſto.* D. Thomas in
indicat ibi luxuriã non eſſe propriũ libidinis
ſed immodicum vſum, & copiã rerum quamlib
quando ſplendorẽ & magnificentiã, vt Virg.

*At domus interior regali ſplendida luxu.*

Idem 6. Aeneid. *Epulaque ante ora parata regifico luxu.*

Eraſmus paraph. in hunc locum: *Luxus, quicquid extra neceſſitatem carnis impenditur cupiditatibus.*

Macrobius libro 3. Saturnal. c. 13 accipit ſæpiuſculè pro profuſione in cibos.

Prudentius in Pſychomachia, & eius commentator in pugnam luxus & voluptatibus hanc ſignificationem tribuit luxuriæ.

Non patior Laurentium Vallam, virum alioqui eruditum calumniari tantopere aduerſarium: & ab eius poſitione cauillari S Thomam, alioſque Theologos, ſtatuentes nomen *luxuria*, ſumi poſſe pro actu carnis.

Cornelius Janſenius Concord. in hunc locum, vult intelligi per luxurioſè maximè inhoneſtam Venerem: ſed & omnem luxum veſtium & conuiuiorum.

Quare nouerit Laurentius Valla, nonnunquam Latinos peritos, vſos dictione *Luxuria*, pro Venere.

Ouid. in 1. epiſt. Heroidum Penelope ad Vlyſſem: *Turba ruunt in me luxurioſa proci.*

Idem de remedio Amoris: *Diuitijs alitur luxurioſus amor.*

3. Præterea, habet textus Græcus pro dictione *luxuria* ἀσώτως media longa, vnde ἀσωτία, id eſt, luxurioſè, prodigè, profusè: Deduciturque Græca vox à populo dicto Ἀσότος, mirè conuiuijs & crapulis diu noctuque intendente; de quo Cicero l. 2. de finibus: *Nolim mihi fingere Aſotos vt ſolet is, qui in menſam vomant, & de conuiuijs auferantur crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent.* Vnde nunc Græco omnis profligatus, perditus, ſceleratus dicitur metaphoricè ἄσωτος, aut ἀκόλαστος, id eſt libidinoſus, aut ἀκόρτιος, id eſt, inutilis, aut ἄχρειος, id eſt, inutilis, aut ἀνικόητος, id eſt improbus, aut μιαρός, id eſt ſceleſtus.

*Vide Aul. Gell. l. 7. noct. c. 11.*
*Budeus in Pand.* ἄσωτος, i. prodigus, inſatiabilis, luxurioſus, inſolens decoctor, dilapidator, homo nihili, nullius frugis gulæ luxuique deditus.

Quod ſi legendum ſit forte ἀσότος pro ἀζότος, non mutata quantitate ſed σ. in ζ (potuit enim error accidiſ-

ſe ob vtriuſque ſimilitudinem) deduceretur ab Aſoto,
vrbe ex quinque celeberrimis Philiſtinorum; & ſigni-
ficat ἀζότος inter alia, *ignis generationis*, appoſite
Coniectu- ad vitam noſtri prodigi, quem hic ignis conſumens
ræ huius vires & facultates accenderat. Deinde, quis dubitet li-
tres rati- bidinoſos fuiſſe Philiſtæos, quibus non erat cogni-
ones. tus verus Deus? Itaq; viuere ἀζότως; aut de Aſotiorum
1. more, lubricum eſſet viuere. Fuerunt quoque Philiſtæi
2. idololatræ peſſimi; ideoq; vſus eſt fortè Chriſtus
3. dictione, ἄζοτος, vt concinnaretur aptius parabola
1. Reg. 5. propoſitum ad populum Gentilem. Sit nomen ἄζοτος
2. Par. 26. aut ἄσωτος, quod mihi arridet magis, neutrū proſpera
Neem. 13. pollicetur de noſtro prodigo. Demum, iuxta omnes
Iſa. 20. verſiones poteſt intelligi in genere fuiſſe profligatum,
aſt in quo, non adeò clarum. Si ſumamus Græcum
ἀσώτως, ceu deductum à populo gulæ, luxuiq; dedito,
ſupra memorato, inſinuatur multa profudiſſe in epu-
las & crapulam. Si ſecundum ſecundam deriuatio-
nem, ab Αζότος, gente Phyliſthinorum; & ſi verum
dictionem *luxuria*, vt plurimum Theologis ſumitur
fornicatione, vti aſſerunt S. Thomas & alij: & ſi ana-
*logum, id eſt æquiuocum à conſilio per ſe ſumptum ſtat pro*
*famoſiori ſeu principaliori ſignificato*, vt aiunt Logici,
quoniam in Theologicis verſamur, intelligendum
lapidaſſe facultates cum pellicibus. Quam expoſitio-
1. nē præ cæteris amplector; quia Azotij Philiſthæi pro-
babiliter fuerunt libidinoſi; & luxuria Theologis eſt
2. carnis libido: & frater irritatus dixit poſtea expro-
3. brans; *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus*;
adde, quod Comœdiographo Latino dicatur prodi-
4. gus ἀκολάστος, quæ dictio Græcis ſignificat deditos vo-
luptatibus guſtus & tactus; intemperantes, & qui cu-
piditatibus imperare neſciunt.

Guilhelmus Budeus proteruum propriè ſignificare
putat; & qui circa libidines ſibi non poteſt temperare;
Ariſtoteles eodem ſenſu quandoque accipit.

Aulus Gellius l. 19. Nocti. Att. c. 2. Et Macrob. l. 2.
Saturnal. cap. 2. *Eos maximè qui duabus beluinis*
*voluptatibus ex guſtu & tactu ſeſe dediderunt, grauiſſimè*

*vitij vocabulis Græci appellant ἀκολάςες, vel ἀκρατεῖς, nos vos incontinentes dicimus & intemperantes*. Denique, potior Doctorum noſtrorum numerus exponit præcipuè de incontinentia.

κολάζω ſignificat Græcis punio, à priuati. s.

Rurſus, Jnterpres Syriacus, qui vertit ἀσώτως, per *profuſè* & Latinus noſter, qui tranſtulit *luxurioſè*, liberum faciunt ſuſpicandi prodigum fuiſſe veſtitu numeroſo, Neroni ſimilem, qui veſte eadem legitur nũquam vſus ſecundò: ſemptuoſo, & curioſè compoſito. Nec vllatenus dubitandum luxuriatum veſtibus; quia & ſcortator: ſunt enim veſtimenta comptula fomes; & germen verũ libidinis, retia animorum, vti alias oſtendimus in quadam noſtra tragædia, & ſperamus latius monſtrare, Deo fauente, libello particulari ſuper hoc, magis Theologicè. Ouid. 2. de arte amandi: *Auferimur cultu, gemmis auroque teguntur.*

*Act. 2. ſce. 2.*

*Omnia &c.*

*Decipit hæc oculos, Ægide diues amor.*

Policraticus li. 7. cap. 4. *Pythagoras Italus, matronis Crotoniorum dicebat eſſe luxuriæ inſtrumenta.*

Suetonius in Auguſto. *Pompas veſtium vocabat Auguſtus Cæſar inſigne ſuperbiæ, & nidum luxuriæ.*

Idem in Caio Caligula, ait Caligulam deturpaſſe pulchros & comptos quoties illi occurrerent, quod ſciret decoratam faciem eſſe quoddam incentiuum adulterij.

Macrob. l. 2. Saturnal. cap. 5. Auguſtum offenſum fuiſſe ait, Iuliæ filiæ licentioſiore habitu.

Aiunt quidam, & aquam in magna iuba gloriari, eaque ad luxuriam excitari, ea verò depoſita luxuriam deponere.

Cyrillus Alexand. de egreſſu animæ. *Væ calamiſtratis ad lędendas & vulnerandas animas ad coitum, & luxuriam immundæ intemperantiæ, verè, rete diaboli eſt calamiſtratio.*

D. Amb. l. 1. de virginitate, vocat mulierem ornatam, domum omnium dæmonum infernalium.

Eccl. 9. *Auerte faciem tuam à muliere compta &c.* ſequitur. *Et ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.*

Eſther 14 Eſther Regina vocat ſignum ſuperbiæ
Judith. 10. deceptura Holofernem ornat ſe, ſumma
vt quo nil eſſet potentius. *Mulieres ornant ſe, viro ni-*
*hil habentes potentius*, aiebat Iulia.

Prohibitiones Apoſtolorum ſatis indicant qui
poſſint ornatus. 1. Tim 2. 1. Petr. 3. Tertullianum &
Cyprianum omitto; qui varijs tractatibus iiſque elo-
quentiſſimis rem hanc impugnarunt.

Neque dubitari poteſt prodigum fuiſſe donis
muneribus: ſunt enim communiter pellices, quæ
tia capiendis omnigenis donis. Metram filiam Theſ-
ſali Eriſithonis frequentauit nemo; qui equos, boues
aliaque id genus non offeret vnionū vice, nondū
in vſu. Non conuenit Laidē Corinthiā Demoſthenes
neq; pænitere mercatur, niſi decē mille drachmis
ducentorum quinquaginta ſcutatorum: aut ſecundum
Budeum, mille ſcutatorum monetę gallicæ ſumma
exęquāt: Iupiter non illabitur gremio Danaë niſi
lis aureis. Non coit Iudas cum Thamar, ni annu-
aureum dederit. *Poſcit? Dandum eſt*, infit Cicero.
tingas rem lubricam, viſcoſamque, quin ea pl
reliqueris? Aut dandum, aut pollicendum.

Ouid. 1. Amorum: *Stat meretrix certo cuiuis mer-*
*bilis ære.*

*Et miſeras iuſto corpore quærit opes.*

Jdem 2. de Arte. *Ipſe licet venias Muſis comitatus*
*mere,*

*Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Plutarchus tomo 1. Opuſcul. mor. de audiendis
Poetis, de Thaide ex Menandro: *Crebroq; poſtulat mu-*
*nera, ſimulans amare ſemper, nullum amat.*

Portitorum ſimillimæ ſunt ianuæ lenoniæ;
fers, cum patent, ſi non eſt quod des, ædes nō pa
Eccleſ 7. *Inueni amariorem morte mulierem,*
*la ſunt manus illius, &c.* vtique ad munera.
Marci 6. Dimidium regni promittit Herodes,
caput Baptiſtæ in diſco.
Etiam in caſtis amoribus pugnatur muneribus.
Gen. 24. Seruus Abrahæ poſtquam biberant ca-

*Theſſali. Aul. Gell. l. 1. Noct. cap. 8 de Laide & Demoſt. Mac. l. 2. Sat c. 2. Gen 38. Bud lib de eſſe. Cicero in parad 5. Vide apud Ariſtop. in Pluto meretricū rapacitatem taxatam.*

Meretrix ab ære merendo. Meretrices lupæ latinè dicuntur, fortè à rapacitate & voracitate. Leæna ſcorti hyeroglyphicum, & ſimbolum forte eadem de cauſa ille cebræ argentariæ

li, protulit nomine Iſaac inaures aureas, appendentes ſiclos duos, & armillas totidem, pondo ſiclorum decem Rebeccæ munera.

dicantur meretrices.

Can. 1. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*

Plaut. Bacchid.

Ezech. 16. *Veſtiui te diſcoloribus* Locus eſt inſignis.

Venuſtulę illę, veri loculorum clyſteres, Harpyię, & ſanguiſugæ veræ, emungunt & deradunt cōptulos iſtos amaſios; ad manticam, ad ſubuculam dorſo ſub ligatam, eorum res reducunt. Mirum, ſane non extorquere plura, quandoquidē non adeò proſtituant corpus voluptati virorũ, vt paſſim animas pœnis ęternis. *Quam commutationem dabit homo pro anima ſua?* inquiebat Dominus. Potuit itaque diſſipaſſe ſubſtantiam in donis & muneribus.

O barathrũ, vbi nunc es, vt ego te vſurpem lubens. *Quaſi dicas meretricem gurgitem pecuniarum.*

Ac quoniam meretricularum animos nil mouet vt ſymphonia, quis ambigat multa prodegiſſe occentationibus diluculo, tripudijs, laruationibus? &c.

*Luca* 12.

Præterea, ſi venereus fuit, vti communiter hic locus exponitur, in ſpeciem præſumi poteſt luxus epularũ & conuiuiorũ, vti mox dicebamus, ad dictionē ἀσώτως: vulgò enim fertur, poſt epulas, chorea. *Paſcitur libido conuiuijs; nutritur delitijs, vino accenditur, ebrietate inflãmatur*, ait S. Ambroſius. Quare, quicũque author eſt comediæ Gallicæ de prodigo, optimè inducit inſtrui lautè menſã patentē, priuſquã libidinē expleat.

D. Hieron. l. 2. in Iouinianum, *Venter pinguis facilè deſpumat in libidinem.*

Jdem tomo 1. ad Furiam, de virginitate ſeruanda. *Non Ætnei ignes, non Vulcania tellus, non Veſenus & Olympus tantis ardoribus æſtuant, vt inutiles medullæ vino plenæ & dapibus inflammatæ*

Jdem ad Amandum. *Pro ordine membrorum eſt ordo vitiorum, & venter æſtuans mero, &c*

F. Thomas Ciſtercienſis in cantica, in illud, *Equitatui meo &c. Luxuria currus habet quatuor rotas, vētris ingluuiē, coitus libidinē, veſtiũ mollitiē, otij ſoporiſq; reſolutionē: trahitur duobus equis proſperitate vitæ & abundantia rerum. His duo præſident aurigæ, ignauia torpor, infida ſecuritas &c.*

Gen.

Gen. 19. Filiæ Loth patrem inebriant vt velit & poſſit.

Exodo 32. *Sedit populus manducare, & ſurrexerunt ludere.*

Epheſ. 5. *Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.*

Prouerb. 20. *Luxurioſa res vinum*

Ouid. 2. de arte. *Vina parant animos faciuntque caloribus aptos.*

Idem 2. de remedio: *Vina parant animos Veneri.*

Terentius in Eunucho. *Sine Cerere & Libero friget Venus.*

Idem in Eunucho act. 5. ſcena 4. *Meretrices....*

*... Dum foris ſunt, nihil videtur mundius*

*Nec magis compoſitum quicquam, nec magis elegans.*

*Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, liguriunt.*

Valer. Max. l. 2. cap. 1. *Proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam* Venerem *eſſe conſueuit.*

Prouerbium vetus. *Nunquam fames adulteria genuit.*

Ariſtoteles in problem. ſect. 20. reddit rationem cur Veneris cupiditatem accendere poſſit vinum, & addit. *Quare non ineptè Venerem inuictam Baccho autumant.* Et ſectione 10. *Venus comes ſatietatis.*

Omnis plenitudo quærit exitum.

Vbi perueniſſet in regionem longinquam, *ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè*: Ζῶν, dicit optimè textus Græcus: id eſt viuendo vita brutorum, non humana & rationali; lateribus ſuis, dextrorſum & ſiniſtrorſum, iunctas habens Laidem & Thaidem. Ibi vt amaſiolas in ſententiam ſuam pertraheret, pompas oſtentabat. Aduocat pannarios, ſolidarios venditores, ſericarios, à capite ad calcem nouis inſtruitur, adornatur, comitur; nihil deſideratur eorum quæ ad libidinem faciunt; perducuntur irritamenta luxuriæ, exquiſita pretio, noua ſpecie infinita numero, vt renouentur alternatiuè: *Decipit hæc oculos, Ægyde diues amor.* Hac irretiuntur. Ibi, vt res pro voto ſuccederet, diſſipa-

*Ouid. 2. de arte amandi.*

diſſipauit facultates in cupidines, amaſias donando ſtolis exquiſitis, Damaſcenis, volutatis, Melitenſibus, galeritij s ab exteris petitis nationibus, inauribus, armillis, corollis, torquibus, murænulis, annulis, gemmis, iocalibus pretioſis, vniuerſis quæ ad mundum muliebrem deſiderantur; denique ijs omnibus quæ expeteret earum animus; indies maiora pollicens: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Ibi diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam.* Ibi, meretricularum ſollicitaturus mẽtes concoquebat ſubſtantiam, aulædorum, cantorum, cytharædorum ſtipatus choro, *Proſpiciens per cancellos, ſtans poſt parietem*; qui diluculò oſtium amicæ occentarent, qui amores, languoreſque ſuos voce & manu emodularentur; ipſe fingens tripudia, choreas, luctas; exſiliens, ſaltans, crura in ſublime iactans. Jbi, vniuerſa profundit in epulas; circumducens paraſitos illos, quæſtores cænitationum, lurcones, per quos demum quo deuenit, deuolueretur: in conuiuia amaſiolis parata, in cænaculo, in dumetoſo tugurioło, domi, ruri, à meridie ad mediam noctem; de more Neronis: *qui cenitabat inter ſcortorum, ambubaiarumque miniſteria meridie ad mediam noctem vſque.* Denique, prodigus iſte, *induebatur & induebat ſuas purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè*: præter aurum, ſerica, byſſum circum ſe & ſuas ſplendebat nihil; magis epularis cuique omni hora patebat.

*D. Bernardinus Sen.*

*Luca. 16.*

Sophilus apud Athenæum libro 3. *Laſciuiebat deuoratis cibis, quatuor fortaſſis elephantorum.*

Vide Launęum in theatro de tribus compotoribus.

Eccl. 1. *Omnia quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum.*

Ouid. l. 3. Faſtorum. *Inuenias, illic qui Neſtoris ebibat annos,*

*Quæ ſit per calices facta Sybilla ſuos.*

Danielis 5. In conuiuio Balthaſar vnuſquiſque ſecundum ſuam bibebat ætatem. Jbi, ibi, in eiuſmodi luxu diſſipauit omnem hæreditatem. Qui deſcendẽs ab Ieruſalem in Iericho incidit in latrones, non fuit eo pauperior & magis nudus; non tot abſorpſit ra-

Ad numerum bibẽtes Annæ perennæ ſacrificabant.

tes charibdis vorax ; non tot abſumpſit barathrum
Athenienſe noxios; quot emunxerunt meretrices a-
reos in eiuſmodi luxu. Cuncta abſorpta ſunt; ub
ipſi eſt alea; perierunt vniuerſa; non naufragio, non æ-
gritudine, non ſiniſtro caſu, ſed *viuendo luxurio-*
4. Quid ageret aliud adoleſcens præceps, facinoro-
ſus, procul à patria, ſibi magiſter & pędagogus, fræno
remiſſo à pluribus ad malum ſolicitatus, à nemine
cohibitus, a patre remotus, cuius aſpectu ſolo reuo-
potuerat ad meliora, multis ſpatijs diſtans à fr
cuius exemplo honeſtiora didiciſſet? Itaque hic, ve
in ſpeculo pellucido percipitis, vt opes liberta
Diues vnde dicatur. patæ, ſint hominibus exitio. Equidē, diſtendunt a-
mos humanos, quomodo humore puculēto intume-
Apoc. c.3. cunt vlcera; audent per illas omnia: dicitur enim diues
à Diuus, nam qui diues eſt quaſi Deus nullo indige-
videtur, teſte Varrone. *Diues ſum, & nullius ego*, a
quidam in Apocalipſi. Deinde iuges opulen
delitiæ inuitant ad malum, & naturam accendūt co
ruptam. Nec datur crimen atrox, quod non patr
pecunia. Denique, redimitur flagitium omne,
turq; nummis. Hinc nuperis diebus dicebantur
bis diuitiæ, optimè, *irritamenta malorum*. Id inſi
tum volebat Plato, qui à Cyrenæis, Græciæ popu
rogatus iura, legeſque dare, quibus Remp. regere
ſpondit; arduū præcepta dicere ciuibus proſper
& opulentia diffluentibus. Voluite priſcorum mo
menta, occurret ſubinde opulentiores ciuitates
ſtu, pompa, voluptate valuiſſe: occurret inquā famo-
ſiores meretrices lautis ciuitatibus natas, aut in
tis, locupletibuſq; vrbibus corpora in quæſtum
proſtituiſſe. In quorum fidem Alexandria, Cyprus
Corinthus, ciuitates opulentæ, luxui & voluptati
ditę fuerūt. Quorſū fertur *Alexandrinæ delitiæ*? Quid
Vide Volater. l. 9. ſibi vult, *Corinthiari*? Cur dicitur Venus Cypria?
comm. tit. vltimo. Iuſtinus lib. 8 ex Trogo. *Mos erat Cyprijs virgines*
*ante nuptias ſtatutis diebus dotalem pecuniam quæſitu-*
*ras in quæſtum ad littus maris mittere, pro reliqua pudi-*
*citia libamenta Veneri ſoluturas.*

Corinthus tam fuit eneruata delitijs, vt Veneris templum habuerit vbi mille circiter elegantes meretrices paratæ erant venientibus ſe proſtituere, quorum famoſiſſimę erant, Lais, Thais, Leena, Phryne, Sicyone, &c. Erat autem Corinthus vrbs Achaiæ ditiſſima, omnibus rebus abundans, quæ & placere poſſint, & faſtidientes allicere.

*Pelagia Antiochena.*

*Thais Meandri quæſtum faciebat Athenis.*

*Thais Pamaij Abb. in Ægypto quæſtum fecit.*

Quapropter, prudens ille Imperator Marcus Aurelius, morti vicinus, ſubuerebatur filium Imperij hæredem rerumque ſuarum inſtituere; ne forte iſtis peruerteretur; quod regulariter euenire nouerat.

Ven. Beda l. 1. cap. 2. ſuper Eſdram tomo 1. *Familiaris res eſt humanum cor opibus ac libertate diſſolui, animus verò ac paupertate, ad ſemetipſum recolligi.*

Joannes Saleſbrienſis lib. 1. Policrat. c. 1. *Nouerca virtutis proſperitas beatulis ſuis applaudit ut noceat.*

Seneca l. 5. epiſt. ep. 99. ad Lucillum: *Sic ſegetem nimia ſternit vbertas, ſic rami onere franguntur, ſic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. Idem animis quoque euenit quos immoderata felicitas rumpit, qua nō tantū in aliorum iniuriam; ſed etiam in ſuam vertuntur.*

D. Aug. tomo 5. l. 2. de Ciuit. cap. 18. *Scipio Naſica ad reprimendam nequitiam, ſeruandoſq; mores optimos, vt metu vitia cohiberentur Carthaginem nolebat euerti.*

D. Chryſoſtomus homil. 7. de pœnitentia *Opes ſunt ſcholæ malitiæ.*

C. Criſpus Salluſtius in bello Jugurth. *Diſcordia & auaritia atq; ambitio, & cætera ſecundis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis exitium maxime aucta ſunt.*

Franciſcus Petrarch. l. 1. de remed vtriuſque fort. dial. 53. *Nimiæ opes non modo ſingulorum hominum ſed populi Romani corruperunt mores, miramque & eximiam fregēre virtutem; qui tamdiu clarus, & tamdiu iuſtus atque integer, quamdiu pauper fuit.*

*Diuitiæ fomentum libidinis.*

Cum Conſtantinus Jmper. Eccleſiæ Dei opes & imperium dedit, audita eſt vox: *Hodie infuſum eſt venenum in Eccleſiam.*

Ouid de remed. *Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem.*

*Diuitijs alitur luxurioſus amor.*

Idem.2.de amore. *Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis.*

Deuteron. 32. *Impinguatus eſt dilectus & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum & receſſit à Deo ſalutari ſuo.*

Item. 5. *Incraſſati ſunt & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimè.*

Ibidem. *Saturaui eos & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur.*

Ezechiel 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant.*

Micheæ 6. *Diuites eius repleti ſunt iniquitate.*

Pſal. 72. *Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum.*

Pſal. 55. *Ab altitudine diei timebo.*

Eccli 21. *Domui quæ nimis locuples eſt dominabitur ſuperbia.*

Vide Auguſtinum ſerm. 29. in illud. 1. Tim. 6. *Diuitibus huius ſeculi præcipe &c.* Et Chryſoſtomum tomo 5 homilia 2. ad Antiochenos in idipſum.

Eccl. 31. *Multi dati ſunt in auro caſus, & facta eſt in ſpecie illius perditio illorum.* Pro quo alij clarius verterunt: *Multi propter aurum ad caſum dati ſunt.*

*Lucæ* 16. vocat diuitias Chriſtus *Mammona iniquitatis*, non temerè.

*Matth.* vocat ſpinas, quia ſpinæ ſcatent colubris, & diuitiæ vitijs, nomen affine eſt vitijs & diuitijs.

3. *Regum* 12. Ieroboam regnum adeptus inſoleſcit, conflat vitulos, &c.

2. Paral. 12 *Cum fuit roboratum regnum Roboam, ipſe dereliquit legem Domini ſui, & omnis Iſrael cum eo.*

Ibidem cap. 26. *Oziæ cor eleuatum eſt in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum*; roboratus ſcilicet diuitijs regno.

*Allegoriæ*, 2. Reg. 1. In montibus Gelboe interierunt nobiles Iſrael, id eſt, in proſperis virtutes collapſæ ſunt.

4. Regum

*4.Regum 5.* Naaman diues, ſed leproſus, diues vitioſus.

*Similia.* Magna tranquillitas in medio mari, ſignum magnæ procellæ.

Luna non patitur eclypſim niſi cum plena eſt; nec homo deficit à bono niſi plenus diuitijs.

Luna quo plenior, eo à ſole remotior: homo ſæpe à Deo alienior quo ditior.

Senſibile, vel ſenſatum, vt loquuntur Phyſici, nimis vehemens, nocet ſenſui; ita ſol nimiæ proſperitatis mentem excæcat.

Equus quo pinguior, eo in ſeſſorem ferocior: ita diues paupere ferocior, Deum quodammodo à mente excutit, ac deturbat.

5. Amplius, audientes prodigum noſtrum *ibi ibi*, in regione longinqua, abligurijſſe ſubſtantiam, non percipitis longas peregrinationes in remotas prouincias plerumque exitio eſſe? Concedo, cum Plutarcho, locum non adimere probitatem, prudentiam, virtutem, & vt ait Democritus peragrationes regionũ frequenter docere frugalitatem; opus eſt quandoque ad verũ experimentum, & ſub magiſtris inſignibus operam dandum, cum Platone & Pythagora ſuſcepta profectione ad exteros perſequi litteras fugaces: *Nihil dulcius, quam ſcire prorſus omnia:* noui Homerum cæcum perſpicacem, ſentire prudentiam ab itionibus venire rationem non aſſignando aliam conſultiſſimæ prudentiæ Vlyſſis, quam quod πολύτροπος eſſet; quod viginti annis vians multas peragraſſet vrbes, multorum obſeruaſſet mores: Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

*Plut. l. de exilio.*

*Democritus apud Stobæum ſer. 38.*

*Philoſtratus edidit libros octo de inſequentibus litteras per orbem terrarum.*

*Qui mores hominum multorum vidit, & vrbes.*

*Senarius, prou. ex Cicerone l. 4 epiſt ad Atticum epiſt*

Non ignoro inertes, & ſtolidos haberi eos qui in cineribus deſides nunquam gremio exceſſerunt inaterno, nunquam foci patrij fumum miſerunt; cuiuſmodi Plutarcho ſunt, οἰκουροὶ, id eſt cuſtodes domus; non quales matronas vult eſſe Paulus, ſed cuſtodes ignauos & deſides: Quandoque conſultum Tholoſæ, Pictauij, Aurel. Pariſijs legibus nauare operam: atque

*Delectarunt me. Hom vers 2. Odyſſ.*

*Horat. in art.* *Plut. to. 1. Vit. in Lycurgo.* *Ioan. Boemus. l. 3. de moribus gentium c. 3.*

profectionem inſtituere non eſt per ſe malum; ver... tamen perplacet ſummè prudentiæ plena lex Lycur... Lacedæmonis qua prohibebantur ciues proficiſci... exteras prouincias, ſignanter Aſiam, vtique effœmi... natam, delitijs & voluptatibus diſſolutam: exteri ho... nes Lacedæmone excludebantur, quibus non eſſ... res momentoſæ, ſeu vtiles; inhumanè ſi hoſpitalitate... ſpectes, prudenter ſi intentionem: minimè, ne fort... teri imitarentur ſuæ Reipub. formam, aut vrban... ab eis diſcerent (vti falſo criminatur Thucydides)... veritus ne ſui ad exteros proficiſcentes, reueher... Rempub. ritus nouos, & mores inuſitatos; ne quo... ex conſortio exterorum ſui inciuile quid haurir... inſuper quia nouarum rerum ſemper aduehunt c... piam aduenæ, quibus alterantur iudicia & conſilia... mana; vnde varij affectus, varij conatus; & abhin... batio harmoniæ Reipub. Jpſe Homerus in Odyſſ. C... cero, Seneca Philoſophi graues, ſuadent minimè d... turnas, frequenteſue profectiones.

Homerus Odyſſ. 10. *Nis miſerabilius quam in...de vagari.*

Jdem Odyſſ. 6. *Tu quoque amice domo diuturn... eſſe caueto*

*Rebus, itemque viris, intra tua tecta relictis.*

Cicero lib. 2. famil. ad Marc. Cæl. *Omnis peregrina... tio obſcura, & ſordida eſt ijs, quorum induſtria & ... poteſt eſſe illuſtris.*

Seneca in epiſt. *Parum certè prodeſt homini m... curioſè luſtrare regiones & prouincias, videre peregr... ac barbaras gentes, horrenda nemora, opacas ſyluas ... copioſos flumina latiſſima cernere, quomodo Nylus ... undet, quomodo Tygris per longa ſpatia occultetur. N... iam quidem curioſus opem iſte excurſus affert. Virtu... tius ipſa eſt exquirenda ſumma indagine, atque ... da.* Neque ego cum ipſis ſuaſerim; vt enim mittam ... triæ natiuum dulcorem, quam nonniſi ægrè mitt... de qua Ouidius 1. de Ponto 4.

*Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos*
*Ducit & immemoros non ſinit eſſe ſui.*

ac quod peregrinatio ſit quaſi luſtralis vita, pœnaque
ciuilis; ſi meminiſtis verborum Domini ad fratrici-
dam Cain; *Vagus & profugus eris ſuper terram*; quam ſa-
nè mulctam haud temſit ille, *Ecce eijcis me &c* quæque Gen. 4.
nunc irrogatur in piacularem peccatorum pœnam: vt Iob. 2.
ſileam iſtiuſmodi inſtitutum redolere exploratorem
tartareum, qui in Job de ſe dicit; *Circuiui terram &*
*perambulaui eam:* quod potiſſimum me mouet vt cun- 1.
ctos abſterream, argumentum eſt, natura noſtra pro-
cliuis ad mali æmulationem, quod in exteris aduerte-
rimus. *Multò acrior eſt memoria improborum quam bo* Cicero pro
*norum*, inſit Cicero: Deinde quia receptiſſimum eſt Flacco.
nobis prouerbium iſtud, vt imitemur turpia. *Dum fue-* 2.
*ris Romæ, Romano viuito more*: ſimiliter Menandri ada-
gium probatum: *Conuenit ſane peregrinum prorſus ac-*
*commodare ſe ciuitati*: amplius; non petimus Romam 3.
frequenter, aut alias regiones ſtudio proficiſcendi, ſed
vt cuncta liberius liceant remotis à conſpectu pater-
no. Si quæras à Romipetis iſtis.

*Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?* Si vera
fari velint dicent, vt quidam, inuitauit *libertas*. Deinde
etiamſi ſtudio libertatis non inſtituatur iter ad remo-
tas gentes; nihilominus ipſa non quæſita ſeſe ingerit;
ingeſta, inducit conſtantiſſimum quemque vt patret, 4.
à quibus alioqui abhorret. *In externis locis minor eſt ad*
*facinus verecundia*; inquit Cicero. Nil ſic pertrahit ad Cic l. 8 fa
malum, quā quod animo & ore voluebant inſidiato- mil ad
res ſenes pudicitię Suſannę; *nemo nos videt*. Adde, quod Mar.
ipſi viantes haud parū ſint ſibi ignominiæ, de quibus Dan. 13.
merito ſuſpicari licet, aut infamiam, aut exilium, aut 5.
fugā, aut conatus ſeditioſos, *Exploratores eſtis*: aut ſane
otioſos, perditæque vitæ eſſe. *Quibus domi nihil boni*
*vſui eſt, dulcis eſt peregrinatio*, ait Plutarchus. Quin, o-
lim, meretrices dicebantur peregrinæ teſte Donato.

Terent. in Andria: *Adeone eſt demens ex peregri-*
*na?*

Eccl 29 *Minimum pro magno placeat tibi, & impro-*
*perium peregrinationis non audies*, ait Scriptura Nec i-
deo vitupero peregrinationes deuotas & piaculares.

Teſtis adueniat Jſraelitica gens ſuo diſpendio, quan-
Gen.42. tum malum inuehat nationis cum natione commi-
tio; quæ quia aliquamdiu AEgyptijs idolorum cul-
ribus conuixerat, in poſterum idololatriam nonnihil
redolebat: quia Jebuſæos, Phereſæos, & eiuſdem fa-
næ nationes fœtulentas perpeſſa eſt in terra promiſ-
ſionis præter Dei conſtitutionem, vt emolumenti ſi-
ex vectigalium penſione accederet, demum ſe, ſuoſque
perdiderunt, dicente Vate. Pſ. 105. *Et commiſti ſunt inter
gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptili-
bus eorum: & factum eſt illis in ſcandalum. Et immola-
runt filios ſuos & filias dæmonis. Et factum eſt illis in ſcan-
dalum.*

Alexandrum perdiderunt delitiæ Perſicæ. Atque
procul contingat vagari, vnde tibi chariſſima pa-
integerrima pridem, ſyncera, vniformis, vnde nb
rietas iſta? Vnde tu pantherina magis, & diſtincta
rijs leopardo: vnde nunc idiomate, & mente ſi-
perfida, vti Gallus rebellis? vnde *Punica fides, Fran-
fides*, tibi nunc adaptetur? vnde peieratione, blaſ-
mijs, execratione tota Gallica, aut Scotica? Gurgu-
ne, & ventre vorax, inſatiabilis, Germana? Lumbis,
renibus, omnino lubrica, Hiſpana, forte Itala,
nouit? auertat Deus? Quis te fide penitus Anglam
fectu, ira, odio implacabili, immiti, immiſericordi
Italam? Jrreligione, impietate, irreuerentia ad
cras Hibernam? veſtibus Protheum, inconſtan-
cornicem plumis volucrium omniũ inſtructam
nis, hodie Hiſpanam, cras Francicam, galero, colla-
que. Ecquis te redimiculo nunc Alenconiam, nunc
geronem. Toga Florentinam? Mulis Venetam effe-
Non diceris, ſed Vates: *Commiſti ſunt inter gentes, &
dicerunt opera eorum.* Infuſa eſt in vrbem & orbem
ſtrum peregrinitas. Commixtio Celtum, Germa-
rum, Jtalorum, Hiſpanorum, Albanorum, Jslando-
qui vndique in medio tui confluxerunt, ſicuti in ſe-
na nauis, aqua aut colluuione vrbis; te ſimilem
omnibus effecit. Conſortium cum exteris nationi-
monſtrum te exiguum, imò prægrande in natura

tit. Quemadmodum chamelæon, lacertæ haud adeo abſimilis, colorem variat, oculis, cauda, corpore toto, quotieſcumque noui occurrunt, obijciunturue, vti adſtruunt Phyſici. Ouidius 15. Metam. *Id quoque quod ventis animal nutritur & aura,*

*Protinus aſſimilat, tetigit quoſcumque colores.*

Plinius lib. 8. cap. 33. *Mutat colorem ſubinde, & oculis, & cauda, & toto corpore.* Ita, ea eſt humana fragilitas, vt moribus exterorum cum quibus habet commertium ſe cõformem præbeat facilè. Tangereturne pix, inquinamento procul? Gypſo cibos condias, non inficiendus? Jgnem accedas propius non comburendus? Jncolas terram Hus cum ſceleratis & facinoroſis, ſeruata probitate cum Job?

*Vide Ariſt. l. 2. hiſt. animi c. 11. Senec. l. 1. quæſt nat. Aul. Gel. l. 10. noct. cap. 21. Plut. l. de induſt. animal. Solin. cap. 37.*

Plato 5. de legibus: *Dum qui ſe improbis commiſcuit neceſſe eſt eadem pati & agere, quæ tales agere & loqui inter ſe conſueuerunt.*

*Iob. 1.*

Exodi 4. forte hoc ipſum indicabat manus Moyſis, quæ ſinui inſerta, ſana; exerta, conſpiciebatur leproſa? Huc ne ſpectabat Seneca cum diceret; quoties conuerſatus fuiſſet cum hominibus ſe minus hominem rediiſſe? Speculum cryſtallinu m, etſi ſplendidiſſimũ, tandem primam deperdit ſpeciem communiter vſitatum. Optimus Planetarum non aſſequitur effectũ bonarum influentiarum, ſed quaſi malignus efficitur corporibus, ſi cum altero noxio concurrat.

Memineritis Dinam natam Iacob haud bona didiciſſe in ea quam ſuſceperat curioſitatis ergo profectione: Sabinis malè ceſſiſſe curioſam excurſionem Romam, *ſtudio nouæ videndæ vrbis & ſpectaculorum.*

Orbem ex libris, tabulis coſmographicis, & hydrographicis ediſcite, ſine diſcrimine vitæ, & morum proborum, ſi orbis appetitis cognitionem:

*Tutius è tabula pictos ediſcere mundos.*

Deinde, tanti non eſt æſtimanda ſcientia, vt corruptionis periculo ea ſit comparanda, Quo excurrere anemus, qui ſumus ipſi egregius paruus mundus? Quorſum tot ſulcare campos, tot æquora nare? Immoti loco, noſipſos non exeuntes poſſumus à nobiſi-

*Tit. Liui. decade 1. l. 1. Plut. to. 1. Vit. in Romulo. Ouid. in faſtis. Propert. l. 20.*

plus mira ſpeculari, ediſſereque. vt enim ait S. Auguſti-
nus, nulla maiori voluptati eſt, quam ſuipſius ſcien-
tia. Hinc Chilon ille Lacedæmon inculcabat crebro,
*Noſce teipſum.* Hinc prudẽs antiquitas charactere au-
reo inſcriptam voluit ſententiam frontiſpicio fani A-
pollinis Delphici. Certè vt vera dicamus, [illegible]
ærarium & theſaurus rerum ſublimiũ? Si figurã ſpe-
ctes, ſolus inter animantia habet erectã, ad ſtaturam py-
ramidis, aptã inſpiciendo cœlo. Si formã, ſiue animã
eſt patriũ potiſſima: eſt ſanctiſſimæ Triadis effigies.
cõcinnã, vnionẽ, tẽperatãue mixtionẽ quatuor pu-
gnantiũ elementorũ, ſi coniunctionẽ corporis & ani-
mæ, quid propius diuini? Operationes, artẽ, induſtri-
am, inuẽtiones hominũ ſi conſideres, ipſe rapi in ex-
ſtaſim poteſt ab ingenij ſui acritate, & inuentionũ pul-
critudine; ceu alter Pygmalion à ſtatua quã ſculpſerat.
Obambulate per otiũ viatores, qui dicitis, ad ediſcen-
dũ, longũ iter ad magnas proficiſci cogor Athenas;
peragrate paruũ hunc mundũ viuũ; plura inuenietis
diſcenda quam capere valeatis, ſiue vt excellentem
ſeu, vt miſerum, ad veſtri humiliationem ſpeculemini.
vniuerſa cõtinentur hac epitome, *Videre voſmetipſos*
ait S. Ioannes *Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere,*
*reuertere vt intueamur te* His immorans, haud facile
in peccata ruas, in quæ iter agens.

Iob 5. *Viſitans ſpeciem tuam, non peccabis.* Eſt autem
viſitare ſpeciem ſuam, ſeipſum cognoſcere.

6. Adhæc aduertendum; vt vitentur diuturnæ profe-
ctiones, id eſt, ne parẽtes ferant liberos procul euaga-
ri; aut ipſi parẽtes & Prælati ſuos mittant exteros pe-
ragrãdo nationes, patris abſentiã haud infimã perditio-
nis prodigi exſtitiſſe causã. Dici nõ queat quanti po-
ſit liberis paternus cõſpectus. Quẽadmodũ, perſuaſum
habere Deũ ſpeculatorẽ omniũ noſtrorũ operũ, eſt
frœnũ acre auocando quoque à malo: ita proles aut
ſubditus, corã patre, vel Prælato ſtat. Imò dubitẽ, an
magis nõ contineatur præſentia patris, quã imagina-
tione præſentię Dei. Nullũ ſydus firmamento affixũ
non excedit multũ quantitate, magnitudinem lunæ,
attamen luna illa vnica & minima dominatur cæte-

ris;

*Ariſt. 8. Phyſic.* *D. Aug. l. de Spir. & littera.* *D. Bern. l. de cõſiderat. ad Eugenium.* *Idem ſer. 36. in Cãt.* *Hugo de anima, de neceſſaria ſui cognitione videantur.* *Item Macrobius in ſomn. Scipion. c. 11. Et l. 1. Sat. c. 6.* *Ludou. Viues in c. 2. l. 18. de Ciuit.* *Iuuen. ſaty. 11.* *Picus Mir. l. 2. de morte Chriſti, & propria cogitanda c. 5 poſt D. Amb. negat illud eſſe Thaletis aut Chilonis,*

tus in hæc inferiora, quam reliqua aſtra cuncta ſimul ſumpta, ob maiorẽ vicinitatẽ lunæ, & noſtrũ. Sic; quã tumuis præſentia Dei cuncti potentis, omnia videntis ſit infinitè maiori digna reuerentia, Prælati adſtantia: quia verò magnus ille Deus inuiſibilis eſt; hic ſub aſpectũ cadit; adeoque videtur ille à nobis magis remotus; hic vero propinquior; fit vt plerumque præſentia ſuperioris & conſpectus paternus plus roboris habeat regẽdis ſubditis, præſentia Dei: Abſente Moyſe, laſciuijt populus, & vitulum aureum coluit. Mox vt paterfamilias agro exceſſit, ſuperiecit bonę ſementi lolium inimicus homo. Exclamat

*ſed N.* ✠ *& Iob ille cap. exponit 2. Io.*
*Cant. 6.*
*Parentes & Prælat præſentia vtilis gregi.*
*Exod. 32.*
*Matt. 8.*

S. Paulus Act. 20. *Ego ſcio, quoniã intrabunt poſt diſceſſionẽ meã lupi rapaces in vos, nõ parcentes gregi?* Quapropter vigilate parentes, excubate Antiſtites: nunquã declinẽt à grege lumina. Vigilate, pretioſa enim vobis ſunt cõmiſſa: vigilare muneris veſtri eſt. *Ipſi enim peruigilant*, peruigilare debent, inquit S. Paulus. Dracones peruigiles cuſtodientes poma aurea.

*Heb. 13.*
*Ouid. 7. Metam.*

Si lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiebant ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios & ad bella doctiſſimi, propter timores nocturnos; cuſtodiendis animabus, veris lectulis & thalamis Ieſu Chriſti, qui pluſquã Salomõ, quas ſtationes nõ ſeruabitis, quas nõ admouebitis cuſtodias? Exiſtimatis ſine cauſa morali virginẽ mira metamorphoſi transformatã, traditã cuſtodiæ Argi, cui caput centum oculis circumcinctũ, quorũ bini & bini alternatim ſopiebãtur; nonaginta octo reliquis vigilantibus aſſiduè?

*Cant. 3.*

Ouidius 1. Metam. *Catera ſeruabant, atque in ſtatione manebant.*

*Conſtiterat quocumque loco ſpectabat ad Io.*
*Ante oculos Io quamuis auerſus habebat.*

fortè, quia inuigilandum ſuper te, ô chara iuuentus; nunquã à cõſpectu vigilũ es dimouẽda? Quia nõ permittenda diutius morari apud remotas Gentes cum prodigo? Quia cuſtodibus tuis nõ procul à te recedẽdũ? Hinc arbitrer Cõcilio Laodicẽſi reſtringi & coarctari peregrinationes, Clericorum, laicorumque.

Concil. Laodicenſ. cap. 43. Et habetur 3. parte

Decretal.de Conſecrat. diſt. 5, num. 56. edit. Iſt Pe...
ni: *Nō oportet miniſtros altaris, vel quoslibet clericos p...*
*ter iuſſionem Epiſcopi ad peregrinandum proficiſci. ...*
*cum etiam ſine canonicis litteris, id eſt, formatis, ſimili...*
*non oportet alicubi proficiſci.*

D. Gregorius l. 5. epiſt. 123. Authen ſubdiacono...
*uenit ad nos Pigmenium Amalphitanæ ciuitatis Epiſco...*
*pum .... foris per diuerſa loca vagari: idcirco hac tibi au...*
*thoritate præcipimus quatenus hoc de cætero facere ...*
*præſumat: ſed in Eccleſia ſua ſacerdotali numero ...*
*&c.* Sit ſatis de peregrinationibus noxijs, ad te...
regrediamur.

7. *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe.* Te...
tus noſter Latinus vtitur dictione denotante ...
prodigalitatem, ac ſi diceret; multum prodigè ...
*Laur. Valla l. 13 elegant c. 23.* men vera dicit Valla, quod *exceuntia in oſus quæ de...*
*dunt à nomine, habitationem ſiue vehementiam ...*
*que ſignificant, & affectionem.* Quia vero Græcis e...
plex poſitiuum ἀσώτως, non vrgebo vlterius, ſuffic...
dici vixiſſe prodigè. Audita hac dictione, *luxurioſe*...
prodigè, exſpectatis a me, haud ambigo, futurum ...
curſum ſuper prodigalitate, nec non in luxum, ...
tias cibi & potus, quem ſectamur ſuſtentando corpo...
ri: votis ſatisfacerem, ni temporis obſtarent angu...
neque deerant quibus hanc concionem præ cæte...
illuſtrarem; aſt cogor ad tria verba materiam cog...
quo per otium liceat de alijs prodigis in hoc ...
*Prodigalitas adoleſcentibus propria: auaritia ſenibus.* bratis nonnihil differere. Itaque obiter dico prodiga...
litatem adoleſcentibus vitium proprium: tum qu...
ijs minus eſt opus ope, quæ ſine peculio non ... 
tur, quam ſenibus: tum quia viribus freti ſuis, ſpera...
nouas facultates acquirere ſe poſſe: auaritiam ſen...
maculam propriam.

Terent. in Adelph. act. 5. ſcen. 8. *Vitium commune*
*omnium eſt*

*Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus.*

D. Hieronymus epiſt. 47. *Cum omnia vitia in ho...*
*Ariſt. l. 4. Eth. c. 2.* *ne ſeneſcente ſeneſcant ſola auaritia iuueneſcit.* Iuſti A...
ſtoteles: *Et ſenectus omnis, & imbecillitas omnis ...*

*efficit.* Corrigibilis eſt iuuenum profuſio, aſt incurabi-
lis ſenum tenacitas. Decreſcit adueniente ſenectute 1.
prodigalitas, quæ timiditate quaſi enſe iugulatur; ad-
de quod deficientibus ex nimia effuſione facultatibus
neceſſum non prodigum eſſe; ſicuti ſubtracto ligno
neceſſario deficit ignis: ſenex verò auarus, quo ſenior, 2.
eo timidior; quo timidior eo magis augetur auaritia: *Prodigus*
plus congregat, plus augetur theſaurus: & quo hic *ab ætate*
magis augetur, eo ſæuiori torquetur fame. *& egeſta-*
Iuuenal. ſatyra. 14. *Creſcit amor nummi quantum* *te facilè*
*ipſa pecunia creſcit,* *curari po-*
*Et minus hanc optat qui non habet.* *teſt: aua-*
Præterea, habitus ſenectutis tenacis firmius, altiuſ- *ritia incu-*
que inhærens quam iuuentutis prodigæ, difficilius e- *rabilis eſt.*
uelli, & excuti poteſt. Hinc de prodigo inſit Ariſtote- 3.
les: *Cura, diligentiaque adhibita, ad medium, & ad id* *Ariſt. 4.*
*quod oportet tandem deuenerit: at illiberalitas ac auari-* *Ethic c. 2*
*tia, incurabilis eſt.* Vitioſa prodigalitas in iuuentute: *Antitheſis.*
vitioſa auaritia in ſenectute; amplius, digna excipi ca-
chinnis. Quis non rideret peregrinum eo plura
ad iter quærentem quo propius ad optatum finem ac-
cedit?

Cicero in Catone Maiore: *Auaritia ſenilis vitupe-* 1.
*randa eſt maximè. Poteſt enim quicquam eſſe abſurdius,*
*quam quo minus via reſtat, eò plus viatici quærere?*
Profuſio iuuenum abutitur facultatibus, & mune-
ribus à Deo acceptis, tanquam meretricibus, proſti- 2.
tuendo ea vniuerſis, vbi aiebat Socrates: ſenum parci-
tas ea vincta cuſtodiæ arctæ tradit, vt nihil gignere
queant. Opes iuniorum ſunt ad inſtar ficuum naſcen-
tium in crepidine montium, ait Crates; quarum cō- 3.
modum non hominibus, ſed coruis & miluis cedit, id
eſt, à lurconibus & ſcortis liguriuntur: diuitiæ cano-
rum ſunt ſimiles pomis, & fontibus Tantali, nec ipſi,
nec alteri cuipiam in cibum, potumue cedentibus. A-
doleſcentium opes, ſimul & ſemel ſunt voluptati, &
delitijs; vti aliquando inſinuabat Diogenes, petens à
prodigo quodam decem ſcutatorum munus *minam* 4.
vocant: quærente autem hoc cur tantam flagitaret

*Laert. de* ſummam; qui ab alijs tres aſſes exigebat: quia, inquit,
*vitijs Phi-* ab alijs ſpero in poſterũ accipere quid, à te nihil:
*loſoph. l.* num, nullis vſibus aptæ. Effunduntur in amicos ado-
*6. in Dio-* leſcentis facultates, ipſo viuente & vidente: ſenis
*gen.* pant frequenter poſt fata hoſtes.
5. Pſal. 38. *Theſaurizat & ignorat cui congregabit ea,*
6. Pſaltes.
7. Amicos conciliat hæreditas à prodigo diſſipata
pacitas ſenis auari, inimicos. Prodigalitas,
nota eſt, etiã ægro: auaritiam vident omnes, præter
grum, qui ideo incurabilis. Præfertur prodigalitas
uaritiæ, iuxta Ariſtotelẽ, quod propi⁹ ad mediũ
8. beralitatẽ accedat, cuius naturæ communicat: dat
*l. 4. Eth.* tenim; nec accipit. Deinde nõ tam graue excedere
*cap. 1.* nando, quam accipiendo: *Beatius magis eſt dare quam*
9. *accipere*, poſſet obtrudi. Multis quoque prodeſt prodi-
*Act. 20.* gi luxus, pannarijs, ſericarijs, ſartoribus, piſtoribus
10. fartilium piſtoribus, pictoribus, aulædis &c.
11. auari parcitas. *Qui ſibi nequam, cui bonus?* Adhæc
pius ad naturam accedit vita illius, quã huius.
que vniuerſa protulit natura in humanos vſus,
ſibi deſeruiant opes ſuæ prodigus quanquam
deratè: tenax otioſas dimittit; prҿter naturam,
pans ſe ipſe cuſtodiæ theſaurorum: cuiuſmodi
*Pſ. 75.* tur Dauidi *viri diuitiarum*: nõ poſſeſſores diuitiarum,
ſed ipſi poſſeſſi à diuitijs.

Cornel. Gall. eleg. 1. *Quid mihi diuitiæ quarum*
*dempſeris vſum,*

*Quamuis largus opum ſemper egenus ero?*

Horat. l. 2. ſerm. 3. *Si ſcalpra & formas non ſutor,*
*tica vela*

*Non vſurus emat?*

*Quid diſcrepet iſtis.*

*Qui nummos, aurumque recondit, neſcius vti*
12. *Compoſitis, metuenſque velut contingere ſacrum.*

*Epheſ. 5.* Vitioſa eſt prodigalitas, aſt idololatriæ malitiam
*D. Thom.* attingit: quomodo D. Paulus auaritiam perſtringit
*2. 2. q. 119.* *Quæ eſt idolorum ſeruitus.* Denique determinat S. Tho-
*a. 3. in cor.* mas in ſumma Theologica prodigalitatem pecca-

minus, auaritia; quare materiam altius non excutio Paululum; & ſpiritum, & vires reſumam, quo alacrius alios prodigos expediemus.

7. Venio nunc, Auditores, ad prodigos potiſſimos, & ab his, ad myſticos, allegoricoſque. *Et non poſt multos dies congregatis omnibus &c.* De lapſu Angelorum, qui, vti prodigus hic, creati, mox defecerunt ab obedientia Dei, hoc loco diſſerere non intendo: generi humano, in hoc prodigo figurato, vt dicunt quidam, & comparatione ad Angelos, ætate inferiori, optimè conuenit hæc pars textus, *Et non poſt multos dies &c.* Etenim ex ſententia quorundam, per annum; aliorũ, per menſem: communiori per ſex horas potitus eſt iuſtitia originali cum Deo: demum, dotibus perfectæ ſuæ naturæ ditatus, citiſſimè valefecit Conditori; prout notat D. Auguſtin. tom. 4. lib. 2. quæſt. Euangel. cap. 33. *Non poſt multos dies &c. Quia non multò poſt inſtitutionem humani generis placuit animæ per liberum arbitriũ ferre ſecum quandam velut potentiam naturæ ſuæ, & deſerere eum à quo condita eſt præfidens viribus ſuis, quas vires tanto conſumit citius, quanto eum deſerit à quo datæ ſunt.* Conuaſauit ſarcinas: id eſt, putabat ſe aliquid eſſe cum nihil eſſet; implumis volare geſtiebat, ratus ſe ſibi ſine Dei ope ſufficere; ac a viribus, dotibuſq; præfidens ſuis, inſtituit profectionem longinquã, Dei oblitus eſt; b. *Regio longinqua obliuio Dei eſt*, ait S. Auguſtinus: Deum deſerit, non pedibus, ſed corde, non eum diligens prout debuerat. Perditionis viam ingreditur, *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam*: imo, inquiente S. Ambroſio, a ſeipſo fit alienus: dicitur enim poſtea; *In ſe autem reuerſus. Ibi ibi*, in illa Dei obliuione; in illo languore & tepore amoris: ibi, ibi, extra ſeipſum, *peregrè*, inſipiens, veſanus (etenim dictio peregrinus ſumitur quãdoque pro ſtulto; *Quare peregrinum vicinia tota reclamat?* ait Horat.) ex paradiſo terreſtri lupanar; ex creaturis Dei, quas ardẽter deperit & precatur, ſcorta facit: perditè adamat ſcientiã boni & mali; auidè audit blaſphemos ſerpẽtis ſibilos; delectatur nimiũ ſpecie, odore, ſapore fructus vetiti: *vidit quod eſſet pulchrũ viſu &*

a. *D. Bernardin. Sen. in hunc locum.*

b. D. *Aug. l. 2. quæſt. Euang.*

*Anton. de Chriſt. quæſt. 2.*

*Horat. in Epiſt.* Quære hoſpitium.

*Prouerb.*

ad

*ad veſcendũ ſuaue.* Ibi, diſſipat ſubſtãtiã, *viuendo luxu-*
*rioſè, prodigè* : nam nõ contentus liberali victu quem
aſſignarat Deus, ad ſuperfluitatem pomum interdi-
ctum appetit. *Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. vt*
1. *ſint vobis in eſcam. Ex omni ligno paradiſi comede: de li-*
2. *gno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas* : adeoque
concoquit omnem ſuam ſubſtantiam, iuſtitiam ori-
ginalem; ſenſit enim mox rebellionem in ſe: ſcientiam
3. ſuam; tam hebes illico effectus, vt putarit latere ſe
dumeto; tam ignarus, vt ſibi veſtes parare non quiue-
rit, ni Deus ipſe paraſſet: *Fecit eis tunicas pelliceas*: libe-
4. rum arbitrium; vt ideo eius inopiam experiantur po-
ſteri; & nonniſi multo labore per arbitrij libertatem
adipiſcantur vitam æternam: amænis ſedibus eiectus,
tus, paradiſo terreſtri pulſus: imperium in omnia ani-
mantia terrę ipſi perijt; vniuerſis pro ſuo creatore ad-
5. uerſus eum conſurgentibus: viribus priuatus eſt, ægri-
6. tudini ſubactus: vitam amiſit; nec enim niſi per pecca-
7. tum intrauit ſoluta mors. Nunquam ad eam miſer-
*Aug. l. 1.* rum abyſſum deiecti ſunt viator Ierichuntinus à la-
*de Ciuit.* tronibus ſpoliatus, cęſus, ſemi exanimis relictus,
*cap. 9.* prodigus noſter, in quam ruit Adamus prodigus mi-
*Lucæ.* 10. lix; ac noſtro minus tolerandus. Hic ſiquidem aurum,
argentum, hæreditatem concoxit; ille innocentiam &
vitam: iſte, in ſuum ſolum præiudicium laſciuiebat;
ille, & ſibi, & omnibus nobis profundebat acerba.

Ierem. 31. *Patres comederunt vuam acerbam, & den-*
*tes filiorum obſtupuerunt.*

Thren 5. *Patres noſtri peccauerunt, & nos iniquita-*
*tes eorum portauimus.*

8. Publicanis quoque conueniunt egregiè iſta: ſi-
que opibus & libertate quæ communiter illas ſequun-
1. tur valentes, abierunt in regionem longinquam, pro-
cul à Dei lege, quâ cauebatur Iudæis publicanorum
2. & portitorum munia ſubire: profecti ſunt ad exteros,
forte Romam, ſtudio videndæ vobis ſplendidæ; cuius
auſpicijs redemptis portorijs, quæſtum faciebant.
ibi, quoniam ſeueritatem primam remiſerant Roma-
ni, diſſipauerunt ſubſtantiam ſuam in delitias Roma-

tas;cænas opipatas,veſtes ſplendidas,libidines effu-
ſas,ac forte in idololatriam, idololatrando cum Ro-
ma tunc penitus idololatra . Aut melius, obliti ſunt
Dei,eumque dereliquerunt. Aut. *Profectus eſt in re-* 3.
*gionem longinquam*,idem valet ac ſi dicas;in eiuſmodi 4.
munijs obeũdis multa fuit ipſis diſtractio,&euagatio *Noua ex-*
mentis.*Peregrinari* enim nonnunquã ſignificat diſerti- *poſitio*
oribus animo diſtrahi. *Animus peregre* eſt, ait Horati⁹. *non ſper-*
*nenda.*

Cicero pro Milone tomo 3. *Veſtræ peregrinantur au-*
*res neque in hoc peruagato ciuitatis ſermone verſantur?*
Fingebant ſibi aereas arces; animo iugiter in trapeza
verſabantur,recepturi nũmos. Si eorũ aliquis accer-
ſebatur monendus ſalutis, reſpõdebat, *Non ſum domi;*
ſibi non licere per otiũ animũ ad talia applicare. *Pere-*
*grè profectus eſt in regionem longinquam* animus: rebus
alijs diſtinetur:adeoque peribat anima, hominis ſub-
ſtantia primaria. *Ibi* ergo, in regione longinqua, in
eiuſmodi diſtractionibus periclitabatur anima miſe-
ra.Qui vbique erant, nuſquam erant , *Nuſquam eſt*
*qui vbique Argus, domi talpa*, Arbitrer ſimiles fuiſſe v-
ſurarijs,fœneratoribus noſtris, qui vbique, Romę, in
Hiſpania,in Gallia , Conſtantinopoli agunt iugiter;
cuncta norunt,cuncta pertractant, in externis rebus
ſunt toti:aſt *domi*, nunquam;conſcientiæ limen non
ſubit pes eorum. *Peregrè profecti ſunt in regionem lon-*
*ginquã*;à qua profectione pernicies noſtra, ęrumnæ &
lachrymæ. Fortè hęc expoſitio germanior eſt &ad lit-
teram propius accedit, quod conſonet mirè cum ſe- *In ſe re-*
quentibus, *In ſe autem reuerſus*; nec enim in ſe reuer- *uerti*
teretur,ni à ſe exiſſet:Indubitatum eſt namq; , quem- *Quid.*
admodum Deo ſunt ſancti, qui intra ſe ipſos toti, non
multum implicantur ſecularibus, ita diabolo eſſe ſe-
ctatores, &extaticos, qui rebus medijs in ſecularibus
aſſiduè poſiti, nunquã ſunt in ſe ipſis. Deo ſunt, qui in
corpore adhuc degẽtes, adeò rapiũtur in extaſim ex
contẽplatione cæleſtiũ, vt in cælis extra ſe poſitos di-
xeris. *Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt*, infit S. Paulus:ita, di-
abolus plurimos poſſidet, qui corpore viuẽtes, ſic ab- *Philip. 3.*
ſorpti ſunt contẽplatione dicã, an occupatione? ter-

rene

ſenorũ, vt ſpiritũ auolaſſe dixeris. Sunt dæmoni ath-
tici & martyres, de quorum ordine quia fuerant pu-
blicani iſti, dicit textus noſter: *Et non poſt multos dies congregatis omnibus adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè Ibi, ibi,* ijs in rebus abuſi ſuo: ſua libertate, eam conuertentes in licentiam exactionum, concuſſionum, extorſionum: ibi diſſipa-
runt prodigè ſubſtantiam; non quod ad inopiam ipſi redierit res; ſed quod profuderint non infimam par-
tem facultatum in voluptates Romanas, in illas
nec ad eum finem in quem Deus diuitias largitur:
*Diſſipare Quid.* vti enim in legitimum finem, diſſipare eſt. Non enim
redemerunt captiuos; inopes ære non liberarunt alie-
no; non iunxerunt matrimonio virgines honeſtas; non
opitulati ſunt egenis, vt eorum rem domeſticam pro-
mouerent; adaugerentque.

9. Porrò, aduertite hoc loco, Auditores, mirum
Chriſti artificium, iuxta textum Græcum, qui pro eo
quod legimus, *ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam*, vtitur
pronomine αὐτοῦ, interdum demonſtratiuo, quandoque
relatiuo: quod, ſicuti & ἐκεῖνος vſurpatur aliquando pro
priorũ nominũ vice, vt αὐτὸς ἔφα, id eſt, ipſe dixit, di-
cet Pythagoras. Quia verò particula illa αὐτοῦ, æqui-
uoca eſt, & anceps, ſignificans aut relatiuè ſubſtantiam
eius: nēpè prodigi, aut demōſtratiuè, & emphaticè ſub-
ſtantiā patris, Dei; innueret forte Chriſtus facultates
omnes quas poſſidemus, Dei primariò eſſe; nos autem
earũ œconomos, villicos, inquilinos: & qui eas diſtra-
hũt, nō ſua, ſed quæ Dei ſunt diſtrahere: Inter peregri-
nos prodegit omnē ſubſtantiā, nō ipſius, qui nihil ha-
bebat ſuũ, ſed patris; diceretur optimè: Sublimis ſanè
ſpeculatio, & q̄ diuitibus omnibus norma ſit ad omnia
ſuaque dirigant, ne nimiũ intumeſcant & extollantur
1. diuitijs, quaſi ſuis: vt ijs frugaliter vtātur, nō quaſi ſuis,
2. ſed Dei: ne tenacius eas denegēt pauperibus, cōmuni-
3. bus hæredibus eorūdē bonorũ Dei: vt armatura & pa-
4. tiētia inſtruātur, cōtra aduerſa, & iacturā facultatũ. Non
5. enim exiſtimemus Deũ nō auferre noſtra, ſed repetere
ſua.

ſua,nõ diſcruciabit nos nimius mæror in aduerſis. Ad rẽ: non legiſtis villicũ aliquando diffamatũ & accuſatũ,nõ quaſi diſſipaſſet bona ſua, ſed bona ipſius,nimirũ Domini? *Luca 16.* Obliti eſtis hac cõſideratione ceu probato clypeo,Iob inſtructũ reſtitiſſe fortiter iaculis aduerſę fortunæ, cũ diceret. *Dominus dedit*, aut *dederat*, *Iob.1.* vt vertit quidã, *Dominus abſtulit* Pari modo loquitur doctiſſimus ſeruus,& Philoſophus Stoicus Epictetus.

Enchirid. p. cap. 8 *Nunquam in iactura rei alicuius dicas,illud perdidi ſed reddidi Filius obijt? Redditus eſt. Agellus ablatus eſt? Nonne & is rediturus eſt?* Deo ſcilicet,qui modo huic,modo alteri,largitur?

Ho.1.Epi. *Nunc ager Vmbreni,ſed nomine nuper Oſelli.*
*Dictus erit,nulli proprius,ſed cedet in vſum*
*Nunc mihi,nunc alij Quocirca viuite fortes,*
*Fortiaque aduerſis opponite pectora rebus.*

Eadem conſideratio plurimum valet,ad pellendas 6. procul à nobis litigioſas illas dictiones, *meum & tuum*, omnium bellorum ſemina. Patet nunc egregius vaſtuſque campus, qui amænitate ſua pelliceat inertiſſimum quemque,vt pedem inferat,ac nonnullas ibi trahat moras:aſt vbique ſubire limẽ,vbiq; immorari,non cõceditur. Vos, ô eruditi ſcriptores, qui deinceps has luſtrabitis per otium regiones, quæſo ne ingredi vereamini,ſi Mercurij huius ducatus arrideat. Mihi ſanè non licet;neq; omnem quam indicat Mercurius calcat viam.

10. Adhæc percipio obſcurum murmur peccatorũ cunctorũ,maximè verò ſtrepitũ Gentiliũ audire volẽtium ex me inſtanter,quî Chriſtus talia fari quæat de ſe: *Et non poſt multos dies &c.*

Itaque,ſignificant iſta peccatores, mox vt anima *1. vide ſupra.* rationali,arbitrio voluntatis ſuæ relicta donati ſunt: mox vt hãc ſubierunt lucem vegeto,robuſtoq́ue corpore; obtentis geminis iſtis opibus,nec non naturalium rerum ſciẽtia; *Non poſt multos dies*; citiſſimè con- *2. vide ſu.* uaſarunt vniuerſa, id eſt; conſiderarunt, demiratiq́ue ſunt trinam profectionem & virtutem ſuam,quomodo pauo plumarum rotam;ac in ſeipſis ratiocinati. *Franc. de Mairone.*

*Non*

Virg. in *Non ſum adeò informis, nuper me in littore vidi.*
Buc. Niobe apud Ouid 6. Metam: *Sum fælix, quis ...*
*neget hoc? felixque manebo,*
*Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit,*
*Maior ſum, quam cui poſſit fortuna nocere.*
1, præſiderunt de ſeipſis, ſibi placuerunt; amorem ...
à Deo auocarunt. *Peregrè profectus eſt*: & hoc pecca...
formale: *in regionem longinquam*, id eſt, conuer...
affixeruntque affectus ſuos ad creaturas; en materia...
Memineritis, ô docti, de auerſione & cõuerſione pec...
2. catoris in peccato, de quibus nuper agebamus. Aut ...
liter, dereliquerunt Deum corde primum; deinde ab...
3. runt ad exteras gentes, id eſt, omninò, & complet...
eo receſſerunt opere. Aut, *Congregatis omnibus, &c.*
ſtuduerunt omnigenæ voluptati. 1. *Totus in hoc ...*
1. Calixt. *peccator, vt ſcilicet concupiſcentijs ſuis nihil denegaret.*
Plac. par. 2. *Congregatis omnibus corporis ſenſibus, imò & cordis co-*
2. in hanc *gitationibus.*
parab. Gen. 6. *Cuncta cogitatio cordis intenta erat ad malum*
2. Steph. *omni tempore.*
Parij in Eccl. 1 *Omnia quæ deſiderauerunt oculi mei non ne-*
hunc lo- *gaui eis. nec prohibui cor meum.*
cum. Pſ. 40. *Cor eius congregauit iniquitatem ſibi.*

Pſ. 35. *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit*
*omni via non bona.*

Atque, optimè dicitur: *Et non poſt multos dies, &c.* V-
bi enim rationis iubar illuxerit hominibus, ...
delinquunt; aut ætatis anno decimo, vti quodam lo...
mihi videtur dixiſſe S. Chryſoſtomus; aut ſeptimo, ...
iuxta receptam ſententiam: aut quinto, prout colli...
poteſt ex S. Gregorio, qui in dialogis narrat quinque...
nem infantem blaſphemum patri ereptum viſibiliter
à dæmonibus: quin, maturius adhuc; prout liberi ar-
bitrij vſus, alijs citius, tardius alijs conceditur; ...
Deo proficiſcuntur in regionem longinquam pecc...
mortalis. Id innuunt. *Peregrè profectus eſt in regionem*
*longinquam*: aut mox vt afflauerit aura ſecunda, ...
dunt à Deo. Hoc modo loquitur frequenter Scrip-
tura.

De...

Deuter. 32. *Incraſſatus eſt dilectus* &c. *Et receſſit à Deo ſalutari ſuo.*

Ibidem: *Deum qui te genuit dereliquiſti.*

Deuteron. 11. *Cauetę ne forte decipiatur cor veſtrum, & recedatis à Domino.*

Jerem. 2. *Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.*

Ibidem: *Verterunt ad me dorſum & non faciem.*

Ibidem: *Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt ſe à me, & ambulauerunt poſt vanitatem?*

Jdem cap. 5. *Receſſerunt, abierunt, & non dixerunt, metuamus Dominum.*

Zachar. 7. *Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulas, recedentes.*

Iob 34. *Quaſi de induſtria receſſerunt à Deo, & vias eius intelligere noluerunt.*

Lactantius l. 2. inſtit. cap. 1. *Tum maximè Deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficijs eius fruentes, honorem dare diuinę indulgentiæ deberent.*

11. Aduertite obiter, vt Deus à ſe non eiecerit peccatorem: nec enim domo patria pulſus eſt prodigus: vt eum non deſerat, niſi prior ipſe deſertus; vt, quantumuis deſertus, nunquam nos ſit deſerturus, niſi vbi aduenerit horrendum illud *Ite, Diſcedite*; quod in die iudicij tonabit aduerſus reprobos. Nunc, neminem deſerit, neminem eijcit; non prodigum, non ſeniorem, non peccatorem, non iuſtum. Si domo paterna excedit prodigus, lubens; ſi nos quoque Deum mittimus; arbitrio noſtro. Jn hac vita, non clamat, præterquam *venite venite*: in mortis tranſitu ſolum, fulminabit in peruicaces, illud *Ite*, trium literarum, terribilius triplici fulmine. Iam, auditur nil, quam *veni, venite*, mellitum, & miſericordia fragrans.

Gen. 12. *Veni in terram quam monſtrauero tibi*, ait ad Abraham Dominus.

Jſa. 55. *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate*; ait, peccatores omnes inuitans ad aquas baptiſmi luſtrales.

Cantic. 2. *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni,* ad peccatricem animam.

Matt. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos;* inquit, aduocans vniuerſos ad meritum ſuæ paſſionis.

Mat. 19. *Sinite paruulos venire ad me;* vocās humiles.

Matt. 22. *Venite ad nuptias, quia parata ſunt omnia,* adpellans ad fidem

Ioa. 11. *Lazare veni foras;* pulſans peccatorū pectora.

Joan. 7. *Si quis ſitit, veniat & bibat.*

Apoc. 21. *Qui ſitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.*

Prou. 9. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.*

Nil reſonat ad aures noſtras præter *veni,* venite, præter *manete;* quæ crebrò iterat Deus in hoc ſeculo.

Joan. 15. *Manete in me, & ego in vobis.*

Ibidem: *Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum.* Ibidem: *Manete in dilectione mea.*

Blanda certè Dei verba, *venite, venite.* Demulcentia, *manete, manete.* Quî ab impijs detrudi liminibus ſuis poteris? Tu quoque, ô miſerāde peccator, Deo te toties inuitante ad ſe, rogante apud eum tibi cōſtituas ſedem mellitis illis verbis, *Venite, manete;* qui cum facis auerſum; & de te effertur, *Peregrè profectus eſt in regionem*
Matt. 25. *longinquam?* Ad te ſemper venire queo ô bone Jeſu, cordis mei dulcis amor? Quoties me aberrantem in regione peccati cernens, dixeris, *Veni;* moremne gerere queam *venite* gratiæ tuæ & miſericordiæ in hoc ſeculo, vt in altero audire merear illud gloriæ & ſuauitatis: *Venite benedicti Patris mei?* Obediam ſemper tuis Manete, *manete in dilectione mea;* vt cùm ex patre conuerſus fueris in iudicem, & ſermonis ſtylum mutaueris, nunquam audiam in me depromi, *Ite maledicti in ignem æternum?* O *manete,* ô *Ite;* vt maturè libranda & expendenda verba!

12. Videor hîc audire quærentes, quî recedat homo
Deus eſt vbique. à Deo, qui ex recepta Theologis, Philoſophis, Poëtis ſententia, vbique eſt per eſſentiam, præſentiam, potentiam

bi, multum eminentiori modo, quam ſol in toto hemiſphęrio; quam anima in toto corpore? Nonne Deus totus in toto, & in nobis ipſis.

Joan. 1. *Medius veſtrûm ſtetit quem vos neſcitis.* Quã quæſtionem proponit D. Hieronymus in hunc locum. Quis verò dubitet Deum vbique eſſe? *D. Hierõ. epiſt. ad Damaſ. de Prodigo.*

2. Reg. 7. *Brachium tuum Deus extentum vbique.*

Iſa. 40 *Menſus eſt pugillo aquas & cælos palmo ponderauit, appendit tribus digitis molem terræ.*

Ieremiæ. 23. *Cœlum & terram ego impleo.*

Idem ibidem: *Putaſne Deus è vicino ego ſum, & non Deus de longe?*

Iob 2. *Excelſior cælo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces?*

Pſal. 138. *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum tu illic es; ſi deſcendero in infernum ades.*

Iſa 6. *Plena erat omnis terra Maieſtate eius.*

Iſa. 66. *Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum.*

D. Auguſt. tomo 3 l. 6. de Trinit. cap. 6. non procul à fine. Idem tomo 2. epiſt. 28. quæ eſt ad Hieronymũ; & to. 2. epiſt. 3. ad Voluſianum: Et tomo 4 l. 83. quæſt. qu. 20. videatur. Item D. Thomas ab omnibus recept* parte 1. quæſt. 8 a. 2. ad 3 in corp. Et par. 3. quæſt. 46. a. 7. & 1 ſent. diſt. 8 quæſt. 5. art 3. Mag. ſent. lib 1. diſt. 37.

Seneca libro 5. epiſt. 41. ad Lucillum: *Prope eſt à te Deus, tecum eſt, intus eſt. Ita dico Lucille, ſacer intra nos ſpiritus ſedet, malorũ bonorumqúe noſtrorũ obſeruator & cuſtos Hic prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. Bonus vir, ſine Deo nemo eſt An poteſt aliquis ſupra fortunam niſi ab illo adiutus exurgere?* Et poſt pauca: *Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduerſa fœlicem, in medijs tempeſtatibus placidum, ex ſuperiore loco homines videntem, ex æquo Deos non* ſubit te veneratio eius Non dices, iſta res maior eſt, altiorque, quam vt credi ſimilis huic, in quo eſt, corpuſculo poſſit? Vis iſthuc diuina deſcendit. Animum excellentem, moderatum, omnia tanquã minora tranſeuntẽ, quic-*

** alias ſubibit.*

*quid timemus optamusq́; ridentem, cæleſtis potentia ſu-tat. Non poteſt res tanta ſine adminiculo numinis ſta-. Itaque maiore ſui parte illic eſt vnde deſcendit. Quemad-modum radij ſolis contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt vnde mittuntur: ſic animus magnus & ſacer, & in hoc demiſſus, vt propius quidem diuina noſſemus, conuerſatur quidem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ.*

Virgil. Ecloga 3. Bucol. *Iouis omnia plena.*

Idem 6. Æneid. *Spiritus intus alit, totamq́ue infuſa per artus*

*Mens agitat molem.*

Lucanus: *Iupiter eſt quodcumque vides, quocumque moueris.*

Varia diſtantiæ genera.

1\. Vbique eſt Deus, Auditores; nihilominus fieri po-teſt vt procul ab eo remoueamur. Verum non vno va-ria genera diſtantiæ & remotionis. Eſt enim diſtantia quæ dici poteſt coſmographica, ſiue localis, vt dici-

Pſal. 102. cas: *Quantum diſtat ortus ab occidente.* Talis non da-tur inter Deum & peccatorem: non fallitur. Replet e-nim Deus cuncta, non comprehenſus ipſe; nec vt cor-pus, alterius incompatiens. *Deo, qui vbique eſt, non per loca propinquamus, neque ab illo per loca remouemur*, ait S. Auguſtinus.

Quantumuis fugiat peccator latebras quærens cum Adamo ſub ſentibus, aut cum Cain, *à facie Domini*, ne videatur; nuſquā poteſt à Deo dimoueri. Dixerit, Eccl. 23. *Tenebræ circumdabunt me, & parietes cooperiunt me.*

Ezech. 9. *Dereliquit Dominus terram, & Dominus nos non videt.*

Iob 21. *Circa cardines cæli perambulat, nec noſtra con-ſiderat.*

Fruſtra peccator: At nemine videor. Deus circa ipſum, Deus in ipſo videt, conſiderat, luſtrat vndique, nunquam lumina ab eo dimouet; vti Argus quocumque conſtaret Io, eam ſemper ante oculos habebat.

Ouid. l. 6. Metam. *Conſtiterat quocumque loco, ſpecta-bat ad Io,*

*Ante oculos Io quamuis auerſus habebat.*

D. Ambr. in Pſal. 118. circa medium: *Putas quod*

*lupanari te Chriſtus non videat, quem videt lupanar ingredientem? Putas quod in adulterio te non deprehendat, quem videt adulterium cogitantem?* Habet ibi pulcherrima longè S. Ambr docens plena Angelis omnia, omnia plena Deo, vt à peccatis caueamus.

Lactant l. 6. de vero cultu c. 24. ex Seneca in exhortatione; *Magnum neſcio quid, maiuſque quam excogitari poteſt numen eſt, cui viuendo operam damus. Huic nos approbemus: Nam nihil prodeſt incluſam eſſe conſcientiam patemus Deo.*

Jbidem ex eodem: *Quid agis? Quid machinaris? Quid abſcondis? Cuſtos te tuus ſequitur.... Quod locum abditum legis & arbitros remoues? Putas tibi contigiſſe vt oculos omnium effugias demens? Quid tibi prodeſt non habere conſcium, habenti conſcientiam.*

Boetius l. 5. de conſolat. proſa vlt. in fine: *Magna vobis eſt ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indita probitatis, cum ante oculos agatis iudicis cuncta cernentis.*

Non vales, ô miſer peccator, latibulum quęrere tenebroſum, locum à conſortio hominum tam remotum, in quo magnus ille oculus te non conſpiciat, & magnus ille *Tenez* non adſtet, diſtricto gladio ceruicibus tuis imminenti, vindicaturus peccatum tuum. Æmuleris quantum libuerit perdicem, quæ abſconſo capite neminem videns putat ſe à nemine videri: imiteris lampretam marinam, quę capite vndis immerſo, exiſtimat reliquum corporis ſaluum; quomodo & infantes: ſit cor tuum, imò & corpus inuiſibile beneficio annuli magici Gyges; nihilominus nuſquam offendes quam coram oculis Dei. *Videt hic Deus omnia primus.* Fuge iras, vindictas, iuſtitias hominum; fuge Dei voluntatem, nec eam opere comple; in iuſtitiæ ipſius mucronem inſilias.

Tenedus homo. *Prouerb.*

*Roudelet. l. 14. c. 3.*

*Plin. l. 9. cap. 23.*

*Cicero l. 3. Offic:*

*Ouid. l. 4. Metam.*

*D. Baſil Cur Deus homo.* Finge, quî circumſcriptus tu cęli ambitu ſicuti punctum in centro circuli, vnde, quò, quâ mouearis, vt à cęlo recedas. Si cœlũ, aut circulũ hinc à te vel centro remoueas, hinc accedis propius; & quantũ ab extremo vno receſſeris, tantum ad aliud accedis. Mitte procul occaſum, Orienti ſis vicinior:

nioi: Fuge Aquilonem, ad Meridiē pergis; nec vnquā cælo lōgius abes. Similiter impoſſibile peccatoribus, Angelis & hominibus effugere Deū, effugere eius voluntatē & conſtitutiones: ſi enim voluntatē imperantem effugiant, minimè vltricē euadent: ſi lucido Oriente miſericordię eius potiri abnuerint, ſequetur eos iuſtitiæ funeſtus occidens. Si non perſtiterint conſtanter in Meridie gratiarum eius præuenientis & ſubſequentis, excipiet eos nubiloſus Aquilo potentiæ vindi-

Sap. 8. cis: vbique Deus; *attingit à fine vſque ad finem fortiter.* Ignoratis Regibus oblongas eſſe aures omnibus audiendis? Oculos prægrandes, omnibus videndis? Protenſas manus, corripiendis vbique perduellionibus?

Ouid. in epiſt. Heroid. Helenæ ad Paridem. *An neſcis longas Regibus eſſe manus?* inquiebat celeberrima Helena. Sint tibi, ô peccator, brachia centum, quibus Dei placitum impugnes: ſint pedes totidem, quibus ab eius ira procul fugias: ſis omnino ſimillimus famoſiſſimo iſti Briareo, qui aliter Ægæon dictus, quem Virgilius deſcribit Æneid 10.

*Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,*
*Centenaſq; manus, quinquaginta oribus ignem*
*Pectoribuſq; arſiſſe, Iouis cum fulmina contra*
*Tot paribus ſtreperet Clypeis, tot ſtringeret enſes.*

Sint tibi quot manus, totidem clypei, totidem enſes, ſint tot pennæ pedibus quot plumæ ſub axillis aquilæ, vt fugam capias. *Si ſumpſeris pennas diluculo, & habitaueris in extremis maris; etenim illuc manus Dei deducet te, & tenebit te dextera eius*, ceu vinctū & captiuum. Tenebit te ſemper dextera eius; ab eo procul nō effugias, ait Vates. Sedem tibi conſtitue in cælis ſi potes, inde te deturbabit.

Jerem 49. *Si exaltaueris quaſi aquila nidū tuum, inde detrahet te.* Nulla datur diſtantia localis ſiue coſmographica, inter Deum & hominē: quare perperā arbitretur impius ſe poſſe latere Deū, peregrè proficiſcendo in regionē longinquā, & ibi diſſipando ſubſtantiā ſuā viuēdo luxurioſè. Abeſt procul Deus; chymericè

Pſal. 53. phantaſticè; ideo quia imaginatur ſe à Deo nō videri.

Pſal. 13. *Non propoſuerunt Deū ante conſpectū ſuū. Non eſt timor*

*Dei ante oculos eorum*, infit Propheta.

Aliam quoque inuenio diſtantiam, quæ dici poteſt opinionis, conſiſtitq́; in intellectu. vt, quando aiente vno, negat alter, dicimus procul abeſſe alterum ab altero, etſi corpore coniuncti ſint: rurſus dicuntur cõuenire, cum vnus ait quod alter. Fidem adſtruit receptum illud prouerbium: *Manibus & pedibus ire in ſententiam alicuius*. Secundum hanc diſtantiã poteſt peccator propius accedere ad Deum, vt ſi extollat quod à Deo laudatur: *Non es longè à regno Dei*, dicebat aliquãdo Chriſtus Scribæ, qui prolatis ab ipſo de charitate conſenſerat: remoueri quoque, ſi quod Deo bonum eſt, iudicauerit ipſe malum. De peccatore itaque dicitur: *Peregrè profectus eſt in regionem longinquam*, quando malum ducit, quod Dei ſententia bonum probatum eſt. In cuiuſmodi inuehitur Vates,

Iſa. 5. *Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum*. vt, exempli gratia, iudicat Deus bonum & ſalutare cum corpori, tum animæ vagè in libidinem non efferri; adeoque ſanxit, *Non mœchaberis*: è contra, impius putat ſatius de more Lycurgi, aut Mahometi viuere, id eſt, omni mulieri poſſe commiſceri; ac ita de reliquis. De hac diſtantia *Plut. tom. 1. Vit. in Lycurgo.*

Iſa. 55. *Sicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viјs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris*.

Tertia remotio eſt affectus; eſtque voluntatis, aut cordis. Secundum hanc dicimus procul quemquã abeſſe à corde, minimè diligi eum iudicare cupientes. In quo ſignificatu amaſiolæ curiales dicunt venuſtulos ſuos à ſe recedere, ſi quando nuperorum amorum acres, vrentesque flammas remitti percipiant, vt in alias transferant affectus ſuos: aut tepere, obliuiſciué ſui ſuboleant. Sic dicitur iniquus à Deo remotus, *Peregrè profectus eſt*; tepens, algenſque in eius amore; lentè, tepideque diligens; perditè creaturas deperiens. Atque hæc communior Patrum expoſitio. III.

Iſa.29. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eoru*
*longè eſt à me.*

Jerem.12. *Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eo-*
*rum.*

D.Hieron. p.2. epiſt. tract 2.epiſt. 15. ad Damaſum
*Sciendum, non locorum ſpatijs, ſed affectu, aut eſſe nos cum*
*Deo, aut ab eo diſcedere.*

D.Chryſoſtomus tomo 2. in Lucam homil. dicit
re: *Quod autem longè, non locorum intercapedinem, ſed*
*declinationem mentis expreſſit.*

Vener. Beda in hunc locum: *Longè profectus eſt, non*
*locum mutando ſed animum. Quanto enim plus quiſque*
*in prauo opere delinquit, tanto à Dei gratia longius receſſit.*

Chryſol. ſer. 1. de prod. *Abijt adoleſcentior longè plus*
*mente, quam loco.*

Jſidorus lib 3. de ſummo bono cap.14. *Non per loco-*
*rum ſpatia, ſed per affectum bonum vel malum itur vel*
*receditur à Deo; neque greſſu pedum, ſed greſſu morum e-*
*longamus, vel propinquamus ad Deum.*

*Magiſt. ſent. l.2. di.35. §.N*

Dionyſius Carthuſ. in hunc locum appendit: *Nam*
*in quantum exterior actus habet rationem virtutis vel*
*vitij, ex interiori intellectus, voluntatiſq; actu.*

Eraſmus in Paraphraſi: *Non eſt iſta locorum ſeiunctio,*
*ſed affectuum.*

*Cant. 6.*

A Deo ſeiungitur impius, volens quod reprobat
Deus. Vocat, accerſit, compellat eum Deus, ſurdo ca-
nitur. *Reuertere, reuertere Sunamitis* &c.

Iſa. 65. *Quæ nolui, elegiſtis.*

Prou. 1. *Vocaui, & renuiſtis.*

Matth. 23. *Quoties volui congregare filios tuos, & no-*
*luiſti?*

*Ierem. 5.*

Vult Deus ad meliora reuerti: *Et noluerunt reuerti.*
Jn miniſterium ſuum aduocat Deus; aſt ſeruire diabo-
lo mauult. O vt procul à Deo elongatur! vt longè ab-
ſunt, volo, & nolo! *volo* æquiſſimum Dei; & refractarium
nolo peccatoris! Diliges, Non aſſumes in vanum no-
men Dei, Honora, ſanctifica, &c. à Deo prodeunt; At
nō diligā, peierabo, nō gerā morē, à peccatoris pectore
re excuntia! Blanda illa Dei, Ab his vel iſtis abſtine-

& peruicax peccatoris, faciam. *Gloriam meam alteri non dabo* inquit Deus; reſpondit impudenter impius: Eam ſi non dederis, vſurpabo. Abſunt iſta ab vno pectore, vna mente, vna voluntate: procul à miti reſponſo, *fiat voluntas tua: Domine, quid me vis facere?* Operæ pretium vſque adeo Deum demitti vt diceret, *Quid vis vt faciam tibi?* O intercapedinem vaſtam, a Dei voluntate optima, ad peſſimam impij! A peccato, ad gratiam!

Pſ. 118. *Longè à peccatoribus ſalus. A lege autem tua longe facti ſunt.*

Iſa 29 *Cor eorum longè eſt à me.*

Iſa 23. *Ducent eum longè pedes ſui*, id eſt affectus ſui.

O Deus bone! vt longinqua profectio Deum mittere vt creatura diligatur! Amare creaturam præ Conditore eſt in infinitum pergere. Inter Deum enim & creaturam infinita ſunt interiecta ſpatia, quantumuis nobiliſſima foret, qualis ſane non eſt voluptas. O interiectum, chaos magnum! O fornicarij, vt magnũ percurritis iter! Qui tuis viribus ab hoc infinito itinere reuertaris?

Lucæ. 16. *Inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt, vt hi qui volunt non poſſint inde huc tranſmeare.* Tãetſi virtutem omnem creatam tuis viribus iunxeris, nunquam ab eo immenſo ſpatio quod peragraſti pedem reuocaueris. Neſcitis, non ſentitis quantam inſtituatis itionem, ô peccatores; non experimini laborem remotionis, quia declinis locus, *facilis deſcenſus Auerni*: ſentietis vbi reuocandis fuerit pes àvia iniquitatis. *Virg. 6. Æneid.*

Sap. 5. *Laſſati ſumus in via iniquitatis.*

Virgil. 6. Aeneid. *Reuocare gradum ſuperaſque euadere ad auras,*

*Hoc opus, hic labor eſt.*

Nauis, ſpirante ſecunda aura, aquila per ætatem agilior, dromedarij Madian, fulguris velocitas, tantum itineris ſpatium non emetiantur annis mille, quantũ in momento peragrat peccator, deſerens Deum, & aberrans ad creaturas.

Lucæ 10, *Videbam Sathanam ſicut fulgur cadentem de cœlo.*

Profectò multam peragratis viam, quandoquidem enuntietur vere impium pedem vnum in infernum retuliſſe, ſupereſſeque ſolummodo mortis paſſum, vt eum penitus demergatur.

Baruch. 3 *Deputatus es cum deſcendentibus in infernum, quia dereliquiſti fontem ſapientiæ.*

Pſ. 106. *Appropinquauerunt vſque ad portas mortis.*

Job 20. *In puncto ad inferna deſcendunt.*

Pſ. 99. *Paulominus habitaſſet in inferno anima mea.*

Certè; elongantes vos à Deo longum percurritis iter; ex quo penes vos non ſit, nec creaturam quamcumque ſurſum vos reuocare vſque ad gratiam Dei: ex quo quicquid per vos conemini, vt ad Deum reuertamini, quamuis ſummo ſtudio gradiamini, quantumuis aſpiretis, deſudetis, laboretis, ſemper abſitis procul, & in via deficiatis accedere non valentes ad terminum, ni Deus vobis fieret obuius. Audietis post Dei gratiam; ſectione quarta huius noſtri operis, quod prodigus, *Surgens venit ad patrem &c.* tamen manibus pedibuſque reptaſſet dudum, procul adhuc abeſſet. *Cum adhuc longe eſſet, adhuc longe &c.* O longinquam regionem!

Gen. 3. Meminiſtis eorum quæ dixit Deus Adamo poſt peccatum? *Adam, Adam vbi es?* Quid prætendebat pater ille miſericordiæ? Arbitramini, ignoraſſe quid ſibi eſſet opus? Exiſtimatis fuiſſe citationem, ſiue vocationem in ius ad comparendum perſonaliter? Putatis eum hac voce ad ſe tantummodo reuocatum? Nequaquam. fuit potiſſimũ vox dolentis & plangentis Dei, demirantiſque ſimul quod exiguo illo tempore in longinquam abijſſet regionem. Adam, vbi es? Heu miſer, vnde venis? vbi es? A Deo perueniſti ad creaturas, ad peccatum, ad infernũ, ad diabolum. Adam, vbi es? vt procul elongatus! Quis te pertraxit? Quis perduxit? vt ſi chara mater è ripa fluminis videat dilectam prolem in gurgitem prolapſam, cuius ſolæ extent comæ, inter vndas fluctuantes exclamet: Nate, ocule mi,

meorum lumen, ſolatium meum, vbi es? O, vt procul abes à me! *Adam vbi es?*

D. Auguſtinus l. de ſpiritu cap. 11. *Nil longinquius quam recedere ab eo, qui eſt vbique.* Elongari itaque à Deo, eſt voluntatem ſuam ſubducere; & voluntati Dei opponere: præferre creaturas Conditori: obliuiſci eius; negligere ipſum, gratiam, gloriam eius.

Ab hac diſtantia aſſurgit alia, quarta, quæ dici po- 4.
teſt, diſſimilitudinis; qua remouetur à Deo impius,
dum voluatur in cœno omnigenorum criminum,
quibus diſſimilior fit Deo, quam diſcrepet album ab
atro. Deus, non eſt aliud quam amor, quam clemen-
tia, bonitas, liberalitas, veritas, lux, iuſtitia, honor.
*Deus charitas eſt Miſericordia Domini plena eſt terra.*
*Dat omnibus affluenter. Ego ſum via, veritas & vita.* 1 Ioan. 4.
*Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ,* inſit Scriptu- Pſ 32.
ra Non penitus diſcrepat ab eo, qui in corde iuge fo- Iac. 1.
uet odium, furta, latrocinia, mendacia, cruenta faci- Ioan. 4.
nora; qui immergitur & innatat Oceano iniquitatis; 1. Ioan. 1.
qui tenebris, fœditate, infamia ſuffocatur, cenſebi-
tur?

2. Cor. 6 *Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ conuentio Chriſti ad Belial?*

Hoc quoque modo poteſt interpretari elongatio iſta à Deo cum D. Auguſtino.

Tomo 10. ſerm. 27. ad fratres in eremo; *Sicut filius ille ſic quicumque peccator dum carnales voluptates diligit, à Domino peregrinatur, & quanto fit diſſimilior, tanto magis à Deo elongatur.*

Quin à ſe ipſo remouetur impius, differtq́; per peccatum, ex homine factus brutum; ex aliquo, nihil.

D Ambroſius l. 7. comment. in Lucam, cap. 15 *Quid* 5.
*enim longinquius quam à ſe recedere, nec regionibus, ſed
moribus ſeparari, ſtudijs diſcretum eſſe, non terris; & quaſi
interfuſo luxuria ſecularis æſtu, diuortia habere ſanctorũ.*

Petrus Chryſologus ſerm. 2. de Prodigo: *A ſe migrat, & ab homine totus tranſit in beſtiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus.*

Pſ.48 *Homo cum in honore eſſet non intellexit, com-*
*paratus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis.*
Pſ.72. *Ad nihilum redactus ſum & neſciui.*
Dan. 4 *Fœnum, vt bos comedes.* Allegoricè.
Quorſum verò putatis impium dici peregrè profi-
ciſci ! *Peregrè profectus eſt in regionem longinquam* ! O
ſcriptura, ot arcanis & myſterijs es grauida!
Neſcitis appellari peregrinum, quod eſt à natura
rei alienum, aut improprium ? Quomodo Iſaias dicit
iraſci, & vindicare, peregrinum, id eſt à natura Dei a-
lienum, & improprium.
Jſa. 28. *Dominus iraſcetur vt faciat opus ſuum, alie-*
*num opus eius: vt operetur opus ſuum peregrinum eſt opus*
*eius ab eo.* Correptio eſt aliena, & quaſi præternatu-
ram eius qui totus eſt miſericordia. *Peregrina ſacra,*
*peregrinitas, peregrinum, barbara lexis,* dicuntur facti-
cia extera; mores & ſermones alieni, à recepto vſu na-
tionis, vel perſonæ diſcreti. Barbarè effundat Latinum
Cicero, dicetur præter naturã : *Peregrinũ opus ab eo.* I-
maginẽ improportionaliter effingat Apelles, *Peregrinum*
*opus ab eo*: veſcatur fæno: homo, vt Nabuchodonoſor,
Dan. 5. qui *fænum vt bos comedebat: peregrinum opus ab eo*: pa-
riat virgo, ſine commixtione viri, ſine dolore, ſine pu-
turitione: *peregrinum opus ab ea*: Atat prędator leo ſer-
uum Romanum fugitiuũ, nec à ſe diuelli patiatur: *pe-*
*regrinum opus ab eo*: Jnedia tabeſcentes leones non no-
ceant Danieli in lacum proiecto ; *alienum opus ab eis,*
Dan. 6. à natura eorum extraneum, monſtruoſum & impro-
prium erat iſtud.
1. Arbitrer porrò, peccare, idem eſſe Deo quod profi-
ciſci in exteram prouinciam, *Peregre profectus eſt*; vt
hinc liqueat ab hominis natura prorſus alienum, pla-
ne monſtruoſum, offendere Deum, derelinquere De-
um, obliuiſci Dei. Quale prodigium, quod pręDeo &
ipſa ſapientia ſapere velit homo! Quantum monſtrum
non deperire ſpeciem ſpecierum, & ſummum bonum!
Portentum, nolle Deo aſſimilari virtute! O vt à natura
hominis diſcretum peccatum? *Peregrinum opus eius ab*
*eo.* Secundum naturam viuere, eſt ad virtutem moro
inſ-

inſtituere vti nuper dicebamus. Labor, qui in virtutis
exercitio, ipſi naturalis eſt: qui in terrena impenditur,
pręter naturam; mœrorem namque animo ingenerat.
Leuiuſculè iſta quoque percurramus.

An fortè peccans dicitur peregrinari, quia delecta- 2.
tio velociſſimè peruolat ad inſtar peregrini? Memo-
res eſtote ideo cupiditatem carnalem Dauidis, artifi-
cioſè contexta parabola à Nathan ſignari nòmine pe 2. Reg. 12.
regrini: *Cum autem veniſſet peregrinus.*

An etiam, quia impius deſinit eſſe ciuis Eccleſiæ,
per peccatum abalienatus iure ciuium, gratia & glo- 3.
ria Dei? Quia, procul à Deo, procul ab Angelis, longè
à cõſortio bonorum? Si iuſti S Paulo dicuntur ciues, Epheſ. 2.
*Eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei*; peregrini ſunt
improbi; *Eſtis hoſpites & aduenæ.*

Peccatores omnes, peregrini ſunt; quia vero agno
immaculato Jeſu Chriſto in ſacramento altaris non 4.
paſcũtur: nec enim peregrinis fas erat agnum paſcha-
lem cum Jſraelitis manducare. Peregrini, quia men-
te, cogitatione, memoria errabundi: vagantes intelle- Exod. 12.
ctu, nutantes conſilijs, incerti opinione; dubij volun- 5.
tate, modò hoc, modò illud amantes. *Ne vagari inci
piam poſt greges ſodalium meorum.* Neſciunt in quem Cant. 1.
tendant finem: hinc magno peccatori Caino dicitur,
Gen. 4. *Vagus & profugus eris ſuper terram.* Item de a-
lijs,

Pſ. 106. *Errauerunt in ſolitudine, viam ciuitatis habi-
taculi non inuenerunt.*

Pſ. 118. *Erraui ſicut ouis quæ perijt.*

Pſal. 94. *Semper hi errant corde: ipſi non cognouerunt
vias meas.*

Amos 1. *Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccaue-
runt.*

13. Adhæc, arbitramini fruſtra additum à Chriſto, 1.
profectum *in regionem longinquam?* An forte vt demõ-
ſtretur non ſolo corde intrinſecè, ſed & opere extrin-
ſecè deliquiſſe? Opere enim complere homicidium,
aut mæchiam, longius eſt elongari, quam ſolam vo-
luntatem eorum concepiſſe. An verò, vt indirectè de- 2.
uotentur

D. *Hier. adu Iouinianum.* notentur peccata omnia non eſſe paria (vti perperam
ſentiunt Stoici, & eos ſequutus Iouinianus hæreticus,
quem confutat S. Hieronymus) ſed alia alijs eſſe atro-
*Peccata non omnia æqualia.* ciora? Quoſdam remotius à Deo diſcedere crebrò de-
linquendo, alios non ita? Alioqui; quorſum Deus
duas diſcreuiſſet præcepta tabulas: in priorem refe-
rens quæ Dei ſummam Maieſtatem ſpectant: in poſte-
1. riorem, quæ politiam humanam concernunt, ceu in-
2. feriora? Quorſum mandaret Litatori indagine ſedula
*Leuit.* 13. diſcutere lepram, num candida, atra, rufa, ni darentur
*Deut.* 25. diſparitas criminum, in lepra abumbratorum? Qua-
*Apoc.* 18. re, *Secundum menſuram delicti ſit & plagarum modus?*
3. Ad quid, *Quantum in delitijs fuit, tantum date illi tor-
menti?* Cur legibus diuinis, humaniſque vna eadem-
que non manet omnes pœna (niſi forte conſtitutionibus
legiferi, læthiferi, Dragonis Attici, qui omnia ſcele-
ra morte vindicata volebat; aſt qui Drago, draco!)
Cur pellitur in exilium hic; iſtius bona fiſco regio ce-
dunt; mulctatur pecuniaria luitione alius, in crucem
ſuſtollitur legibus humanis alius? Quare, iubetur le-
ge Moyſis excedere caſtris ad veſperam vſque alter,
alter donec conualuerit? Quamobrē, imponēs vxori
crimen peſſimum, iubetur verberari ſolum: cum vxo-
re aliena mæchans lapidibus obrui? in Deuterono-
mio, cap. 22.

Quorſum Chriſtus Matth. 10. differens de ijs qui
ſuſcipere nollent Apoſtolos, & eorum ſermones audi-
rē dicit: *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomo-
rum & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati?*

*Matt.* 5. Quorſum diſcrimen ponit inter iram in-
ternè delitiſcentem in fratrem, & eam quæ aliquo
ſono & ſigno indignationis prodit; & eam quæ iniu-
rijs & opprobrijs euidenter erumpit? Cur vapulabit a-
crius ſeruus ſciens volūtatem Domini, & non faciens,
quam qui inſcius peccat? *Luc.* 12.

*Matt* 12. vt quid peccata in Spiritum ſanctum dicit
4. Dominus irremiſſibilia; in filium verò patrata, remiſ-
ſibilia?

*Ioan.* 19. Jpſe Chriſtus apertiſſimè teſtatur pecca-
tum

tem Judæ & affinium eius enormius peccato Pilati: *Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet*. Maius peccatum, ait, ergo non omnia æqualia, vbi maius, minuſu ereperitur.

*Matt.* 22 Jnterrogatus à legiſperito de maximo legis mandato, quare non reſpondit paria omnia; ſed de amore Deo debito dixit, *Hoc eſt mandatum magnum in lege*: Si maximum, ergo cætera inferiora. Si mandata alia ſunt alijs maiora; peccata in maiora patrata, erunt atrociora alijs, vt ſileam nunc peccatorum obiecta; iacturamque maiorem & minorem quam inferunt. 5.

1. *Ioan.* 5. Dicit S. Joannes eſſe peccata *ad mortem*; & peccata *non ad mortem* Aſſerunt Theologi circumſtantijs aggrauari, minuique peccata; aliquando ſpeciem immutari: adeoque ſedulò obſeruandum. *Quis, quid, vbi quibus auxilijs, cur quomodo, quando*? Id denotat regio longinqua in quam profectus eſt prodigus, nimirum, quod grauiter & frequenter offenderit. *D. Thom 1.2.q.7.a. 3 in corp.*

14. Sit ſatis de iſtis. Jam veniamus ad inexplicabilem iacturam, quam fecit peccator in regione iſta. Quid aliud proferam accidiſſe ipſi, vt vnico verbo rem inexplicabilem abſorbeam, quam exitium? Si ait propheta. *Dicite iuſto quoniam benè*. inferendum à contrario, *Dicite iniuſto, quoniam malè. Malos malè perdet.* *Recedenti à Deo quid accidat.* *Iſa.* 3. *Matt.* 21.

Oſeæ 9. *Væ eis, cum receſſero ab eis.*

Ierem. 17. *Omnes, qui te dereliquerunt confundentur, recedentes à te, in terra ſcribentur.*

Pſ. 72. *Qui elongant ſe à te peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.*

Pſ. 118. *Longe à peccatoribus ſalus, quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.*

Recedens à ſummo bono impius, vt creata bona adamet, omnium bonorum ſuorũ iacturam facit. *Diſſipauit ſubſtantiam ſuã viuendo luxurioſè* Amittit primò dona & ornamẽta naturæ; retũditur intellectus acies, procliuior fit voluntas ad lapſum quam alias vnquã; haud ſecus ac debilior corpore, citius labitur in morbum, 1. *Haymo.*

2. morbum, firmiter conſtituto: ipſi deperit plurima
*Ezech.* 18 habilitatis naturalis ad bonum: deinde acquiſita bo-
Quod pec na omnia; cedunt fiſco regio cuncta. *Si auerterit ſe iu-*
cator mo- *ſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatē ſecundum omnes*
ritur in *abominationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet?*
culpa, & *Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat non recordabuntur.*
iuſtitia Spoliatur omnimoda iuſtitia; exuitur innocentiæ ſto-
ſpoliatur la, quam ſibi paulatim texuerat virtuti ſtudendo.
& quod Ezech. 33. *Iuſtitia iuſti non liberabit, in quacumque die*
prima ſto *peccauerit.*
la ſit ve- Eccl. 9. *Qui in vno peccauerit, multa bona perdet.*
ſtis inno- Iacobi 2. *Qui in vno deliquerit, factus eſt omnium*
centiæ, & *reus.*
alia eiuſ- Amplius; non ſuperſunt ipſi in poſterum facultates,
modi vide quibus ſe æternum ſuſtentet. Deſudet, laboret, om-
*apud Gre-* nem moueat lapidem eius conditionis factus, nihil
*gor l.* 12. efficiet ad vitam æternam: imò à ſeipſo nequit cliere
*moral. c.* bonam cogitationem, ait S. Paulus. Prætetea, non eſt
15. qui opem ferat. O miſerandam inopiam! Nam-
3. priuatur communione, ſuffragijs ſanctorum, com-
2 *Cor.* 3. munium bonorum; ideſt; non communicat perſe
omnibus bonis præteritis, præſentibus, futuris
quam in Eccleſia vniuerſali opera, ſtudioque bono-
rum; qui pridem iure optimo dixiſſet: *Particeps ego*
*ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata*
*tua.* O iacturam! O prædiuitem ſubſtantiam con-
ctam! Quin naturam amittit; nec hominem, niſi fa-
5. ſpecie refert. *Vt iumentum factus ſum apud te. Compa-*
*Pſ.* 72. *ratus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.*
*Pſ* 48. *Nolite fieri ſicut equus & mulus.* Quid non ipſi perdit
*Pſ.* 31. per peccatum, qui ſibi ipſe perit? Perdit? quoque
6. diſſipat, eheu miſerum Jeſu Chriſti ſanguinem. Fi-
*Heb.* 10. *lium Dei conculcat, & ſanguinem teſtamenti pollutum*
*Virg.* 4. *ducit.*
*Æneid.* *Non hos quæſitum munus in vſus.*
7. Amittit gratiam Dei, rem pretioſam; vtique quæ non
*De anti-* niſi ſanguinis Ieſu Chriſti pretio acquiri potuit. A-
*quis vſi-* mittit vitam æternam, nec ipſum prætetquam mors
*tata pec-* æterna ſubeunda manet. Quæ iactura huic compa-
rand-

tanda, diceris? Iactura annuli * Polycratis Regis Samiorum? vnionis Cleopatræ? Adiamantes famoſiſſimi diadematis Francici? Quanta ſit iactura animæ, luculenter Chriſtus, nihili æſtimans quæſtum aut iacturam orbis vniuerſi ad animæ perditionem.

Matth. 16. *Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Iacturam ſuiipſius pati! Dei patris! Ieſu Chriſti, amantiſſimi; pro quo triduo amiſſa Beatiſſima virgo acerrimos perpeſſa eſt dolores? ipſius Virginis Mariæ, dulciſſimæ parentis noſtræ. *Ego mater pulchræ dilectionis!* Angelorum confratrum! Interceſſionum beatorum omnium, necnon iuſtorum viuentium! fauorem creaturarum cunctarum! *Pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos. Si Deus contra nos, quis pro nobis! Eſſe ſed irato quis te mihi poſſet amicus?*

*cari effigie mentionem facit Ioannes Griſo. ſerm. de prod p. 1. littera a.*
** Srabo l. 14. Et Cicero l. 5. de finib.*
*Luc. 2. 8.*
*Eccl. 14.*
*Sap. 5.*
*Rom 8.*
*Ouid 2. Triſt. ad Cæſarem.*

O ſubſtantiam! O iacturam. deflendam fuſioribus lachrymis, quam vnquam Ieremias vaſtationem, & populationem chariſſimæ Ieruſalem; ſecundum S. Chryſoſt. paræneſi 1. ad Theodorum monachum lapſum, defleri.

D. Auguſtinus ſerm. 41. de ſanctis: *Non ſunt in te Chriſtianæ pietatis viſcera, ſi luges corpus à quo receſſit anima: animam verò à qua receſſit Deus non luges.*

Vide Chryſoſt. tomo 3. homil. 41. in Acta Apoſtol. de incommodis animæ infinitis à peccato: Laurentium Iuſtin. de ſpirit. animæ interitu, inter medium ac finem operum.

15. Accidit ingens illud damnum peccanti mortaliter. Si offenderit homo crapula: eſt enim & hæc vita *luxurioſa*: particularem experitur iacturam corpus: ſi carnis incontinentia, quæ comprehenditur quoque ſub *viuendo luxurioſè*: & corpus, & anima & facultates ſpecialius damna patiuntur. Porrò animam excæcari, hebetarique peccato carnis, quod Latinus noſter textus inſinuare videtur peculiariter, hac lexi, *viuendo luxurioſè*, vbique prædicet ſcriptura ſacra ſapientum tam Catholicorum, quam paganorum volumina redundant; proclamat experientia.

3 Reg. 11. *Deprauatum eſt cor Salomonis,* alioqui ſapi-
entis, *per mulieres.*

Eccl. 19. *Vinum, & mulieres; apoſtatare faciunt ſapi-
entes.*

Rom. 1 *Tradidit illos,* ſcilicet Philoſophos, vene-
nis mancipia, *in reprobum ſenſum.*

Gen. 19. *Sodomitæ ante oſtium domus Loth cæcitate
percuſſi.* Allegoria.

2. Reg. 12. Dauid alioquin Propheta, recenti pec-
to adulterij excæcatus, non vidit hamum parabolæ
Nathan.

Claudianus: *Luxuries, prædulce malum, quæ dedita
ſemper.*

*Corporis arbitrijs, hebetat caligine ſenſus.*

Theologi, vno ore omnes. Nam ponunt cæcitatem
mentis, præcipitationem, &, vt loquuntur, inconſide-
rationem &c. inter filias luxuriæ; quod hinc vt plu-
rimum naſcantur. Hæc enim paſſio omnium ve-
mentiſſima, occupat partem animæ inferiorem ad
appetendam procurandamque Venereorum delecta-
tionem: illa viciſſim adeò trahit ac cogit ſuperiorem
ſibi valde cognatam, quaſique vim tantam infert
non ſinat illam vltimum, ac debitum finem intueri,
neque vias ad eum ingredi.

Cicero in Catone Maiore Archytæ Tarentini ver-
ba ſic refert: *Nullam capitaliorem peſtem, quam cor-
voluptatem hominibus à natura datam.* Et paulò p
*In voluptatis regno virtus conſiſtere non poteſt. Q
nihil tam deteſtabile, tamque peſtiferum quam volup
Si quidem cum maior eſt & longior, omne animi lu
extinguit.*

*Ariſtotel. l. 2. Ethic.* dicit ab actu venereorum ra
nem abſorberi.

*Idem 6. Ethic.* ait impoſſibile eſſe aliquem in a
venereo ſpeculari ſeu intelligere.

Idem in Rhet. l. 2. c. 23. *Apud Euripidem Hecuba
Venerem: Nomen tibi quoque rectè inditum: Dea
amentiæ præfecta.*

Ideo fortaſſis perſpicaces antiqui finxerunt Ve

ſem deuentiæ præſidem, & amoris ſimulachrũ pinxerunt puerum cæcum, obnupto capitulo? Quis dubitet?

Humanam mentem libidine carnis excæcari facilè crediderimus, ſi pariter perſuaſum habemus ab eius contrario argutiorem, acriorem, acutiorem reddi. Nunquam connubij nexu irretiti Vates, oculorum acie antecelluerunt cæteris, ſublimiora prænuntiarunt, apertius cæteris diſſeruerunt, Prophetarum quis euidentius de Chriſto vaticinatus eſt Daniele, cælibe perpetuo? Capite 9. exprimit annum quo naſciturus erat Chriſtus, quo anno moriturus pro ſalute mundi. *Poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus.* Idẽ *Epiſt. ad*
ceu vniuerſi orbis chronographus (Philoiſtor dicitur *Pauli-*
S. Hieronymo) prædicit quanto tempore ceſſabit ſa- *num de*
crificium & hoſtia ſub mundi finem. Idem tanta vi *omnibus*
ingenij pollebat, vt exponat non ſolum ſignificatio- *hiſt. diu.*
nem ſomniorum iam narratorum (vti Ioſeph viſiones *lib.*
Pharaonis quondam) ſed etiam Nabuchodonoſor *Dan. 2.*
ſomnium refert, deinde, quid portendat exponit. Ec- *Gen. 41.*
cleſiæ æternitatem annuntiat. Scrutatur, & aperit *Dan. 4.*
aſtum meretricium cruentumque ſenum doloſorum in Suſannam. Quid non? Caſto corporis mentiſque oculo minutulos illos tenueſque characteres in pectoribus Dei hominumq; exaratos prælegebat. S. Ioannes Baptiſta cælebs indice demonſtrat, quẽ nõniſi procul cõſpiciebant cæteri *Ecce agnus Dei.* S. Ioannes Euangeliſta continentiſſimus, alter ipſe continentiæ Ieſu Chriſto, ſacratiſſimæ Virginis Mariæ cuſtos, quam ſubtilem, celſamque nobis texuit Apocalypſim, quæ, teſtante S. Hieronymo, *tot habet ſacramenta quot verba. In cuius verbis ſingulis multiplices latent ſententiæ?* Acuit continentia ingenium? Retundit, hebetatque aciem incontinentia. Quis verò ambigat etiam memoriam obnubilari laſciuia; quæ vtique humorem cerebri eius ſedem penitus abſumit? ob cauſam naturalem, quam malo, Doctioribus ſcripto relictam, quam plebeis vulgariter haud ſine pudore propalatam.

Nam vt *Ariſtoteles problem. ſect.* 10. *queſt.* 56. ... ſe-
men labi per ſpinam è cerebro videtur. Quod me ſcri-
bere, ſi cui videatur indecorum, damnetur *D. Ambro-
ſius*, qui hoc ipſum ſcripſit l. 4. *Hexam. cap.* 9. *in fine*, *n-
mo* 4.

Reſcindi quoque voluntatis libertatem quis non
aduertat? Enimuerò qui voluptati ſtudet (vt ait ...
crates diſputans cum Eutimide) & effræni corpo-
cupidini ſatisfactum cupit: exequi nequit amore vo-
luptatum irretitus, quæ ipſe iudicat bona. Nuptiis
Luc. 4. intereſſe non conceditur, qui vxorem duxerat; ca-
Rom. 7. batur in Euangelio: *vxorem duxi, & ideo non poſſum
venire*. Vſus vertitur in naturam; quam ſi expuleris,
recurret ipſa. *Non quod volo hoc ago*. Eiuſmodi
proci venuſtuli ſerui ſunt & famuli: eiuſmodique
ſe profitentur, amaſias adpellitando magiſtras & do-
minas.

Cicero parad. 5. *Vocat mulier? veniendum. Poſtulat?
Dandum. Eijcit? Abeundum*. Liberne Hercules, ...
ſo, qui puellis permixtus cum ſua Deianira *data pen-
sa trahebat*; prout ipſi ignominioſè exprobrabatur?

*Quintus Curtius lib.* 5. Solutuſne Alexander Rex
ſeruus, qui decreto pellicis Thaidis flammis tradidit
Perſopolim, Rex incendiarius factus primus? *Poſtulat
mulier? Dandum eſt*.

3. Reg. 11. Expeditus Salomon, plurima idolis fana extru-
3. Reg. 18. & 19. ens, ipſe ſcortorum idololatra factus? Immunis à ſer-
uitute Achab, qui conſilio Ieſabel exquiſitis crucia-
4. Reg. 3. bat tormentis Prophetas Domini? Libertus Rex ille
Marc. 6. Ioram, qui vxoris Athaliæ ſuaſu ſexcentis ſe inuoluit
ſceleribus? Sibine relictus Herodes inceſtuoſus, qui
Herodiadi ſuæ placere ſtudens curiæ Eccleſiaſticæ
inſontis caput humeris auferri præcepit, ipſumque
exulis inferri; quod Regis crimina execrans lumina
claudebat, lugebatque nefandum inceſtum non la-
chrymis, ſed cruoris riuulis? Haud itaque libera
manet voluptatibus dediti voluntas. *Diſſipauit ſub-
ſtantiam ſuam*, id eſt, liberum arbitrium, *viuendo
luxurioſè*. O ſcelus! O luxuriam! O Charybdim vo-

racem, omnes animæ facultates, quin & corporis ſimul gulosè vorantem, abligurientemque! Nunquam finis, ſi pedem intulero malorum labyrintho, quæ infert corpori incontinentia. Nec enim membrum tam turpe, magnum, paruum corpori eſt, quod non experiatur peccato iſto ſubſtantiam ſuam, id eſt omnem virtutem eneruari. Caligant ſcortatorum oculi, nutat ad inſtar arundinis caput cerebro vacuum, & extenuatum: *Et mollis flamma medullas.* Hinc vertigines capitis. *a* Deciduní capilli, vti ab arboribus brumali cœlo folia ſubtracto humoris alimento: *b* deſedent oculi: *c* palpebræ nudantur: caligãtes oculi, ſus deque limbis circumducuntur coccinis: *d* facies rugeſcit, aridior teſta: ſeneſcit citius (vbi notat *e* S. Joannes Chryſoſtomus annoſam virginem, quadraginta, quinquagintaue annos natam, opponere poſſe ſpeciem ſpeciei corruptæ, multo iunioris) vultus pallentes, plumbeum, luridum croceumue induunt colorem: redolent hircum ora: vacillant deroſi, putreſque dentes: rauceſcit vox: ſemi-eroſus proſtat naſus: *f* vacillant pedes, manuſque: diſtorquetur cæliaco venter: languet ſtomachus: ſplen toſtus cernitur; prout ex hanatome eiuſmodi paſſione affectorum, comprobatum eſt: inſtrumentum. & organum ſceleris, meritò lue venerea infectum; Deo & natura illud vindicantibus pœna cruenta, qualem notat D. *h* Thomas: denique diffluit totum corpus; *i* imbecillum, *k* mollius cera, & penè exanime, ait S. Joannes Chryſoſtomus. *Venus eneruat vires*, ait quidam, *vix oſſibus hærent* quandoque. Tota denique actio & ſcæna Venerea, aliud eſt nihil quam epilepſis, morbus regius, ſiue Herculeus, morbus comitialis, ex ſententia *l* Hippocratis. Ipſi denique immoderatus cogitatus huius delicti, morboſum efficit, ſicut

 legi-

*Virg. 4. Æneid.*
a *ſect.* 10. *prob. q.* 5.
b. *ſect.* 4. *probl q.* 1.
c. *Ibid. q.* 19.
d *lib. de diuturnitate & breuitate vitæ poſt medium.*
*l. 7. animal c.* 1.
e. *Chryſ. tract. Quod regulares fœminæ viris cohabitent.*
f. *Senec. epiſt.* 24. *ad Lucill.*
g. *Launæus in theat. l.* 3.
h. *D. Th. l.* 3. *ſent. d.* 3. *q.* 5. *a.* 1.
*Et Ariſt. l.* 15. *de ani mal, aiūt multum*
*coeunti accidere, vt ſanguinem loco ſeminis emittat. Aiunt medici vnam animæ pollutionem quadrageſies tanto ſanguine æquiualere. De Gallico morbo & Guaiaci medicina librum vnum ſcripſit Vlrichus de Hutten. eques Germanus* i *Ariſt. de gener anim. c.* 18.
k. *Chryſ. Hom.* Quod nemo læditur niſi à ſeipſo. l *Gell. l.* 19. *n. c.* 2.

*2. Reg 13.* legitur de Ammon depereunte ſororem Thamar.

Ariſt. l. 7. Ethic, *Concupiſcentiæ Venereorum manifeſte corpus immutant, & inſanias faciunt.*

Quid, quod præter præfata incommoda, etiam fata infallibiliter acceleret? *Plutarchus tom. 1. Moral. tractatu de ſanitate tuenda.* Nouerant priſci ſapientes ſtatuentes tuendæ ſanitati regulas tres potiſſimas: minimum, reſici, præter ſaturitatem: laborare ad laſſitudinem, comparcere ei, quam S. Cyrillus ſcortatorem monēs, dicit, *digeſtiſſimā medullam*: Ratio eſt, per libidinem enim calor naturalis, ciborum coquinator mittitur & infirmatur: ſequitur pectoris cruditas, humorum indigeſtorum, noxiorumque redundantia: ab his ægritudo; demum interitus. Dicit quoque Albertus Magnus omne animal frequenter coiens, breuis vitæ; probat exemplo paſſerum; ad ſummum annos tres viuentium; qui fortè vigeſies vna hora coeunt. Optimè quadrant hoc loco: *Generatio vnius eſt corruptio alterius.*

*Alb. mag l. 23. de animo.*

Clemens Alexand l. 2 Pedag *Homo ex homine naſcitur & euellitur .... totus homo per exinanitionem coitus abſtrahitur.*

Vnde tam cito fractus eneruatus, ſenex factus Salomon: Hem, ſcortatorem! Omnem ſubſtantiam ſuam, vti prodigus noſter, concoxerat, viuendo luxurioſe, congeſtis Reginis, & concubinis plurimis. Tot aſtra non habet firmamentum, tot in littore non ſunt maris arenæ, quot mala inuehit, præter extremam inopiam, amara illa voluptas.

Ouid *Quod lepores in Atho tot ſunt in amore dolores.*

*Quod iuuat, exiguum eſt*, aiebat, qui ad hocce meretricium ſepiuſculè diuerterat. Optimè, mira artificioſaque breuitate dixit, quicumque author horum verſuum: *Femina corpus, opes, animam, vim, lumina, vocem*

*Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat.*

*Verſus acnomin.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Corpus | opes | animam | vim | lumina | vocem |
| Polluit | annihi lat | necat | eripit | orbat | acerbat |

Aliq

Aliter:

*Corpus, opes, animam, conſortia, fœdera, famam,*
*Debilitat, perdit, necat, odit, deſtruit, aufert.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Corpus debilicat | opes perdit | animam necat | conſortia odit | fœdera deſtruit | famam aufert. |

Optimè S. Paulus 1. Cor. 6. *Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat.*

Quocirca extollo maximopere artificium Euangeliſtæ, quin Spiritus ſancti, vſi nomine Græco ἀσώτως, quod denotat mæchum: amplius verò verſionem noſtram communem, quæ habet *luxurioſè*, qua dictione ſignatur præcipuè exitialis ſcortatio; quam interpretationem Syriacam, quæ vertit *profuſè*. Vatablus quoque, in noua verſione retinuit aduerbium *luxurioſè*, quod in incontinentiam potiſſimum facultates cunctas prodegerit prodigus: Hæc enim corpus & animam miſerorum peccatorum præ cæteris vitijs perdit. Deinde, adaptatur proprius textus omnigenis peccatoribus; idololatris, fornicarijs ſpiritualibus, nec non hæreticis. Animum inceſſit hoc loco libido *Eccl 45.* diſſerendi de bono famæ, & honoris, quod hoc pec- *Vide Gre.* cato, magis quam alio omni diſſipamus: *Inclinaſti fe-* *l.1. moral.* *mora tua mulieribus, dediſti maculam in gloria tua*: iti- *Ariſt in* dem obſeruandi per tranſennam cum erudito Ianſe- *prob. Gell* nio, cur peccatores omnes dici queant luxurioſi & *l.19. noct.* fornicarij: *Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te*: vti *c.2.* que Deus ſit nobis ſponſus fidelis: *Deſponſabo te mihi* *Cur hoc* *in fide*: vt nobilitetur anima coniugio iſto: vt Deus *vitium* zeletur animas noſtras; *Ego Dominus & zelotes*: vt *maximè* peccatum aliud eſt nihil quam concubinatus, imò *hominē* coram Deo exercitus. *Peccatum quaſi pellicatum dicas*, *infamet.* inſit doctiſſimus Muſſo, Jtalorum decus: vt creaturæ *Oſe.2.* ſunt amaſiæ & pellices peccatoris omnis: vt nuntij & *Exo.10.* lenones ſunt mundus, dæmon, & vera Dipſas, *Conc. fe-* antiqua leno, ſenſualitas noſtra: Quam concu- *ria 1. heb-* binatus ille ſit Deo inuiſus: de his omnibus diſ- *dom. 5. in* currere auet animus, ni patientia, humanitateque ve- *Quadrag.* ſtra abuti vererer; nec ſui memoriam refricantes *p.3. in fi-* *ne.*

prodigi idololatræ, progredi vrgerent. Reſpiremus aliquantulum.

# CONCIO DECIMA QVINTA.

*Vulgata.* *3.13. Et non poſt multos dies congregatis omnibus adoleſcentior filius profectus eſt in regionem longinquam; & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè.*

*Græca.* 3.13 καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας συναγαγὼν ἅπαντα ὁ νεώτερος υἱὸς, ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν, καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως.

*Syriaca.* *3.13. Paucis autem poſt diebus collegit filius ille minor quæcunque ad ſe peruenerant, & profectus eſt in regionem longinquam, illic dilapidauit ſubſtantiam ſuam dum profuſè viueret.*

ARGVMENTVM.

*1. Iſta conuenire optime Idololatris. 2. Similiter hæreticis.*

*Et nõ poſt multos dies.* *Vide ſuperiora.*

HAud miremini, Audisores, ſi dixero, hanc partem Euangelij noſtri, *Et non poſt multos dies. &c.* applicabilem populo Gentili idololatræ: littera enim ipſa, non coacta, non contorta, ſe applicat. Enim uerò illa, *Et non poſt multos dies &c.* indicant Idololatriæ cultum citiſſimè aſſurrexiſſe. Namque non dudum à diluuio, annis circiter ducentis quadraginta nouem, vel circiter, deficiens Ninus à vera religione finxit idolum Beli ſoceri. Citius adhuc: Janus ſiquidè filius Iaphet in Diuorũ numerũ retulit Saturnũ. Adhuc citius; Maledictus etenim Cham Chananæorũ parens mox poſt diluuiũ idola coluit. *Et nõ poſt multos dies.* Si ſuperius, adhuc, ante diluuium liber eius originẽ deducere, temporibus Enos per Jabet & Tubal pronepos fratricidæ Cain pullulauit idololatria. Optimè,

*Non*

*Non poſt multos dies*, ſcilicet à creatione hominis, à dato libero arbitrio. Quin altius repeti poteſt exordium idololatriæ, ſeu potius Atheiſmi à Cain, omnium Atheorum capite & parente, vti ſupra monſtratum eſt. Peregrè profectus eſt.
Iſta quoque, *Peregrè profectus eſt in regionem longinquam*, peregrinum egit, perbellè conueniunt Paganis. *Ioſeph. l. 1. antiquit. cap. 4.*
Ad litteram etenim, eorum potiſſima pars fugitiua, errabunda erat; eorum, inquam, qui primi idololatræ, aut qui priores pro falſis Dijs haberi cæperunt, & coli. Saturnus ille, *antiquiſſimus Deorum* dictus; nonne peregrinus vagus, *peregrè profectus eſt in regionem longinquam*? *Targum Hieroſol.*
Egreſſus Creta, natali ſolo, pulſus ambitioſo furore nati Iouis, nauigio appulit in Jtaliam; vbi; quia agriculturam docuerat, Diuorum numero adſcriptus eſt à Iano Jtaliæ Rege, qui & ſacra inſtituit eidem. *Lactant. l. 1. inſtit. cap. 11.*

Virgilius 8. Æneid. *Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.*

Maledictionis fulmine ictus Cham, Chananæique omnes, nunquid exules, peregrini, Noe domo eiecti, quod impudicè impudenterque ſubſannaſſet, faſcinaſſetque verenda patris? Si à Cain, poſteriſque eius deriuauit; nonne & ipſi profugi, eiecti, errones? Meminiſtis decreti de ſecundo exilio promulgando? *Vagus, & profugus eris ſuper terram.* *Gen. 4.*
Eſtis memores exilij ſententiam iſtam probè intellectam Caino, qui mox ſubſumpſit. *Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.* Nihilominus acquieuit ſententiæ, profectus ad Orientem. *Egreſſusq; Cain à facie Domini habitauit profugus in terra, ad orientalem plagam Eden.* Sicque Atheus ipſe, & idolatra, ſicut & cæteri ſupra nominati, *Non poſt multos dies peregrè profectus eſt in regionem longinquam.* Nonne pars iſta leniter & concinnè, nulla vi, contorſione nulla adaptata? Quod ſi ſumatur illa, *peregrè proficiſci*, vt ſignificent deſerere, non amare Deum, obliuiſci Dei, cedere religioni; quo medio demonſtretur efficacius derelictus, non dilectus Deus, quam idololatria? *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ,* *Ierem. 2.*

*& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas*; quæritur Dominus de populo ſuo in idololatriam lapſo. Si verò ſumatur dictio, *peregrinus* pro amente, haud malè idololatra cenſebitur peregrinus; quod nihil ſit amentius, nihil ſtolidius idololatria, vti ſupra monſtratum eſt fusè. Aut ſi vſurpetur pro extraneo, impropriò, alieno à natura, quid magis extraneum, & inconueniens, quam colere creaturas ſe inferiores, opera manuum

2. *Paral.* 14. ſuarum; pergere in infinitum adorando Deos infinitos, & ſuſcipiendo tot peregrina ſacra: tot cultus pe-

In regionem longinquam. regrinos? Quod verò dicitur prodigus profectus in regionem longinquam, deſignat atrocitatem peccati idololatriæ; item verè à Deo hominem procul elongari colendo feces innumerorum falſorum Deorum. Ideo forte idolorum cultores dicuntur ſcripturis ſacris populi de longe?

Iſaiæ 33. *Audite qui longe eſtis.*

Iſaiæ 49. *Audite inſulæ & attendite populi de longe.*

Iſaiæ 57. *Pacem his qui prope, pacem his qui longe.*

Iſaiæ 60. *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.*

Jerem. 31 *Audite verbum Domini Gentes, & annunciate in inſulis quæ procul ſunt.*

Pſal. 64. *Spes omnium finium terræ, & in mari longe.*

Epheſ. 2. *In Christo Ieſu vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti.*

*Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe*; pulchrè quadrat in idololatras. Nihil enim nouum aut inuſitatum ſacris literis vſurpare vocem luxuria, fornicatio, adulterium, pro idolorum cultu.

Deuter. 31. *Populus iſte fornicabitur poſt Deos alienos*, Ait Dominus.

Exod. 34. *Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum* (ſcilicet Chananæorum, Phariſæorum, Iebuſæorum &c.) *ne cum fornicati fuerint cum Dijs ſuis, & adorauerint ſimulachra eorum, vocet te quiſpiam vt comedas de immolatis. Nec vxorē* &c *ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in Deos ſuos.*

Oſeæ 1. *Fornicans fornicabitur terra à Domino.*

Jere-

Ierem. 3. *Tu verò fornicata es cum amatoribus multis,* id eſt, Deos multos latriæ cultu honoraſti.

Ezech. 16. *Fornicata eſt Ieruſalem cum filijs Ægypti;* eius nimirum errores amplexans obuijs vlnis.

Quia plerumque ſimulachrorum cultores dicuntur meretrices, & idolorum fana, lupanaria.

Ierem 2. *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno fron- Vide Ori-*
*doſo tu proſternebaris meretrix,* id eſt, vbique idolola *gen ſuper*
triam exercebas *Num.*

Iſa 1 *Quomodo facta eſt meretrix infidelis, ciuitas ple- hom. 20.*
*na iudicio? ſup. Iere.*

Ierem 5. *In domo meretricis luxuriabantur. hom. 14.*

Ezech 16. loquitur Deus ciuitati Ieruſalem: *Ædifi- in Ezech.*
*caſti tibi lupanaria, & feciſti tibi proſtibula in plateis hom 7.*
*cunctis, ad omne caput viæ.* Idolola-

Tam frequenter huiuſmodi occurrunt vt Prophe- tria cur
tas dixeris ea phraſi delectatos, quaſi accommoda; ne- fornica-
que perperam. Arbitror ſiquidem ad litteram, quia tio dicta.
multæ impuræ libidines communiter explebãtur an- I.
te, vel poſt, vel inter ipſa ſacrificia idololatrarum in
locis frondoſis, & denſis lucis, circum circa fana ido-
lorum exſtructis. *Sub omni ligno frondoſo tu proſterne- Ierem. 2.*
*baris meretrix,* non ſine cauſa ait Propheta. Aut, quia II.
multæ impudicitiæ ſpectabant ad eſſentiam rituum, III.
vti mox dicetur. Aut forte, quia dæmones qui in ſimu-
lachris venerabantur, cultoribus ſuis clã cõmiſcebã-
tur, incubi mulieribus, ſuccubi viris; vti & nunc cõ-
miſcentur frequenter ſortilegis, vt patet ex confeſſio-
nibus earum. Aut forſitan, quia celebriora eorum de-
lubra, celebriora erant lupanaria, vt Corinthium, in IV.
quo alebantur mille meretrices formoſę, aduentanti- *Strabo l.*
bus proſtantes in honorem Veneris. Aut quia ibi agi- 8 *Geo-*
tabantur res lupanaribus propriæ; vt in templo *Iuno- graph.*
nis decertabant mulieres de ſpecie; quam concerta- V.
tionem dicebant Græci τὰ καλλιστεῖα. Aut propius ad
metaphoram, quia idololatria caſtitas fidei Deo da-
tę, aliaſue debitę violatur: coniugale debitum (id eſt
ſacrificium & cultus diuinus) alio transfertur fru-
ſtrato Deo: & per ipſam zelotypiæ diuortijq; ſemina

inter

inter Deum & animam iaciuntur. Igitur in idololatriam, *ibi ibi* diſſipauit paganus ſubſtantiam ſuam, gratiæ Dei fecit iacturam; ibi rationis vſu ... *Euanuerunt in cogitationibus ſuis*: ibi beſtiæ naturam induit *viuendo luxurioſè*; omnigenis libidinibus & ſpurcitijs feſta, ſacra, ritus falſorum Deorum celebrans. O cælum! ô terra! vt horrendæ impudicitiæ committebantur in feſtis Bacchanalibus! Qui luna non auertebas à Phæbe, turpiſſima iſta è ſublimi tua ſpecula conſpiciens? Ibi commiſcebantur viri mulieribus noctu, quandoque cum pueris dolo. Ibi, inquit, S. Auguſtinus, *in eius honorem pudenda virilia colebantur*, etiam palam. Execrandam luxuriam! Ipſis diebus Baccho ſacris circumferebantur vehiculo ... vſque ad vrbem; Lauinij Italiæ vrbe, menſis eiuſmodi fæditatibus erat decretus, quo omnes in nefandis & turpiſſima prorumpebant, dum in foro circumgeſtaretur ſimulachrum; quod omnium caſtiſſima matrona corolla in reuerentiæ, cultuſque teſſeram donabat. *Palam neceſſe erat coronam imponere*, ait S. Auguſtinus, *quod nec meretrix ſi matronæ ſpectarent, permitti debuit in theatro.* Tam execranda, deteſtandaque ... idololatrarum arcana illa, vt Senatuſconſulto Romæ fuerint edicto ſingulari meritò interdicta.

*Rom. 1.*

Bacchi ſacra impudica.

*D. Aug. l. 6 de ciu. c.21.*

Ægyptij ſtatuas puſillas confingebant, immani virilis membri mole. Ipſis * imaginem mentulæ ... bant.

Proferre horret animus impudicitias ſacrorum Fauni, Saturnaliorum, Floraliorum, à nudatis meretricibus, eiuſdemque farinæ viris celebratorum. Digni ſanè ritus illi Saturno, Fauno, Flora, ſcorto publico, & omnibus proſtituto.

Ouid. l. 2. Faſtorum: *Veſte Deus* (ſcilicet Faunus) *... ſus, fallentes lumina veſtes.*

*Non amat, & nudos ad ſua ſacra vocat.*

Reddit cauſam cur Faunus velit habere nudos in ſuo ſacrificio, quod ſcilicet fuerit deceptus per veſtes, nocte enim volens vim inferre amaſiæ Herculis, ... ceſſit ipſum Herculem, putans mulierem eſſe, qui ...

*Vide Plutarch libello de cupidit. opum, de mentulis pragrandibus.*

* Phallō in ſacris vocabāt.

*Vide Diodor. l. 1. rerū ant. c. 2.*

erat. Error autem hinc natus erat quod Hercules mollibus, illa verò pelle leonis tecta erat.

Lactantius lib. 1. *Celebrantur Floræ ludicrum omni laſciuia, conuenientes memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obſcænitas omnis effunditur, exuuntur etiam veſtibus populo flagitante meretrices, quæ memorum funguntur officio, & in conſpectu populi vſque ad ſatietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur.*

Cybeles Diuorum genitricis, vti fingebant, ſacra, tanta obſcænitate, turpitudine, ſpurcitia fiebant aliquando à paganis, vt S. Auguſtinus ſacrilegia potius quam ſacra cenſeat Huic ſacrati, euirati, & ad modum feminæ reſecti, quos S. Auguſtinus *molles profeſſos* dicit, deteſtandi & fœdi ſupra modum erant. Sine excreatione referre nequirem caſtis auribus, ſacra Priapi; nec os meum inconſputa permearent: malo calamum quam linguam cæno illi roſtrum inferre. *D. Aug. l. 2. de Ciu. c 4. & 5. Vide Herodianũ in Commodo.*

Nicolaus Lyranus in illud Exodi, *Non aſcendes per gradus ab altare meum &c. In ſacris Priapi ſacerdotes aſcendebant per gradus ad altare; & tunc in alto poſiti vnde poterant à circumſtantibus videri, diſcooperiebant verenda ſua Priapus enim fuit quidam iuuenis, qui à Gentibus reputatus fuit inter Deos, propter magnitudinem inſolitam virilis membri.* *D. Aug l. 7. de ciu. l. 27.*

*Lactantius l. 1. inſtitutio. cap.* 21. Meminit magnitudinis membri Priapeij ex Faſtis Ouidij: item inſidiarum Priapi in pudicitiam Veſtæ, & clamoris aſelli.

*Diodorus lib. 5 Virgil 4. Georg*

*Pomponius Lætus lib. de Sacerdot. Romæ tit de Lupercis:* Lupercalia, purificandis defunctorum animabus ſacrificia (quantæ eorum ſordes, ſi tam ſordidæ purgationes?) Græcis dicta *Lycæa*, celebrabantur olim per viros nudos, pudendis motibus & curſitationibus, in honorem ſimulachri Panis Arcadiæ. Poſtmodum obductis qualiter qualiter verendis, pellibus caprinis, antiquum palatium circumluſtrabant currendo, obuios quoſque flagris æneis cædentes. His occurrebant mulieres (hem ridiculè inſanas) feriendæ; ratæ fla-

gitia

grorum crebris ictibus fæcunditatem acceptam,
Ouidius 2. Faſtorum: *Nupta quid exſpectas? Sim*
*pollentibus herbis*

> *Nec prece, nec magico carmine mater eris.*
> *Excipe fæcunda patienter verbera dextra,*
> *Iam ſacer optatum nomen habebit aui.*

Jdololatria omnis, ſacra falſorum Deorum,
omnes, quid, quam mera luxuria? Conijcite quæ
num caſtam ducerent vitam; num ſeipſi non p
rent *viuendo luxurioſè*; quibus obiecti erant
dicam? aut regi, aptis ad libidinem accendend
mis gelidorum, & temperantiſſimorum. Putatis
caſti viuerent, quorum animos cingebat & ex
bat laſciuiæ cohors, oculi, ſpectatores horrend
pudicitiæ; aures, oppletæ nefandis & obſcœnis
ramini, an non corporis, animæque ſubſtan
parent *viuendo luxurioſè*, cum prodigo noſtro. Q
dico ſacra? Non adeo mera laſciuia fuit ſacris &
mentis idololatria, vt Dijs, Deabuſque ipſis
nullum inuenio, non ſcortatorem, aut ſcortum. Q
Apollo, quam procus impatienter deperiens D
*Lact. l. 1.* virginem ſacratam? Quam ſodomita nefarius
*inſt. c. 10.* pus quis? Mæchus, ac talis, vt ſine pudore
bere non valeam apertè. Quis Faunus? Amaſi
culis procus. Hercules, cuius generis numen?
numero ſtuprabat virgines nocte vna? Quam
mita? Nonne raptor puellarum? Non verè
mancipium, tam perditè deperiens Iolen, & Om
len, vt quaſi ancilla eis obſequeretur; & ad
tum muliebri ſtola amictus data neret penſa.
*Lact l. 18.* *rum*, inquit Lactantius, *cum eſſet adulterijs gen*
*inſtit. c 9.* *mens*. Cattorum catelli, muribus veſcuntur. Q
*Donat. in* caſtus Deus! Venus, cuiuſmodi Dea? Quæ
*Terent.* ciuia? Alio facinore nomen Deæ non obtinuit,
voluptatum & rei Venereæ præceptrix facta
niuerſi orbis amaſia & ſcortum: quam Deorum
ca, hominumque; pallaca Martis, cui peperit H
*Lact l. 1.* niam; pallaca Mercurij, ex quo ſuſcepit Herm
*inſti. c. 17.* ditum; pallaca Iouis, cui genuit cupidinem

pallaca Anchiſe, qui ex ea accepit Æneam ; pallaca Buti, cui peperit Eryn; ac ne quid intentatum relinqueret, pallaca Adonidi, impubi. Lupanariũ prima inſtitutrix ipſa: prior docuit Cyprias corpora proſtituere in quæſtum, aſtutè: ne ſola cenſeretur impudica; ne ſola viros deperire videretur.

*Strabo l.* 8. *Geograp.* ait, Corinthi templum fuiſſe ſacrum Veneri, adeoq; locupletatũ, vt plus mille puellas haberet Veneri a Corinthis conſecratas, vt in eius honorem proſtarent. Vulcanus quis? Mineruæ oppreſſor. Quin auguſtiſſimus totius fæcis, cloacęque Deorum Jupiter, optimus maximus dictus, quis? veriſſimè maximus mæchus, raptor, ſtuprator virginum. Raptor Europæ, ſub tauri ſpecie; pruriens taurus ipſe: aureus Danaes deceptor, tametſi ęnea turri concluſæ: ſtuprator Io: oppreſſor coniugatarum, vt Lædæ, vxoris Tyndari Regis Laconiorum, ſub figura cygni ( aut magis nauigio vectus, cui cygnus inſigne erat: ) inceſtuoſus Iunonem ſororem habens vxorem; quę inde gloriatur plurimum, apud Virgilium: *Lact. l.* 1. *inſtit. c.* 11. *imbrē aureum ait multitudinem nūmorũ. De aquila &c. ſignificationem vide Lact. l.* 1. *inſtit. c.* 11.

*Aſt ego quæ Diuũm incedo Regina; Iouiſque,*
*Et ſoror & coniunx.* *l.* 1 *Æn.*

Jmò matrem; quin filias, ſecundum Theodoretum: vtque voluptatum genera omnia tentaret, peſſimus Ganymedis pueri concubitor. Nunc dicite idololatriam non luxurioſam: iudicate iam num viuerent caſti Gentiles, num aliter quam *luxurioſè*, ſub turpiſſimis illis Dijs, dicam, an diabolis, aut hominibus dæmoniacis, quos venerabãtur. Qui caſtitas reperiretur, in regno dæmonũ, & tã lubricorũ diabolorũ, ignoro. *Theodoret l.* 3 *curat. & Clem. Alexand.*

Cyprianus epiſt. ad Donatum, loquens de ſpectaculis: *Quare iam nunc, an poſſit eſſe qui ſpectat, integer, vel pudicus, cum Deos ſuos quos venerantur imitantur, fiunt miſeris & delicta religioſa.*

D. Auguſtinus tomo 5. l. 2. de ciuit. ca. 7 *Omnes enim cultores talium Deorum mox vt eos libido perpulerit feruenti (vt ait Perſius) tincta veneno, magis intuentur quid Iupiter fecerit quã quid docuerit Plato, vel cẽſuerit Cato.* Satyra 3.

Terent. in Eunucho, adoleſcens viſa imagine Jouis.

& Da-

& Danaes: *Ego homuncio hoc non facerem? Ego verò illud ita feci, ac lubens.*

*Vnde apud Lucianum verba Menippi cuiuſdam:* Ludouicum *Viues annotat. ad cap. 7. lib. 2. de ciuit.* ...

Cornel. Gallus elegia 5. de ſuis amoribus ... tis, ſic ait:

*Nec memorare pudet tali me vulnere victum*
*Subditus his flammis Iupiter ipſe fuit.*

Nos olim ætatis 20. aut circiter, contra Poetas impudicos:

*Quin etiam vitijs (ſi Dijs placet) omnibus ipſi*
*Tutius vt pecces præpoſuère Deos.*
*Tutus adulter eris (Ledam nam Iupiter albam*
*Luſit, adulter aue) tutus adulter eris.*

Porrò, vt idololatræ diſſiparunt ſubſtantiam vitæ
propriæ luxurioſè (quandoquidem luxuriari denotat
quandoque idololatriam) ſi ſit quæſtio; certè ſe ipſi
perdebant; quibuſdam pungentibus ſe lanceolis
mucronibus in cultum & religionem idolorum, vt ſa-
3.Reg.18. crifici Baal: nonnullis cruentè cædentibus homines
quos in ſacrificia cremantes immolabant; quinetiam
quibus proprias proles mactantibus. Si ſanitatis, vitæ
propriæ, vitæ alienæ, vitæ prolium iacturam facere
non eſt ſubſtantiæ humanæ diſſipatio; quid ergo ...
que, populus Gentilis idolorum cultui deditus pul-
chrè perſtringitur à Chriſto, hac morum prodigi de-
ſcriptione.

4.Reg.17. *Hi qui erant de Sepharuaim* (miſſi in Samariam à Salmanaſar Rege Aſſyriorum victore) ... *comburebant igni filios ſuos.*

De cultoribus idoli Moloch, vide ſupra ...

*Sacerdotes Cybeles inſani caput per furorem rotant, cultriſque faciem & muſculos corporis totius diſſecant, morſibus ſeipſos impetunt, cum maiore ſe corruptos furore vel ſimulant, vel re vera ſentiunt.*

*Plutarchus tomo 1. vit. in Pelopida,* vbi loquitur de inſomnio Pelopidæ in caſtris, commemorat multos qui humanas hoſtias immolarunt.

*Euripides in Iphigenia Taurica*, habet locum ...

ubertimum de impijs ſacrificijs.

Plutarchus tomo 1. Vit. in Marcello : *Bello Gallico poſt primum Punicum coactos Romanos Sybillino oraculo, duos Græcos virum & mulierem, itemque duos Gallos in foro boario viuos defodere; quomodo etiamnum menſe Nouembri Græcis & Gallis arcana fiunt.*

*Pomponius Mela l. 3. Coſmogr. c. 1.* Gallis hunc morem olim fuiſſe ait cædendi hominem Dijs.

*Procopius lib. 2. de bello Gothico* à Francis adhuc ſua ætate factum vult.

*Pomponius Mela l. 2. Coſmog. c. 1* de Neuris idem aſſerit, & ibidem paulò ante de Tauris.

*Diethmarus l. 1* de Northmannis ac Danis.

*Sidonius epiſt. 6. l* 8. de Anglis.

*Cromerius l. 15.* de Lithuanis.

Lactantius l. 1. inſtit ca. 21. *Apud Cypri Salaminem, humanam hoſtiam Ioui Teucrus immolauit.*

*Idem ibidem*, immolationis hoſpitum Dianæ apud Tauros meminit. Jtem Pomponius Mela li. 2. Coſmographiæ.

Virgilius 2. Æneid *Sanguine placaſtis ventos. & virgine cæſa &c.*

*Ouidius l 4 Triſtium elegia* 4. loquens de Pylade & Oreſte.

*Herodotus l 4* refert crudelitatem Taurorum in naufragos & captiuos.

*Blondus Flauius l. 1 Romæ triumphantis.* Vide Chiliades Eraſmi, adag. *Embarus ſum.*

*Lactantius l. 1 inſtit cap. 21.* ait ad ſua vſque tempora coli ſolitum Iouem, Latialem, ſanguine humano.

*Ibidem*, Saturno mergebantur in Tyberim de ponte Myluio.

*Ibidem*, ait Carthaginenſes ab Agatocle Rege Siculorum victos, cum iratum ſibi Saturnum crederent ducentos ei nobilium filios immolaſſe. *Piſcenius Feſtus in libris hiſtoriarum* refert per Satyram id factum.

*Quintus Curtius lib 4 rerum Alexandri*, eoſdem ait, vſque ad excidium vrbis ſuæ ingenuos pueros Saturno ſemper immolaſſe.

Ee Vidẽ

Vide *Blondum Flauium lib.1.triumphantis Romæ* de
varijs apud varios populos, ijſque crudelibus imo-
lationum monſtris: *Theodoretum ſerm.de ſacrificijs.* Ar-
*nobium lib.8.in Gentes.*

*Alph. l.1. de iuſta punitione hæreticorum c. 21.*
2. Satis ſit de Populo idolatra: exiſtimatis, hæ-
retici, de vobis non enuntiari, *Et non poſt multos di-*
*&c.* Saltem doctiſſimus Alphonſus à Caſtro, & an-
cum D. Auguſtinus interpretantur de vobis.

D. Auguſtinus tomo 4. l.2. quæſt. Euang. c.33. *Diſ-*
*cedere in regionem longinquam eſt diſcedere ab Eccleſia.*
Non diſceſſiſtis vos ab Eccleſia communi noſtrum
omnium matre?

1. Ioan. 1 *Ex nobis prodierunt quidam, ſed non erant*
*ex nobis.*

1. Timoth. 4. *In nouiſſimis diebus diſcedent quidam*
*à fide.*

*Hæretici vt peregrini.*
Diſceſſiſtis à Patre ſancto, noſtro & veſtro. Prodi-
gus noſter *peregrè profectus eſt:* erronem, vagum, pe-
grinum egit: vos verò nonne in dogmatibus vel
1. vagi; nunc hanc ſectantes hæreſim, cras aliam? Et
2. peregrini errantes per deuia voluminum Philoſopho-
rum paganorum, in quibus, ceu ignoto tramite,
vos perditis, necnō veſtrūm ſequaces. *Si cæcus cæco du-*
*catum præſtet, nonne ambo in foueam cadunt?* ſectantes
*Matt.11.* ſcientias, *ſemper diſcentes*; ſed in via hæretis, nun-
3. *quam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Sydera erran-*
*2.Tim.3.* *tia fluctus ſæui maris* Procul receſſiſtis à patre, vt
*Iud. epiſt.* prodigus, ſectantes opiniones diuerſas & aduerſas do-
4. ctrinæ Patris veſtri: appuliſtis in regionem & religio-
nem longinquam, id eſt, multis diſcretam ſpatijs
noſtra, non eiecti, vti nec prodigus, donec ſponte
1. ab ingenuitate prima defeciſtis: vt dies ducere lu-
*Hæretici vt luxurioſi.*
xurioſos, vt libertate, voluptate, delitijs optatis po-
remini. *Voluptatum amatores magis quam Dei:* quibus
gaudere non concedebatur in patria domo, Eccleſia
*2.Tim.3.* Romana; quæ non admittit monachos aut presbyte-
ros vxoratos: ſeueriorem que in ſimilibus ſe exhibet
Piſiſtrato in edictis, penes quem non manebat im-
tum ἐν Πυθίου χέσαι, *Pythij templo cacaſſe,* & qui
crimine

crimine deprehenſum exterum damnauit capitis. In 2.
regione illa, in religione remotiſſima à no-
ſtra, vniuerſam veſtram concoxiſtis ſubſtantiam
viuendo luxurioſe: plures credentibus fides, vera
vobis elapſa eſt; quo plura credendo, nihil credidiſtis.
Imitati eſtis ſcortatores & mæchos: namque ſoluen- 3.
tes fidem veræ fidei præſtitam, procati eſtis ſectas &
opiniones hominum, tanquam pallaces: repudiata 4.
veritate, figmenta deperijſtis, & amplexati eſtis. Re-
ceptum fornicarijs morem ſeruaſtis: vt enim ij in ſuis
commixtionibus generationem non quærunt: ita nec
vos conuentibus, magis conciliabulis, omni doctrina
veſtra non ſtuduiſtis ſpiritali generationi, nec anima-
rum ſaluti conſuluiſtis, ſed oſtentationi ingenij: cap- *Act.* 20.
tationi gloriæ humanæ; vt illi voluptati. Cuncta ado- 5.
riuntur hæretici, *vt abducant diſcipulos poſt ſe*, ait S. *Vide Iſic.*
Paulus. vt mæchi alienas ſibi copulare nituntur con *in ca.* 20.
iuges: ita & vos nulli rei ſeduliorem nauatis operam, *Leu. Gre.*
quam vt abducatis animas Deo connubio ſpiritali 16. *mor. c.*
iunctas, & ab eis pro legitimis viris, veroque Deo co- 28. *Anb.*
lamini. Imitamini Apoſtolum dicentem, *Deſpondi vos* *ſup.*
*vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*? Quemad- *Rom.* 2.
modum ſcortatores, ſuperfluo, & conditioni ſuæ im- 2. *Cor* 11.
pari ſe inſtruunt ornatu, vt amentur: ita & vos, vt co- 6.
lamini ab omnibus phaleris, luxu eloquentiæ huma- 7.
nę diſcurſus veſtros exquiſitè ornatis, magis quam ve-
ritate. Vt luxurioſus prodigus exijt vana ſui pręſump-
tione ſtimulatus; ratus ſe ſapientem, & idoneum ſui-
ipſius rectorem, excuſſo patriarum conſtitutionum
iugo: ita perſuaſio vana eruditionis, ingenijque veſtri,
vos ab Eccleſia reduxit.

Eccl. 29. *Repromiſſio nequiſſima viros potentes gyrans* 8.
*migrare fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis.* Vt luxu-
rioſis varia, inconſtanſque mens eſt, modò hanc de-
pereundo, modo aliam adamando: ita vobis nutans,
dubia, anceps fides.

Nos quoque mittendo, nõne in regionẽ longinquã profecti eſtis? O longinquam regionem, hæreſim! Nullum adeò peccatum à Deo remouet, vt hæreſis.

Hæretici ſcelera alia, auocant me à Dei gratia: hæreſis gratiam
vt in re- & cognitionem Dei ſimul tollit. Per cætera crimina
gionē lō- Deum facio miſſum: per hæreſim, & Deum & Eccle-
ginquam ſiam. Alijs peccatis recedo à patre: per hæreſim, & pa-
proficiſ- tri, & matris gremio, per quam in gratiam redire poſ-
cantur.
1. ſem valefacio. Peccatorem me reducit ad Deum Ec-
2. cleſia: hæreticus, & Eccleſiam non agnoſcēs matrem,
3. ſperare non poſſum vnquam habere Deum patrem.
4. *Non habebit Deum patrem qui Eccleſiam non habet ma-*
*Cyprian.* *trem*, aiebat Doctor quidam. Regio certè longinqua
*de ſimpl.* hæreſis, quandoquidem ex mille vix vnum inuenias
*Prælat.* qui redierit.
5. Ibi ibi, in hæreſi diſſipatis ſubſtantiam veſtram. *Fi-*
Vt hæreti- *des eſt ſubſtantia rerum ſperandarum.* Amittitis fidem,
ci diſſipēt nobilem ſubſtantiam; opera item bona, quæ nihil in
ſubſtan- hæreſi proſunt; *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*: vos
tiam. ipſos, animas veſtras; omne quod eſtis, & quicquid
*Heb.* 11. habetis. Qui ſecus eueniat egreſſis arca Noë, quam
omnium iacturam facere, & perire? Quin opes veſtræ
hæreſi pereunt; quæ has prouincias ad inopiam ade-
git, & earum res ad manticam reduxit. Hæ prouinciæ
innabant quaſi fluuijs aureis: ad eas ceu in littus pe-
lebatur arena aurea; huc confluebant totius orbis o-
pes: iam verò deſpumatæ ſunt & delibatæ ab omnibus
nationibus, vt mare pyratis infeſtum. *Princeps Prouin-*
*ciarum facta eſt ſub tributo*. *Regionem veſtram alieni*
*coram vobis deuorant*. Huius communis egeſtatis
*Thren.* 1. cauſam ſi quæratis, quam aliam adferam, niſi quod
*Iſa.* 1. *Populus peregrè profectus eſt in regionem longinquam,*
procul ab Eccleſia diſcedens, ingreſſus eſt religionem
nouam, à noſtra plurimum diſcrepantem: *& ibi diſſi-*
*pauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè*: ibi non vi-
uens in pura & candida fide, ac iuxta puram intem-
ratamque Eccleſiæ doctrinam, ſed ſecundum adulte-
ratum, corruptumque hæreticorum textum, con-
xit facultates; meruit egeſtati ſummæ addici à Deo.
Deinde; ſi ſumatur ſubſtantia pro robore, firmitate,
neruo, ſtabilitate: ſoliditaſque & fundamentum Re-
rum pub. pendent à fide, & religione vera (fidem

habemus Deum ſpeculatorem & cuſtodem regnorum noſtrorum; *Domine, oculi tui fidem reſpiciunt*, ait Ieremias: fide docemur obedire Principibus: fide monemur non turbulentos, non ſeditioſos eſſe. Eccleſia vnitatem & pacem commendat) per hæreſim amiſſa fide & miſſa Eccleſia, non poteſtis non diſſipare ſubſtantiam, id eſt, concutere fundamenta, euertere firmitatem regnorum; efficere, quin peſſumeant & corruant Reīump. res, ſubſiſtere fidei fulcro non appodiatæ non valentes. O Hæreſim! O pernicioſos cuniculos! O lapidem offenſionis! vt aptè in te quadrat, *Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem vero ceciderit, conteret eum.* Prouinciæ ea infectæ nonnihil tabo, maximam expertæ ſunt iacturam: aſt quas omninò inuaſit, perierunt, & prorſus corruerunt. — Vide ſuprà. — *Ierem.* 58. — *Matt.* 21.

Ezech. 6. *Qui longè eſt peſte morietur, qui autem propè gladio corruet.* Quæ omnia, cum ſint nobis explorata, Auditores, quid ſupereſt, vt finem faciamus, niſi vt tanquam è ſublimi ſpecula, aut turri munitiſſima aliorum cernentes naufragium, in eandem Charybdem non eatis videntes, viuenteſque præcipites: niſi vt perditos deuios contemplantes, maneatis ſemper in patria domo, Eccleſia Catholica?

*Fælix quicumque dolore*
*Alterius diſcet poſſe carere ſuo.* — *Tibull.* 3. 6.

Aut, ſi qui fortè cæperunt ſoluta claſſe nonnihil remotius à portu Eccleſia dimoueri; ocyus ad littus remeent, antequam remotius pellantur in regionem longinquam, in qua ipſis vniuerſa, & corpus & anima pereant. A nobis verò peccatoribus, attamen, gratia Deo, Catholicis, quid deſideratur, niſi vt ad Deum reuertamur miſſis peccatis; in quibus tot congeſtæ exitiales inſaniæ; per quæ Deo efficimur diſſimillimi; quæ deradunt omnem imaginem Dei animis noſtris impreſſam: *Signatū eſt ſuper nos lumē vultus tui Domine*: vt manibus, pedibuſque, velis & remis, brachijs & pennis fugiamus id, vnde adeò efficimur à ipſis nobis extranei, vt beſtiæ videamur induiſſe naturam?

taram? vt quid non fugimus peccatum , per quod à Deo recedentes tanta percurrimus itinerum ſpatia, vt rurſus ea emetiri proprijs viribus ſit impoſſibile? Vt quid non abſterremur ab ijs, quæ nobis mentem auferunt, & à nobis nos faciunt alienos? Quæ nobis adimunt libertatem voluntatis; Deo , nobis ipſis nos priuant? Ad hoc ruminate, voluite, reuoluite mente dicta, ruminate ea tanquam animalia ſana & munda: decurrente indicto nobis iuſtitio; quo incæptas ſuſpendemus conciones, *vacate vacate*, non à ruminatione, ſed à peccatis: *vacate , & videte quoniam ſuauis eſt Dominus* ait Propheta . Per otium experimini vt

*Pſal.33.* bonus , vt mitis , vt clemens , vt miſericors parens prodigo ſit ; qui non expulit domo , meritum impudenti poſtulatione . *vacate & videte*, ſeriò penſate iſta , vt ſuauem eum videntes & guſtantes, adeò non animum applicetis , vt ab eo longius efferri cupiatis , cum prodigo; excurrere ad exteros diſſipaturi vti & ille, omnes facultates, veſtras dicam, an parentum veſtrorum: viuendo vti & ille luxurioſè, ſtudendo epulis, crapulæ, cõuiuijs Epicureis, & impuritatibus fœdis. Eheu, vt pernicioſę vobis feriæ iſtæ forẽt, occupatis carnis & mundi cupedijs; ſi deprehenſis domibus animorũ veſtrorũ vacuis, nec occupatis cõcionibus noſtris ordinarijs , earumque guſtui reuo-

*Matt.21.* cando, ac ruminando, diabolus aſſumptis ſeptem ſpiritibus ſe nequioribus ſedem ſibi inibi vſurparet ! Si impendentibus otio iuſtitium conceſſum, appenderet colui veſtro penſa peccati! O quantum nobis appararetis opus, feriæ ! Meliora de vobis , & à laboribus meis ſpero, Auditores. Arbitrer inſomnes ductas noctes; crebrò interruptas , ſomnos tantum apud vos valituros, vt ipſorum gratia vacetis à peccato, dum à concionibus feriabimur: ſtudeatis pietati , ad Deum propius accedendo: futurum ſpero , vt tot noctium nulla requie interpolatarum gratia , in gratiam noſtri, his diebus quibus ab audiendis concionibus noſtris feriabimini, auditas cordis auro denuò excipiatis, pro placida aure obedientiam eis præſtetis, ſpecu-

lati-

lationem, theoriamue in praxim conuertatis. Jnterim accingam me ad proximas conciones ſecundæ partis huius noſtri incæpti operis: in quibus, fauente Numine, de inedia, merito ſupplicio prodigi peccatorumque cunctorum diſſeremus. Jte in pace.

*Vacate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.*

ACADE-


CAS·HAT·DIE·HIST
LEHRE

Boquier
de filio prodig.
T. III

T. III
y

Th
3306

